Manoscritti
Conventi
A
5
563

N.º 563 A. 5

A. 5
563

BIBLIOTHECA
S. CRVCIS
PETRI LEOPOLDI
M. E. D.
IVSSV
IN LAVRENT.
TRANSLATA
DIE XVI. OCTOBR.
MDCCLXVI.
PLVTEVS
XIV. Sin.
COD. 3.

Legeſ ſbe ul ova

Vtrum po sit eadem toti . .1.
Vtrum tps 7 gno hant pin . .2.
Vtrum motu ee pcedat mon . .3.
Vtrum pri ue entis sit ue entia . .4.
Vtrum h o ua tm vnu e qdt negat . .5.
Vtrum ifitu fq ifi sit ignotu . .6.
Vtrum sit pone camq mimam . .7.
Vtrum pma ne sit gtraria . .8.
Vtrum matia 7 for sit i pma pri gia . .9.
Vtrum i gne sit s p gietas . .10.
Vtrum mataa sit sba . .11.
Vtrum ma q po phic e pn o i ma sip p
Vtrum ca ce hant maz. 13. [o q lo metha. 12.]
Vtrum vita ipi me s uege . .14.
Vtrum po me s celis me . [ma e po] .15.
Vtrum forz ptee psit po pri d ma . .16.
Vtrum po dteat pri pma ne . .17.
Vtrum s ua po me r om foru . .18.
Vtrum i ma sit po fite ul ifite . .19.
Vtrum i ma s po ad magtu ifita . .20.

Q[ue]ſtiones ſup libros phyo[rum] edite a re[verendo] doctore magro pet[r]o guetm de o..enberg. q[ui] ſecut[us] e[st] ad l[itte]raz uia alb[er]ti magni

I

Lib. Conventus sancte Crucis de Flor. ordinis minor.

Quedam questiones super libros phisicorum Ar[istotelis]

N. 590

BIBLIOTHECA
S. CRVCIS
PETRI LEOPOLDI
M. E. D.
IVSSV
IN LAVRENT.
TRANSLATA
DIE XVI OCTOBR.
MDCCLXVI

Quedam questiones super libros phisicorum

iste sunt questiones super librum phisicorum

q. p.

Habet autem dubitationem etc. Hic dubitatur de questione que mota est scilicet utrum pars sit eadem toti et videtur quod sic dicitur enim quod idem est a quo non differt distinctum sed distinctum est a forma omnia enim que differunt per formam differunt ergo idem est alicui quod non differt ab ipso forma sed totum non habet formam aliam a forma partis ergo non differt a parte forma ergo non distincta ergo pars est eadem toti. Item ut habetur 5 metaphysice continuum non facit aliud sed contrarietas que est in subiecto id est in divisione sed quod divisio facit aliud hoc est quia indicat formam rei et forma facit aliud sed non est contrarietas in forma inter partem et totum ergo non sunt alia ab invicem ergo sunt eadem sibi invicem. Item dicit Boetius omne quod est unum est quia unum numero est sed totum est ergo unum numero est nec pars habet divisionem in ipso quia ut dicit Aristoteles 7 phisicorum pars est in potentia in toto sed quod est in potentia in alio non facit divisionem in ipso sed ergo non facit pluralitatem in toto non differt a toto ergo est eadem toti. Item potissimus modus unius est per formam naturalem additam continuo sed hanc formam additam continuo habent pars et totum ergo videntur sunt unum et hoc de toto homogeneo et eius parte et hoc videtur per librum Averroys qui dicit quod totum non aliud est quam aggregatio partium.

Contrarium videtur per Aristotelem quia si pars una eadem esset toti eadem ratione et alia sed quecumque uni et eidem sunt eadem inter se sunt eadem ergo due partes essent eedem inter se hoc autem est inconveniens. Item quod non potest superponi uni ipso per super maius sed maius est unum in illa quia in equalitate et similitudine et idemptitas sed ergo pars et totum non possunt convenire in unitate essentialis non poterunt convenire in unitate ... sed non possunt esse essentia quam omne totum est maius sua parte ergo etc. Solutio dicendum quod nec totum homogeneum nec ethrogeneum est idem cum sua parte simpliciter cum maiore ... ... partitate cum sua parte totum homogeneum quam totum ethrogeneum eo quod est eiusdem speciei in toto et in parte non est ergo idemptitas simpliciter inter totum et partem idemptitas enim est a forma sed forma toti et partis non est simpliciter eadem eo enim quod sed pars secundum suam formam simpliciter differt ab alia facit totum quodammodo differre ab ista parte et similiter est de alia parte quia cum sed pars integrat cum alia ipsum totum non potest penitus et simpliciter differre ab ipso et sic pars quo ad quid est eadem toti quamquam ad quid divisa a toto. Ad rationes primo est primo ad primam cum dicitur quod totum non differt a parte per formam dicendum quod verum est simpliciter quia non habet aliam formam a forma partis et tamen a forma partis aliquis ... differt forma toti scilicet quia forme alterius partis et sic quo ad quid differt quo ad quid non et per hoc patet solutio ad primam et ad secundam similiter. Ad 3m dicendum quod id quod est in potentia in alio non habet divisionem simpliciter cum illo sed aliquo modo potest habere divisionem cum illo et sic est in proposito. Ad 4m dicendum quod verum est quod modus potissimus unius est per quam forma naturalis additur continuo sed habet formam non habent totum et pars simpliciter sed aliquo modo et ideo non concludit. Ad 2o vel in oppositum ostenditur quod pars et totum non sunt simpliciter eadem et hoc concessum est et non probat ea simpliciter esse divisa.

Item Aristoteles arguit Melissum eo quod posuit principium rei et non temporis nec generationis et ita videtur innuere quod tempus et generatio habent principium sed alibi dicit quod ista non habent principium est ergo sibi contrarius. questio 2a

Item in 8 est quod demonstrata quod motum esse precessit motum et precedit tempus si ergo motum precedit motum et id motum aliud motum et tamen 1 ad 2 ... motus non habet principium sed non est motus sine tempore ergo tempus non habet principium. Ad hoc dicendum uno modo ... quod hec ... non concedit tempus habere principium durationis velle tamen quod habet principium efficiens et sic intelligit hoc. Vel dicendum Averroys quod quidam male intellexerunt Aristotelem cum dicit quod motus est eternus non enim intelligit quod non habet causam immo habet causam efficientem que est motor eius. Vel similiter tempus habet principium effi-

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

ciens licet non durationis. Aliud autem dicendum quod finitum et infinitum sunt differentiae quantitatis. Quod autem tempus infinitum est, licet non est de se, sed quia sequitur motus perpetuitatem, utrumque istorum bene dicitur in se. Sed ad istam rationem dicendum quod non est intentio Aristotelis loqui de principio temporis simpliciter generationis sed temporis alicuius rei sive generationis, et per hoc patet solutio ad primum.

Ad aliud dicendum cum est omne motum esse hoc modo cum praecedentem et ita non est devenire ad eius primum per divisionem, tamen habet principium sicut patet de linea. Melissus arguit sic: si est infinitum est in mole. Aristoteles arguit contra ipsum quia potest moveri motu locali et alterationis. Ipse autem Aristoteles monstravit oppositum 6° physicorum quod nulla via potest esse infinitum motu et in octavo similiter. Et ergo dicendum secundum Aristotelem quod infinitum est in mole unde dicit Melissus et contra ipsum non arguit sed per suum medium quod affirmat infinitum esse in mole. Dico quod non aliquid esse ad suum motum quod moveatur, ergo non movetur omne, id est quod movetur non requirit aliquid esse ad suum motum sicut patet de eo quod movetur per suas partes et similiter de illo quod movetur motu alterationis.

Iterum Aristoteles dicit quod principia entis sunt entia, sed videtur esse falsum quia ens est ens per suam formam. Si ergo principia entis sunt entia erunt entia per formam, sed si per formam sunt entia forma erit entis et tunc ut prius, et ens est et ita procedetur et sic erit processus in infinitum quod est inconveniens, ergo principia entis non sunt entia. Iterum ens est ens actu; si ergo principia entis sunt entia erunt entia actu, sed ex nullis entibus actu fit aliquid, ergo ex principiis entis non potest fieri ens, quod falsum est, ergo etc. Et dicendum quod ens dicitur de ista et actuale et de actuali per positionem actuale, non est ens sed ens dicitur primo et principaliter de ista aliqua, id est de ens quod dicitur de ista quia de forma et opposita entis, id est dicitur ipse cuius actus est esse; istud autem esse est tamen principiorum illorum quia illa opposite nec est aliud esse materiae formae et opposita et alia vera forma unum est esse et materiae et forma et oppositum ex hiis unum habet formam et ideo nomen entis eis convenit tamen per oppositum et principalius quam principiis. Et ergo ut dicit Aristoteles principia entis sunt entia, sed ens dupliciter accipitur scilicet large et stricte. Stricte autem accipiendo ens solum dicitur de illa opposita, large vero ens dicitur de principiis illis et sic intelligit Aristoteles cum dicit quod principia entis sunt entia. Et cum obicitur ens est ens per formam, dicendum est verum est stricte accipiendo ens sed non large sed principia non sunt entia sic accipiendo ens et ideo non cogit ratio. Ad aliud cum dicitur ens est ens actu, dicendum quod verum est loquendo stricte de ente et non large, sed principia sunt entia large accipiendo ens et ideo non cogit ratio.

Queritur de ista: totum unum est quod Aristoteles negat in littera ostenditur enim esse falsum quia nullus enim negaret nisi propter convertibilitatem unius ad multa sed hec non impedit probo quia unum confusum non habet oppositum ad multa sed in proposito sumitur unum confusum, ergo sed debet indicari esse verum. Quod autem in proposito sumatur unum confusum ostenditur quia licet tamen cum sciat in se virtutem negationis potest confundere sequens sed unum sequitur ipsum ergo confunditur ab ipso. Unde dicit quidam quod Aristoteles non improbavit istam totum unum est sed istam unum tamen est hoc est totalia unum tamen est eo quod unum habet personalem suppositionem unde secundum ipsos bene stant simul hee due totum unum est et multa sunt. Et verum et multa opponuntur relative sicut totum et mensuratum sicut habetur in X sed regula est quod unum relativorum inclusum non excludit aliud. Sed unum est inclusum ergo multa non excluduntur, ergo hec est vera. Et dicendum quod hic non loquitur de uno secundum quod est principium numeri sed secundum quod sunt synonima unum et ens et ex hoc trahit tale argumentum: idem significat unum et ens, sed nullus potest negare hoc totum ens est, ergo nec ista totum unum est. Et arguitur sic: omne ens est unum, ergo totum unum est. Premissa vera, ergo et conclusio. Probo consequentiam: sequitur omne ens est unum, ergo unum est per conversionem per accidens. Iterum sequitur omne ens est unum, ergo omne non unum est non ens, ergo omne non unum per contrapositionem. Ulterius sequitur omne non unum est non ens, ergo omne non unum non est ens eo quod ad affirmativam de predicato infinito sequitur negativa de predicato finito. Ulterius non unum non est ens, ergo nullum quod non unum est ens et hoc sequitur eo quod omne non et nullum equipollent et aliud ab uno et non unum. Ulterius ergo quod unum est et unum est per primam consequentiam, ergo totum unum est, ergo sequitur per locum a primo ad ultimum omne ens est unum, ergo totum unum est.

Et hanc ergo negat cum Aristoteles dicit aliquid quod negat istam totum unum est et non probat scilicet hanc totum unum est et est non sicut tangebatur in uno argumento eo quod in hac totum unum est unum est confusum ideo non habet oppositum ad multa sed in hac unum tamen est sumitur unum non confusum sed secundum quod habet personalem suppositionem et ideo habet oppositum ad multa et excluduntur multa.

Quod autem illud non sit ostenditur quia hoc quod dictio tamen licet habeat in se virtutem negationis et precedat hoc quod est unum in hac totum unum est, non potest ipsum confundere quia hoc quod est tamen debet confundere hoc hic a negatione intellecta in ipso, sed negatio intellecta in ipso non potest ipsum confundere in proposito quia negatio non confundit nisi illud supra quod cadit, sed negatio huius dictionis tamen non cadit supra hoc quod est unum ut ostenditur, ergo ipsum non confundit. Probo minorem: negatio non cadit supra aliquid nisi supra illud quod negat de alio vel a de ipso, cum ergo negatio dictionis tamen non negetur unum nec aliquid ab uno ut patet quia denegatur unum esse nec negatur ab uno predicatum quod in proposito non cadit supra hoc quod est unum et ita unum non confunditur.

Iterum dicit Averrois quod unum convertibile cum ente est analogum ad id quod est non unum quod est principium numeri. Unde Avicenna deceptus fuit quando dixit quod unum quod est principium numeri convertitur cum ente, sic enim est res quantitatis. Preterea deceptus fuit in eo quod dixit quod novam intentionem unum indivisionis addit supra ens quantum ad suum significatum. Dicendum ergo secundum Averroim quod unum secundum quod convertitur cum ente habet totum et eadem supposita quod habet ens, differt autem ab ente in hoc quod supra ens addit quantum ad modum significandi indivisionem sive carentiam indivisionis. Dicendum ergo quod ista ordo primo et per se est impossibilis eo quod ponit totum unum esse per eam et unum indivisionem addit supra ens cui recte opponitur multitudo que tamen excluditur per se tamen et ideo oratio primo et per se est impossibilis tamen ista est totum ens est, sed per accidens est ista totum unum est scilicet ergo suppositorum quia tot supposita habet unum quot et ens et hoc est concedendum. Quod autem sit possibilis oratio primo et per se esse impossibilis et sit per accidens. Et unde patet quod hoc duo inveniuntur scilicet orationem primo et per se esse veram et convenit autem et per accidens impossibilem ut patet de hac omne mobile potest et tardius et citius moveri primo enim et per se est vera quia mobile eo quod mobile potest et tardius et citius moveri. Per accidens autem et ex gratia est impossibilis quia in aliqua est in suppositorum primum, id est mobile non potest citius nec tardius moveri quam movetur.

Iterum queritur de hoc quod dicit quod infinitum secundum quod infinitum est ignotum sed videtur esse falsum quia summe infinitum summe notum est quia est de se ut patet causa prima cum sit summe, quia dicitur quod maxime separata a materia maxime sunt intelligibilia, cum ergo summe infinitum sit maxime separatum a materia maxime est cognoscibile quod ad non cognoscere hoc est

questio 4a

ex ipso non intellectus. quia non intelligitur possibile le
habet ad manifestissima in natura sicut oculus
vespertilionis ad lumen solis sicut aristoteles dicit
secundo methaphisice. ergo infinitum est cognitum. ¶ Item
contrariorum est eadem scientia finitum et infinitum
sunt contraria ergo eorum eadem est scientia. infinitum ergo
est scitum. sed quicquid est scitum est cognitum. in-
finitum ergo est cognitum. ¶ Item duplex est
cognitio completa diffinitiva et demonstrativa.
diffinitiva cognitio est completior quam demon-
strativa. et patet quod utraque est magis. sed co-
gnitio demonstrativa est certa et completa
propter diffinitionem que est suum medium. ergo diffi-
nitiva cognitio est magis certa et completa.
cum ergo est diffinitiva cognitio infiniti est ma-
xime cognitum. sed infinitum est diffinitum ut patet
per aristotelem. qui dicit quod infinitum est quantum continuum et
averroys dicit super illud. verum infinitum
est quantum interminatum. ergo infinitum est
cognitum. ¶ Item illud de quo est scientia est
cognitum. sed de infinito est scientia ut patet
tertio phisicorum. ergo est cognitum. ¶ Quia quod est cognoscibile
est comprehensibile. ergo a destructione consequentis quod non
est comprehensibile non est cognoscibile. sed infinitum
ut patet non est comprehensibile. ergo non est cognoscibile. ¶ Item
quicquid est cognoscibile per suam perfectionem et terminum est
cognoscibile. quod ergo non habet perfectionem et terminum non est
cognoscibile. sed infinitum ut patet in tertio phisicorum est
huiusmodi ergo non est cognoscibile. ¶ Item averroys
dicit quod linea infinita non est intelligibilis
sed mathematici accipiunt lineam finitam et repli-
cant eam infinities. et quod intelligitur non
est infinitum sed finitum. si ergo lineam infini-
tam non est intelligere hoc non est quia linea sed
quia infinita. ergo infinitum magnitudinis non est in-
telligibile. ¶ Dico quod infinitum duobus modis est.
unum est infinitum a parte materie et potentie ut
probatum. aliud est infinitum quod sequitur con-
tinue ut infinitum in magnitudine et …
tunc loquendo de infinito primo modo …
materie est cognoscibile quia est ex parte … con-
… ut patet de prima materia et talis in-
finitas non est ratione perfectionis et …

est cognoscibile
non est cognoscibile

sed ratione perfectionis et simplicitatis. loquendo de
infinito secundo modo dico quod dupliciter potest sumi vel
secundum se et sic non est cognoscibile cum nec habeat
perfectionem nec causam vel per relationem ad suum
terminum et sic modo est cognoscibile non sicut suum
habet immo cognitio sua habet esse positiva
cognitio autem infiniti est privativa quia infi-
nitum est privatio termini illius. sicut infini-
ti et privationes cognoscuntur cognitione habi-
tus cognitione privativa talis. infinitas
accidit ratione … et confusionis et
ideo aristoteles attribuebat in tertio phisicorum infinitatem
partibus magis quam toti. cum totum et completum sit
perfectum per se ratione perfectionis loquitur. ¶ Per
iam dicta solvitur prima ratio. ¶ Ad secundum dico
quod contraria est dupliciter sumere vel utendo hoc
nomine contraria proprie et sic modo finitum et infi-
nitum non sunt contraria vel communiter appellando
privative opposita contraria et sic in non habet pro-
cedere quod contrariorum eadem est scientia nisi secundum
quod dictum est quod unum scitur positive et
alterum privative. ¶ Ad tertiam patet solutio
quod infinitum habet diffinitionem eo modo quo cognoscitur.
sed autem est per privationem et hec cognitio
diffinitiva non est verior quam demonstrativa.
¶ Ad quartum patet solutio quia licet de infinito determi-
netur in tertio phisicorum hoc non est tradendum
de eo cognitionem positivam sed magis pri-
vativam et docetur cognosci per privationem sui
habitus. ¶ Aristoteles accipit quod … mathematici sic
… ponunt vel accipiunt infinitatem in partibus
et in toto. sed autem videtur esse falsum quia in
partibus est infinitas cum totum est finitum.
¶ Iuxta dictum quod omne finitum potest consumi
per resecationem partium ab ipso in infinitum.
quia omne finitum divisibile est in infinitum
resecetur ergo a corpore finito dimidietatem
et ab illa dimidietate dimidietatem et sic
ulterius et tunc numquam erit devenire ad aliquam
partem quin illius erit dimidietas et si sic est
ergo corpus illud non erit consumibile per rese-
cationem partium. ¶ Dico ad primum cum aristoteles dicit quod si
contingit accipere infinitatem in partibus et continuum

probatio maior

ger in toto. ¶ Et nota quod ipse intelligit de infi-
nitate actuali partium et hoc patet per sua exem-
pla. quia ipse exemplificat in partibus totius e-
thogenei in quibus si est reperire infinita-
tem actualem erit reperire eam in toto et per hoc
patet dissolutio rationis quia arguit de partibus to-
tius continui in quibus est infinitas po-
tentialis et non actualis. ¶ Ad secundum dico quod est
dividere totum dupliciter. uno modo per partes eiusdem
proportionis non tamen eiusdem quantitatis. alio modo
per partes eiusdem quantitatis non tamen eiusdem propor-
tionis. quando totum dividitur per duas medieta-
tes et quelibet medietas per alias duas me-
dietates quia pars prime divisionis et pars secundo
nis licet non sint eiusdem quantitatis tamen sunt
eiusdem proportionis quia sicut prima est medi-
etas sui totius similiter et secunda et dividendo to-
tum per tales partes numquam erit consumere totum
sicut ostendebat ratio. sunt autem partes eiusdem
quantitatis non tamen eiusdem proportionis quando a toto
abstrahitur una pars primo et tunc post modum a-
lia eiusdem quantitatis non per medietates pre-
cedentes et similiter ulterius dividendo et differentia eiusdem
quantitatis quia sunt equales quantitates non tamen sunt
eiusdem proportionis quia non habent talem propor-
tionem ad invicem sicut alie partes precedentes et
dividendo totum per partes tales est ipsum tot-
um consumere et sic intelligit aristoteles et ideo ratio non pro-
cedit contra ipsum. ¶ Quia dubitatur super hoc
quod dicit quod est devenire ad carnem minimam.
Et queritur utrum sit ponere carnem minimam
et videtur quod non quia data carne quacumque continua
est et continuum divisibile est in infinitum. illa
ergo caro divisibilis est in partes et pars est minor
toto. illa ergo caro que est pars dividentis mi-
nor erit alia carne que est totum et illa sim-
iliter est divisibilis et sic erit procedere in
infinitum et non erit devenire ad ultimam
carnem. sed caro minima est ultima ergo non est
devenire ad minimam carnem. ¶ Item dico
caro minima quanta est et homogenea cum eiusdem
est speciei in toto et in parte. ipsa ergo divisa in
duas medietates quelibet eius medie-

Nota de divisione partium … proportionis

questio

tas erit caro. sed utraque medietas est mi-
nor ipsa tota cum partes sint minores to-
to et similiter est caro cum caro sit eiusdem speciei
in toto et in parte ergo que est tota non est si-
cut minima. ¶ Item si est dividere ali-
quam carnem in carnem minimam cum mini-
mum in uno quoque sit quasi indivisibile illa ca-
ro dividitur in partes indivisibiles sed … quod est
indivisibile est corpus quia omne corpus est divisibile
ista ergo caro dividetur in non corpora que est
… quia utrumque componitur ex eis in
que dividitur et caro que est corpus divi-
ditur in non corpora erit ergo caro que est
corpus composita ex non corporibus …
quod est falsum. ergo primum. forte aliquis dicet istas
carnes ad quas stat divisio esse corpora licet
sint minima corpora. contra si minima sint
indivisibilia sunt et si sint indivisibilia erit aliquod corpus
compositum ex indivisibilibus et sic erit positio democriti.
qui ponebat omnia componi ex minimis
et indivisibilibus. ¶ Oppositum dicit aristoteles et commentator primo phisicorum
quia in quocumque est reperire maximum et
minimum per aristotelem. sed in unoquoque est reperire
maximum per aristotelem secundo de anima qui dicit quod
omnium natura constantium determinata est ratio magnitudinis
et augmenti. ergo similiter non est ire in infinitum in ma-
ximo nec etiam in minimo. ¶ Respondeo dicendum aliqui
quod caro naturalis scilicet caro vel aqua potest considerari
dupliciter vel inquantum caro vel inquantum quanta
dicunt ergo quod est sumere minimam carnem per
divisionem inquantum caro non tamen inquantum quanta
non enim est sumere in privatione quin minorem sit
sumere quia quantum est divisibile in infinitum.
isti peccant in duobus. primo quia ponunt carnem
dividi ratione qua caro quia forma est que divisio et pro-
babilitas non convenit alicui in ratione qua actus
est et ideo ipsam dividi inquantum caro est forma
ponere. secundo peccant in eo quod ponunt eam non
dividi in infinitum ratione qua caro continua
quia ista caro homogenea est ergo est eiusdem
speciei in toto et in parte et si in infinitum divi-
ditur cum sit eadem ratio totius homogenei et
cuiuslibet eius partis sicut totum caro est sub-

Ad

et quaelibet eius pars et sic ratione qua quanta divi
sibilis est ratione autem qua caro quanta di
visibilis in carnes. ¶ Ideo dicendum quod minimum
contingit considerare dupliciter vel secundum virtutem
vel secundum virtutem et actionem. Secundum virtu
tem et actionem est quia nulla minor potest in
actionem carnis licet tamen potest in carnem et cum
potest in actionem carnis appellatur caro secundum
speciem quia tunc utrumque est secundum speciem
cum potest in suam actionem cum autem non potest
in suam actionem sibi debitam ratione sue
speciei appellatur caro secundum nomen et hec est
differentia inter carnem secundum nomen et carnem secundum
speciem. Dico ergo quod non est ponere minimam
carnem secundum virtutem quia non est aliqua adeo
parva quin possibile sit sumere minorem quam illa
sit que tamen habet virtutem carnis tamen est ponere
minimam carnem secundum actionem carnis quia
possibile est sumere aliquam ita parvam quod minor
illa non potest in carnis actionem et talem
appellamus minimam. ¶ Sed contra illud aliquis
opponeret adhuc quoniam Aristoteles dicit septimo
physicorum si tanta virtus potest alterare tantum
corpus in tanto tempore et medietas il
lius virtutis potest medietatem alterare in
equali tempore. Si ergo hec caro minima que
habet actionem potest in hanc actionem carnis
ergo medietas illius carnis potest medi
etatem actionis exercere ergo data minima
carne que potest in actionem carnis sue par
tes possunt in medietatem illius actio
nis et ita habent in parte actionem carnis.
¶ Item agens agit secundum quamlibet eius
partem ut dicit Aristoteles et passum patitur secundum quamlibet
eius partem ergo caro habens actionem carnis
habet illam secundum quamlibet suam partem ergo eius
partes possunt in actionem carnis. ¶ Dicendum
quod quamvis re naturali data si debeatur
aliqua operatio toti debetur cuilibet eius par
tium in illo toto, non tamen oportet quod quaelibet eius
pars seorsum a toto habeat illam actionem vel partem
actionis et sic nulla est in toto pars quin pos
sit in illam actionem cum est aliqua ita parva

quod minor illa non posset in actionem carnis
si esset divisa a toto. ¶ Per hoc solvitur primum.
¶ Similiter ad aliud dicendum quod verum est quod caro agit
actionem carnis secundum quamlibet partem suam secundum
quod est in toto, non tamen pars divisa a toto
potest in actionem carnis et sic adhuc relin
quitur quod est devenire ad minimam carnem
secundum actionem et speciem et ad minorem illa secundum
virtutem et nomen. ¶ Dicit quod illi qui posue
runt tantum unum principium posuerunt contraria
principia, hoc videtur esse falsum quia unum non
est contraria et quod tantum unum posuerunt
non posuerunt contraria principia. ¶ Item dixit
superius quod qui posuerunt tantum unum principi
um dixerunt ens esse tantum unum et negave
runt mixta et ita contraria videtur ergo quod non
posuerunt principia contraria. ¶ Item dixit superius
quod qui tantum unum dicunt esse negant princi
pium cum principium dicatur correlative ad principi
atum et si principiatum et principium sunt
plura, sit ergo negant plura esse et in contraria cum
contraria sint plura. ¶ Item dicit quod Democritus posuit
principia contraria, hoc videtur esse falsum quia posuit
principia esse infinita, sed infinita non sunt
contraria ergo non posuit principia esse contraria. Probatio
assumpte: contraria sunt que sub eodem genere colloca
ta maxime a se invicem distant distantia ter
minata, sed sub eodem genere a se invicem dista
re terminata distantia non possunt esse
infinita ergo infinita non possunt esse contraria.
¶ Item ipse dicit principia habere contrarietatem
adinvicem positione ordine et figura athomorum,
sed ex hoc sequuntur duo inconvenientia scilicet quod duo
erunt contraria uni et quod rectum et angulare
erunt contraria circulari cum circulari sit contrarium
ut dicit Aristoteles qui dicit libro de celo et mundo quod
motui circulari non est aliquid contrarium, sed
hoc non est quia motus quorum motuum contrariantur (?)
non quod circulare ergo circulare non habet contrarium. ¶
Ad primum dicendum quod posuit Parmenides similiter (?)
esse ens et actus non ens, iterum autem quod posuit esse
principium dixit esse mixtum primum scilicet chaos quod
dixit esse confusum in actu ex quo omnia fiunt et

questio

distinguit illud esse per differentias contrarias similes et actu
ales et quia ille differentie actuales sunt ideo posuit
quod non erant actu et sic posuit unum principi
um ex quo generantur omnia et contraria principia scilicet
differentias actuales distinguentes illud primum prin
cipium et non novit differentias materiales vel formam
materialem et ideo posuit tantum unum esse principium
ex quo. ¶ Ad aliud quod primo obicitur dicendum quod cum posuit
unum principium verum est ex quo et cum dicitur unum
non est contraria verum est nec hoc posuit sed super illud
principium posuit differentias has scilicet calidum frigidum
et alias supervenientes illud principium distin
guentes, que quidem differentie sunt contrarie. ¶ Ad aliud
dicendum cum dicitur quod qui posuerunt unum prin
cipium dixerunt ens esse tantum unum verum est
ergo negaverunt contraria cum illa sint plura verum est
actu non tamen negaverunt contraria esse cum posue
runt principia esse contraria. ¶ Ad aliud dicendum cum
dicitur quod qui ponunt tantum unum negant principium
verum est non principium ex quo omnia sed principium
distinguens illud primum principium negant esse
actu. ¶ Ad aliud dicendum quod Democritus in hoc quod posuit prin
cipia infinita esse contraria male posuit, posuit enim
sua sunt quod principia erant corpora indivisi
bilia scilicet athomi differentes secundum figuras et in hoc
contrariantur aliquo modo in extendendo (?) sed contrarietatis sed
non sunt vere contraria prima principia secundum ipsum
differunt secundum positionem ordinem et figuras atho
morum. ¶ Ad aliud dicendum quod principiata habent secundum
ipsum contrarietatem extendendo nomen contrarietatis
et cum dicitur ducitur ad inconveniens dicendum quod multa contraria
esse uni divisimode non est inconveniens et de ali
o inconvenienti dicendum quod motus circularis habet contrarium
sed motus dupliciter potest habere contrarium vel gratia terminorum
vel ipsius motus et sic motus sursum contrariatur
motui deorsum cum sint ad contrarios terminos
vel gratia modi movendi et sic motus circula
ris contrariatur motui recto et angulari et motui
in giboso cum contrarium habeant modum movendi
et cum dicit Aristoteles motui circulari non est contrarium
intelligit a parte terminorum ipsius. ¶ Dicit quod
musicum corrumpitur in non musicum vel in me
dium et in videtur vane quod inter musicum et non

musicum cadit medium que cum sint privative
opposita unum quod inter privativa cadit medi
um quod est inconveniens cum iste conclusiones sunt
demonstrate in decimo quod inter contraria omnia
sunt media et quod omnia media sunt inter
contraria et ita inter privativa non cadit medium.
¶ Et dicendum quod inter privativa non cadit medium
nec hoc innuit Aristoteles cum autem dicit musicum cor
rumpitur in non musicum vel in medium dicendum quod illud
non musicum privationem significat quantum ad vocem
et nomen tamen musicum non corrumpitur in nichil sed
in aliquid et per non musicum datur intelligi
positive contrarium musici et hoc patet per Aristotelem quia
ita loquitur non tamen in omne non musicum sed
in non musicum contrarium et quia inter contraria bene
cadit medium cum per non musicum detur intel
ligi contrarium musici bene potest inter ipsa
cadere medium licet sint privativa quantum ad mo
dum significandi. ¶ Item dubitatur de hac conclusione quam
concludit Aristoteles que est quod principia non sunt contraria.
Et quod utrum sic verum et videtur quod non quia contraria semper
sunt sub eodem genere ut patet per diffinitionem contrariorum si
ergo prima principia sunt contraria erunt sub eodem
genere sed quecumque sunt sub eodem genere posterio
ra sunt illo genere si ergo prima principia sunt
sub eodem genere erunt posteriora genere et sic non
erunt prima principia quod cum sit falsum relinquitur
quod non sunt contraria. ¶ Item hec est alia ratio Aristotelis
ille sed est corruptum (?) sed prima principia sunt
ille ergo primis principiis non est aliquid contrarium.
¶ Item prima principia sunt simul in con
stitutione compositi sive principiati sed contraria non
possunt simul esse in constitutione alicuius
compositi ergo prima principia non possunt esse
contraria. ¶ Ad hoc manifestandum sic arguitur
in constitutione compositi aut sunt omnia
principia aut non. Si omnia tunc non sunt
contraria quoniam contraria non possunt simul esse
in eodem. Si autem non sunt ibi omnia aut
utrumque est extra aut alterum. Si utrumque tunc
ex eis non fit res nature quoniam natura
principium existens extra non potest producere
cum ipsum non possit facere extra non et sic non

questio questio .8.

erit transmutatio, sed aliam est esse cum terminus ipsum non possit facere ex non nec similiter ex alio principio sibi opposito non potest introducere [illegible] nem contraria et sic non erit possibilis transmutatio. ¶ Item si principia sunt contraria verum dicere unum et item privative et similiter necesse contradicta de subiecto alterabitur ipsum subiectum et sic erunt tria principia secundum rem quod est contra Aristotelem qui dixit prius quod tria sunt principia secundum rationem duo autem secundum rem. ¶ Item per principia salvantur in omnibus naturalibus, ergo si sint contraria necesse est omnia esse contraria aut ex contrariis sed hoc non quia corpora superiora nec sunt contraria nec ex contrariis. Concluditur ergo quod prima principia non sunt contraria. ¶ Ad oppositum est Aristoteles. ¶ Item natura est principium motus et quietis, motus autem non est sine contrarietate, ergo cum prima principia sunt principia motus, ergo sunt principia nature non erunt sine contrarietate ergo erunt contraria.

¶ Ad istam questionem sunt diverse opiniones. Quidam enim dicunt quod principia sunt contraria recte accipiendo nomen contrarietatis et hii confirmant quod cum omnes philosophi loquentes de istis dicunt principia esse contraria et bene tamen noluerunt quod privativa aliquando nominantur nomine contrarietatis et tamen non distinxerunt utrum essent vere contraria vel privativa sed ipsa nomine contrarietatis nominaverunt. Verisimile est quod vere sunt contraria et due forme contrarie et hii et videntur invenire cum omnes in hoc convenerunt. ¶ Item si non essent contraria proprie sed privative opposita nomine contrarietatis nuncupata tunc non esset possibilis transmutatio principiorum reciproca circa subiectum quia ab habitu ad privationem bene esset progressus sed a privatione ad habitum non esset possibilis regressus, quod cum sic sit concludunt quod sint vere aliqua duo contraria.

¶ Alii aliter dicunt quod non sunt vere contraria sed privative opposita et extendunt hii nomen contrarietatis ad privationem et habitum et dicunt quod non sunt forma et forma sed forma et privatio et hoc probant inducendo rationem Aristotelis quia si essent ambo in rerum natura subiectum et contraria tunc essent tria principia vere secundum rem quod tamen negat Aristoteles ostendens esse duo secundum rem et tria secundum rationem. ¶ Item vult Aristoteles quod subiecto nichil est contrarium sed bene est ei aliquid privatum idest privative oppositum et ideo ut ipsi dicunt cum primum principium formale sit subiectum nichil erit ei contrarium sed privative oppositum. ¶ Item si essent contraria et utrumque diceret formam positive impossibile esset sermo commentatoris qui dicit quod privatio est coniuncta subiecto, et Commentator quod cum forma opposita illi privationi sit in subiecto sed privatio diceret formam positive sermo Aristotelis falsus esset qui dicit quod privatio non ens per se et ens per accidens cum si privatio diceret formam aliquam positive ipsa esset per se et non ens per se. Ex hiis [illegible] colligitur quod utrumque non significat rem et ullam sed alterum tamen et ideo ostendit quod privativa non sunt contraria proprie sed privative opposita.

¶ Alii aliter dicunt et valde subtiliter tenent enim quasi viam mediam inter utrasque positiones. Unde dicunt quod ista principia non sunt contraria proprie nec privativa. Dicunt enim quod in re est una forma et est ibi privatio alicuius forme coniuncta subiecto ipsius in quo non dico privatio pura ipsius forme sed carentia ipsius forme cum potentia et aptitudine introducendi illam formam. Unde in quantum est illa carentia adiuncta et non est ibi ista forma secundum privationem pura sed opposita et non secundum actum. Unde privatio quod est principium secundum rationem aptitudinem et sicut in genere est utraque dicta ipsum dividens secundum potentiam et non secundum actum. Unde privatio que principium est secundum rationem ita dicta est quedam aptitudo et potentia forme introducende in tali subiecto sicut ista aptitudo et potentia non apponitur forme iam existenti actu in subiecto contrarie neque privative. Similiter nec privatio ei opponitur quam sic dicunt ista ingeniosa sufficiunt non tamen omnia quia licet ingeniose tamen idest privatio sit adiuncta materie et privatio ut dicunt sit aliud est quod aptitudo et potentia ad talem formam introducendam in subiecto licet quod talis aptitudo et potentia sit coniuncta ipsi materie sed talis aptitudo est formarum quia formarum contradicit cum materie et est ei coniuncta quod est ingeniosum. ¶ Propter quod aliter dicendum quod ista principia sunt sicut forma et privatio et opponuntur privative et non contrarie proprie loquendo de contrariis. Cum autem Aristoteles ea dicat esse contraria ibi extenditur nomen contrariorum ad privationem et habitum sicut enim in multis locis privativa vocat contraria et sic solvitur questio ad presens, concedatur ergo quod ista principia sunt contraria extendendo nomen contrarietatis ad privativa. ¶ Et ideo solvendum est ad argumenta. Primo primum cum dicat contraria sunt sub eodem genere et cetera. Verum est loquendo de contrariis proprie sed de privatione et habitu licet nominentur nomine contrarietatis non est necesse et hoc est planum in x° metaphysice. ¶ Similiter ad rationem Aristotelis solvendum cum dicat quod contraria dicuntur de subiecto, verum est de contrariis proprie loquendo et similiter si extendatur nomen contrarietatis et licet subiectum sit prius eis de quo subiecto dicuntur tamen illa bene possunt esse prima in suo genere et ita bene esse principia. ¶ Ad aliam rationem Aristotelis cum dicat subiecto nichil est contrarium dicendum quod Alexander istam distinguit cum subiectum dicatur de triplici et forma et composito dicit quod subiecto composito nec subiecto materie non est aliquid oppositum sed subiecto forme bene potest aliquid esse contrarium. Aliter distinguitur prima propositio quod cum subiectum dicatur de subiecto primo et de subiecto secundo verum est quod subiecto primo nichil est contrarium sed tamen subiecto secundo bene potest esse aliquid contrarium. Tertio modo distinguitur predicta propositio concedendo distinctionem Alexandri sed sic distinguendo subiectum formam potest enim considerari dupliciter: aut inquantum est actus et perfectio materie et alterius per compositi et sic nichil proprie nominat subiectum et sic nominatur nomine speciei et sic subiecto forme nichil est contrarium. Potest alio modo considerari inquantum est quale subiectale ipsius speciei et tunc proprie nominatur nomine differentie unde nichil est quod nominatur nomine speciei et differentie tamen sicut subiectum et subiectale, verbi gratia rationale rationalitas. Unde dicit Augustinus li. predicamentorum de nomine dicitur esse [illegible] te quid significatione mutatum et sic subiecto forme potest aliquid esse contrarium vel oppositum. Sed tunc distinguendum est de contrariis quia contraria possunt dupliciter considerari scilicet quod dicuntur duas formas completas oppositas aut large secundum quod dicunt duas formas oppositas quarum altera se habet ut incompleta respectu alterius et hoc modo considerando subiecte forme potest nominari nomine differentie est aliquid contrarium large accipiendo contrarium. Sed tunc opponet aliquis sic: Aristoteles probat alibi quod omnia media inter contraria sunt et similiter quod omnia contraria habent medium, ergo si ista sunt contraria habebunt medium et sic convenient in generatione medii quod tamen falsum est. Ergo [illegible] quod non sint contraria cum non possunt convenire in generatione medii et est responsio ad illud quod proponit Aristoteles predicte intelligende sunt in contrariis que dicunt formas accidentales. Sed tunc positum in questione est contraria dicentia formas accidentales possunt in generatione medii, contraria autem significantia formas substantiales non et reddatur quod contraria significantia formas substantiales ita se habent quod quelibet eorum est tota perfectio illius cuius est et ideo non possunt convenire in constitutione medii ex illis sed contraria dicentia formas accidentales per actus non ita se habent, neutrum enim eorum est tota perfectio illius cuius est et ideo bene possunt in generatione medii ex illis et hoc declaratur in principio passionibus quod licet aliqui [illegible] dicunt formas accidentales quod tamen utrumque eorum est tota perfectio illius cuius est proprie hii non habent medium. ¶ Ad aliud cum dicitur contraria non possunt simul esse in generatione alicuius opposita verum est nec similiter privativa et licet privatio opponatur forme sine habitu non tamen qualibet privatio opponitur cuilibet forme vel habitui. Cum autem fit transmutatio ignis in aerem in est forma ignis et privatio forme aeris simul in subiecto et si hoc non esset impossibile esset transmutatio ignis in formam aeris sed illa privatio forme aeris non contrariatur forme ignis sed forme aeris et sic in generatione alicuius simul non sunt forma et privatio opposite et ideo non concludit argumentum. ¶ Quia magis arguitur ad manifestationem argumenti: principia aut sunt ibi omnia aut non. Dicendum quod sunt ibi omnia scilicet subiectum et forma et privatio et non [illegible]

contraria ut visum est. ¶ Ad aliud cum dicitur quod sunt principia contraria utrumque dicentem et utrum dicitur quod verum est loquendo proprie de contrariis. sed ut visum est sic ostenditur nomen contrarietatis ad privationem. ¶ Ad aliud cum dicitur quod sunt principia contraria necesse est omnia corpora habere esse ex contrariis et tamen oppositum de corporibus supercelestibus dicitur quod in corporibus supercelestibus est contrarietas quia licet ibi non sit contrarietas forme est tamen ibi contrarietas situs. habent enim quedam corpora superiora sicut virtutes plures privatorum situs alterius et licet non habeant contrarietatem sicut ista inferiora habent tamen contrarietatem situs. ¶ Postea

q[uesti]o 9a

quod prima principia nature sunt contraria ostendit quoniam que sunt ista principia prima et videtur quibusdam quod materia et forma sunt ista principia que sunt contraria propter tales rationes. Aristoteles dicit supra quod prima principia sunt talia quod non sunt ex aliis nec ex alterutris sed omnia alia ex ipsis et hoc postmodum in sua littera quod illa ex quibus alia fiunt sunt solum materia et forma ergo solum materia et forma sunt prima principia quia prima principia nec sunt ex aliis nec ex alterutris sed omnia ex ipsis sed prima principia que nec sunt ex aliis nec ex alterutris sed omnia ex ipsis sed prima principia que nec sunt ex aliis et cetera sunt contraria et talia sunt materia et forma ergo materia et forma sunt contraria. ¶ Item prima contrarietas est actus ad potentiam et incompleti ad completum sed prima materia est prima potentia et primum incompletum prima autem forma est actus primus et primum completum ergo prima contrarietas est forme ad materiam. ¶ Aristoteles dicit in littera quod forma cum sua materia sufficit ad generationem sed omnia prima principia que sufficiunt ad generationem esse contraria ergo materia et forma sunt contraria. ¶ Item contrarietas est completa distancia ergo que magis distant magis sunt contraria sed forma magis distat a materia quam a forma ergo magis contrariatur materia quam forme cum quod forme contrariatur magis contrariabus. probatio assumpte scilicet quod forma magis distat a materia quam a forma quia forma

For.a

que distant que in nullo conveniunt quam que in aliquo conveniunt sed materia et forma in nullo conveniunt forma autem cum forma sibi opposita convenit in forma superiori generis ergo magis distat forma a sua materia quam forma a materia forme. ¶ Oppositum autem ostenditur quia dicit in littera quod substantie nichil est contrarium sed materia et substantia sunt idem ergo materie nichil est contrarium. ¶ Item dicit in littera quod oppositum non manet completa transmutatione sed materia manet sed si per oppositum non manet intelligeretur [illegible] diceretur opposita esse forme. secundum hanc opinionem sibi contradicit ergo materia non est opposita alicui. ¶ Item si materia esset contrarium sequerentur duo inconvenientia unum scilicet cum forma et materia simul sunt in eodem sequeretur duo contraria simul esse in eodem. Aliud inconveniens sequeretur scilicet cum materia et forma sunt sibi opposita sequeretur contraria esse sibi opposita que cum sint inconvenientia manifesta relinquitur quod materia et forma non sunt contraria. ¶ Solutio dicendum est quod materia id quod est sine sua natura id quod nichil est contrarium cum ipsa materia ratione privationis que est annexa sive sibi potest aliquo modo dici contraria forme. sunt enim in materia duo scilicet sua natura aliqua forma informata et privatio forme opposite actualiter existens in materia privatio dico adiuncta sibi naturaliter et gratia sui naturaliter non contrariatur materia forme actualiter in ipsa existenti et ipsam licet non totaliter perficit quia si totaliter perficeret iam non haberet appetitum ad formam oppositam sed gratia privationis alterius forme opposite que privatio est adiuncta sibi naturaliter potest aliquo modo materia contrariari forme in ipsa actualiter existenti. sed tunc de contrariis distinguendum est sicut prius distinctum fuit quod possunt sumi stricte scilicet prout utrumque dicit rem et utrum ponitur et sic materia non contrariatur forme. vel possunt sumi large prout unum dicit rem et alterum ponitur et ad privationem illius ipsi et sic extendendo nomen contrarietatis ad privationem et similiter materia ergo privationis adiuncta sive sibi potest

contrariari. et ut melius intelligamus videamus significata nominum primo scilicet quid significet hoc nomen materia. dicendum quod in suo significato cadunt tria sic. significat enim substantiam privatam forma cum aptitudine ad eandem formam et tamen non debemus dicere quod sit equivocum quia non significat tria principia sed primo et principaliter significat substantiam scilicet substantiam materie et ex consequenti privationem forme certam substantiam non mere substantiam privationum sed prius carentia forme ex quo relinquitur aptitudo ad formam cadunt ergo ista tria in suo significato. scilicet substantia materie et certam privationem forme et ex consequenti relinquitur aptitudo ad formam et ne videamus hoc fingere sic potest ostendi quia materia significat substantiam tamen sed illa substantia significat informata ab aliqua forma [illegible] cum illa forma non compleverit totum [illegible] appetitum materie et ideo appetit ipsam [illegible] est privatio forme et hoc patet per Aristotelem qui dicit quod privatio adiuncta sibi materie consequitur immediate suum principale significatum privatio sive carentia forme. Unum tamen unum est quod perfectibilis est per formam et quod est perfectibile per aliud non habet actu illud sed privationem eius et ideo materia nominat substantiam materie cum privatione sive cum carentia. sed istam privationem sive carentiam forme consequitur aptitudo ad formam et hoc patet per Aristotelem qui dicit quod materia appetit formam sicut turpe bonum et mulier virum. appetere autem est propter carentiam. consequitur ergo illam carentiam aptitudo ad formam ut patet per Averroem in principio de substantia orbis qui dicit quod materia substat per posse per potentiam ergo substatur materia quia ei inest potentia de se patet ergo quod significet materia quantum substantiam scilicet substantiam materie privatam forma cum aptitudine ad formam. ¶ De significato privationis videamus. privatio autem significat eadem tria sed aliter quia primo et principaliter significat carentiam forme non ubique sed in substantia significat ergo ex consequenti substantiam materie. primo autem carentiam forme. sed quia non est pura carentia sive privatio ideo relinquitur aptitudo et loquor de privatione secundum quod est principium naturale significat ergo hec eadem tria sed hoc ordine quia primo carentiam forme ex consequenti in substantia materie. tertio autem cum aptitudine ad eandem. ¶ De significato potentie videamus. potentia autem hec eadem tria significat sed aliter quia primo significat aptitudinem forme secundo in substantia ex consequenti carentiam forme. quod enim significat aptitudinem tamen est. scilicet enim de se non esset aptitudo forme inducende in materia non esset potentia. quod autem dicat privationem patet quia non potest absolvi ab eo cuius est potentia dicit ergo aptitudinem in tali substantia ad talem formam. similiter dicit carentiam ut patet quia non manet potentia completa transmutatione quoniam ad privationem sed cum comparatur ad aptitudinem semper manet si non diceret carentiam sicut et manet tamen dicit ergo potentia aptitudinem in tali substantia ad formam cum carentia eiusdem forme in substantia. his visis patet quod privatio adiuncta est sibi materie et quod materia gratia sive sibi nichil est contraria sed gratia privationis potest forme contrariari. quia privatio significata nomine materie quodammodo contrariatur licet materia id quod est non contrariatur. ¶ Ad rationes dicendum cum dicitur prima principia sunt talia verum est et cum ulterius dicitur illa ex quibus alia fiunt sunt materia et forma verum est secundum rem licet et ad sit principium secundum rationem ut privatio que nominatur nomine materie et cum ulterius dicitur quod Aristoteles dicit quod prima principia sunt contraria dicendum quod verum est sicut visum est. unde Aristoteles hic intellexit de privatione adiuncta sibi materie et de forma. et ideo huius contrarius reperitur unum substantiam de quo dicatur scilicet substantiam materie. ¶ Ad aliud cum dicitur quod prima contrarietas est actus ad potentiam dicendum quod ipsa potentia non contrariatur actui id quod est vel quod est de se sed quod in eius significato cadit carentia sive privatio ideo potest dici contraria actui et forme. primo autem et per se debet dici ista contrarietas inter privationem et formam. ¶ Ad aliud dicendum quod cum dicitur quod forma cum materia sufficit ad generationem dicendum quod ista duo principia sufficiunt ad esse rei non tamen ad transmutationem requiritur enim privatio quedam enim contraria requi-

nuncius; sed non est per substantiam rei sed per transmutationem. Ideo dicendum quod tamen illud nominatur privatio. ¶ Ad aliud cum dicitur contrarietas est completa distantia, dicendum quod verum est, sed ipse arguit ex truncata diffinitione quia contrarietas est completa distantia eorum que sunt sub eodem genere, et ideo non tangit argumentum. ¶ Alia est opinio que ponit quod principia que sunt contraria sunt prima causa et primus actus complentissimus, et sunt rationes istius opinionis iste: prima est physicus resolvit usque ad principia simpliciter prima et causas primas sicut methaphysicus; sed methaphysicus resolvit usque ad formam primam que est causa prima et similiter usque ad actum primum complentissimum; ergo similiter physicus resolvit usque ad ista; sed illa ad que stat sua resolutio sunt sua prima principia; ergo causa prima et actus complentissimus sunt sua prima principia que sunt contraria. ¶ Item Aristoteles dicit in x° in omni genere est devenire ad unum primum, sed non est [illegible], ergo in genere substantie est devenire ad unum primum sed non est devenire ad plura quam sit prima causa; ergo prima causa est primum principium in genere substantie, et cum sint duo prima opposita ergo quod maxime remotum est a prima causa est aliud primum, sed hoc est actus complentissimus primus; ergo ista duo sunt prima principia contraria. ¶ Oppositum autem ostenditur sic: primum principium debet habere contrarium, sed prima causa non habet contrarium quia ipsa est extra genus et contraria sunt in genere; ergo prima causa non potest esse primum principium. ¶ Item si esset primum principium esset forma, sed forma est altera per suum oppositum, prima autem causa non potest esse altera per suum oppositum; ergo prima causa non potest esse primum principium. ¶ Item si hec causa et actus complentissimus sint prima principia, sequeretur esse tria principia secundum rem, quod est contra Aristotelem qui ponit tantum duo secundum rem et tria secundum rationem. Probatio primi: prima causa differt secundum rem a primo actu complentissimo et utrumque differt secundum rem a materia; ergo si ista duo sint prima principia et similiter materia, sequeretur tria esse principia secundum rem. ¶ Item in principiis rerum naturalium

Nota Aristoteles

opinio

materia causa

privatio secundum Aristotelem est contraria sibi materia et convenit cum materia, sed actus primus complentissimus differt re et etiam ab ipsa substantia materie; ergo non potest convenire cum materia; ergo non potest esse principium, cum eius [illegible] esse principium esse privatio. ¶ De ista opinione dicendum quod non valet, quia prima causa et primus actus complentissimus non possunt esse prima principia rerum naturalium ob causas tactas in rationibus ad hoc adductis, sed sunt prima principia ut ostensum est materia et forma et privatio ad intentionem [illegible] materie. ¶ Ad primam in oppositum cum dicitur quod physicus resolvit usque ad prima principia simpliciter et primas causas sicut methaphysicus, dicendum quod ista propositio calumpniam habet quamdam, id est negant ipsum concedentes tamen; sed distinguendo quia prima principia et prime cause possunt esse in genere cause materialis, efficientis, formalis et finalis. Dicendum ergo quod physicus resolvit usque ad materiam primam et primum efficientem vel moventem, methaphysicus autem usque ad primam formam et ultimum finem, et sic physicus resolvit usque ad principia simpliciter prima sicut methaphysicus, sed in diversis generibus causarum ut visum est; et etiam propter hoc methaphysica est melior et nobilior philosophia quam naturalis, quia sicut forma et finis nobiliores cause sunt quam materia et efficiens, ita scientia resolvens usque ad primam formam et primum finem est nobilior quam illa que resolvit usque ad primam materiam et primum efficientem; et etiam propter hoc iste due solum dicuntur philosophie quia sole resolvunt usque ad prima principia et nulla alia scientia. Concedatur ergo ista sicut visum est quod physicus resolvit usque ad prima principia sicut methaphysicus, et cum dicitur ulterius methaphysicus resolvit usque ad primam causam et primum actum, ergo et physicus, non valet, quia methaphysicus resolvit usque ad primam causam quia ipsa est ultimus finis et ideo, quia ad ultimum finem non resolvit physicus. Potest tamen physicus resolvere usque ad primam causam non tanquam ad primam materiam vel ultimum finem sed tanquam ad primum moventem, sed hoc facit alibi; hic autem resolvit usque ad primam materiam, et ideo non cogit argumentum. ¶ Ad aliud dicendum quod in genere

Nota differentia inter physicum et metaphysicum

For. 13

substantie est devenire ad unum primum, scilicet ad primam materiam, sed illa non est in genere quia transcendit omne genus, et ideo non potest esse principium; sed est devenire in genere substantie ad aliquod primum quod est in genere, ut ad primam materiam et primam formam, et ista sunt principia; et sic solvuntur rationes. ¶ Consequenter queritur in quo genere sit prima contrarietas, et ostenditur quod in genere substantie, quia in unoquoque genere est una contrarietas, ergo in primo genere est prima contrarietas; sed primum genus est genus substantie, ergo in genere substantie est prima contrarietas. ¶ Item prima contraria sunt principia et cause omnium aliorum, sed accidentia non possunt esse principia et cause omnium aliorum; ergo contraria prima in nullo sunt genere accidentium, ergo sunt in genere substantie. ¶ Item motus et transmutatio est per contrarietatem, ergo prima transmutatio per primam contrarietatem; sed prima transmutatio est in substantia, ergo prima contrarietas est in substantia. Probatio assumpti, scilicet quod prima transmutatio est in substantia: prius est aliquid fieri sive generari quam ipsum alterari vel secundum aliquam aliam transmutationem transmutari; sed generatio est transmutatio in substantia, alie autem transmutationes sunt in accidentibus; ergo transmutatio que est in substantia prior aliis transmutationibus, et ita prima transmutatio est in substantia. ¶ Item subiectum prime transmutationis quod est generatio non est ens actu sed ens in potentia, sed subiectum omnium aliarum transmutationum est actu ens, et ens in potentia prius est ente actu; ergo subiectum generationis prius est subiecto alicuius alterius transmutationis, ergo et generatio prior aliis transmutationibus; et tunc ulterius ut prius arguatur: generatio est prima transmutatio, ergo est per primam contrarietatem, sed generatio est in substantia, ergo et prima contrarietas. ¶ Item sicut se habent termini transmutationum ad invicem sic et ipse transmutationes, sed terminus generationis prior est quolibet termino aliarum transmutationum, quia ipse est ad esse, termini autem aliarum transmutationum aliquid addunt super esse, ut alterari, secundum locum moveri; ergo generatio est prima inter alias transmutationes, et tunc ulterius arguatur ut prius. ¶ Oppositum huius ostenditur, scilicet quod prima contrarietas non sit in substantia, quia substantie nichil est contrarium, sed si prima contrarietas esset in substantia, tunc substantie esset aliquid contrarium. ¶ Item dicit Aristoteles quod prima contrarietas ostenditur est in loco. ¶ Item quod nec in substantia nec

q. x.

in loco sit prima contrarietas ostenditur, quia si motus est ratione contrarietatis, tunc in quo genere est primus motus in genere eodem est prima contrarietas; sed primus motus est in ubi quia motus localis est primus motus et iste est in ubi vel situ; ergo prima contrarietas est in ubi. ¶ Item videtur quod sit prima contrarietas in qualitate, quia prima contraria sunt illa que sunt principia omnium physicarum transmutationum; sed in viii dicitur quod rarum et densum sunt prima contraria, sed rarum et densum sunt in genere qualitatis, ergo prima contraria sunt in genere qualitatis. ¶ Item quod rarum et densum sint principia omnium physicarum transmutationum ostenditur, quia dicit [illegible] quod raro conveniunt due qualitates, scilicet leve et molle, que disponunt ipsum passivum ad patiendum, et denso conveniunt due qualitates, scilicet grave et durum, que disponunt agens ad agendum; cum ergo illa convenientur qualitates active et passive, illa erunt principia omnium physicarum transmutationum. ¶ Item contrarietas non est nisi in corporibus, ergo in primis corporibus est prima contrarietas, sed in primis corporibus non est contrarietas nisi qualitatum tangibilium; ergo prima contrarietas est in qualitate. ¶ Item in ii de generatione distinguit Aristoteles principia in triplici gradu, et primo gradu ponit materiam, in secundo qualitates tangibiles, in tertio elementa; sed in nullis gradibus sunt principia que possunt esse contraria nisi que sunt in secundo gradu, et tunc prima contrarietas erit qualitatum tangibilium que sunt in tertia specie qualitatis; et sic videtur quod prima contrarietas sit in qualitate. ¶ Ad questionem cum queritur in quo genere sit prima contrarietas, dicendum distinguendo contrarietatis nomen sicut distinctum est prius. Potest enim nomen contrarietatis sumi large prout se extendit ad privationem et habitum, scilicet prout utrumque contrariorum non dicit formam sed unum formam, reliquum vero privationem illius forme; huiusmodi contrarietas est inter principia ut prius visum est. Vel potest nomen contrarietatis sumi stricte, scilicet prout utrumque contrariorum dicit formam. Potest ergo quod esse de contrarietate extenditur nomen contrarietatis ad privationem et habitum, ut de contrarietate primorum principiorum, et tunc quod

ad oppositum. quia ipsa loquendo de esse in genere privatio non est in genere non ens enim in nullo est genere et ideo prima continuitas que scilicet est principiorum in nullo est genere large tamen loquendo de esse in genere et per accidens privatio potest esse in aliquo genere scilicet per respectum ad suum habitum licet non per se et proprie et sic continuitas principiorum potest esse in aliquo genere. in quo scilicet erit in quo erit in illo in quo est primus habitus sed primus habitus est in ubi ergo continuitas principiorum erit in genere ubi licet non proprie. si autem sic quod de continuitate proprie accipiendo nomen continuitatis et non extendendo ad privationem et habitum. tunc dicendum quod in continuis sunt duo consideranda. est enim ibi considerare res ipsas ubicatas ubi disposicioni que est continuitas et ipsam continuitatem sive rationem continuitatis disponentem tales res. si autem considerentur continua ratione rerum ubicatarum tali disposicioni cum res ipse sint de genere ubi. ponetur prima continuitas in genere ubi. si autem considerentur continua ratione continuitatis disponentis tales res tunc considerabimus continua ratione dispositionis continuitatis que est completa distancia eorum que sunt sub eodem genere et tunc illam dicimus formale que est complecio distancie considerabimus principaliter et continua ratione eius et cum ista distancia que est complecio distancie primo et principaliter reperiatur in loco et in aliis per locum licet ratio ut ostendetur ponemus primam continuitatem esse in loco et hoc movit aristotilem cum dixit primam continuitatem esse in loco. quod autem complecio distancie primo reperiatur in loco ostenditur quia dicit aristoteles si esset sursum infinitum esset simpliciter leve infinitum quod movetur in sursum et sic esset levius levissimo et sic in infinitum esset procedere et si esset deorsum infinitum similiter esset grave infinitum quod movetur in deorsum. sed quia est status in deorsum ideo est status in sursum certe ergo quia complecio distancie inter sursum et deorsum facit completam distanciam inter grave et leve et est prius naturaliter completa distancia inter sursum et deorsum quam inter grave et leve sed sursum et deorsum sunt

Ad p^m ro [illegible]

differentie loci hoc ergo quod continuitas prius est in loco quam in aliis generibus et hoc propter complecionem distancie que prius est in loco et ideo dixit aristoteles primam continuitatem esse in loco propter complecionem distancie que primo est in loco ut ostensum est. ipsa enim est causa continuitatis. preter hanc primam continuitatem que est in loco est reperire aliam primam continuitatem sive primas continuitates in quantitate non dico simpliciter primas sicut est ista sed primas in genere ut primas continuitates. sunt enim prima continua non simpliciter sed in complexis et continuatis sunt prima supponunt enim corpora plura et eorum continuitates primas et eorum loca et sic in quantitate est prima continuitas non simpliciter sed in genere. unde quia et in ubi est prima continuitas non sed in loco. et cum obicitur motus est ratione continuitatis. dicendum est ergo prima continuitas non sequitur quia primus motus qui est in ubi non caret continuitatem cum non sit a contrario termino ad contrarium terminum sed ab eodem in idem. est enim motus circularis primus motus qui est in ubi ut probat aristoteles. sic ergo patet in quo genere sit prima continuitas. cum autem obicitur et ostenditur quod in ubi quia in hoc genere est prima continuitas. dicendum quod verum est considerando continua ratione rerum ubicatarum continuatarum et non ratione continuitatis. ¶ Ad aliud cum dicitur quod prima continua sunt principia et cause omnium aliorum dicendum quod verum est considerando ipsa ratione rerum ubicatarum continuatarum considerando autem ipsa ratione continuitatis non est verum. ¶ Ad aliud cum dicitur quod prima continuitas est ubi ergo similiter ipsa continuitas. et cum ostenditur quod prima continuitas ut est genere est in ubi quia prius est aliquid generari quam secundum aliquid aliam continuationem continuitatem. dicendum quod iste continuationes scilicet generatio et alie possunt considerari ratione unius et eiusdem subiecti vel ratione diversorum. si ratione unius et eiusdem subiecti tunc precedit generatio continuationes omnes continuationes. si considerentur ratione diversorum subiectorum sic generatio sequitur et non est inconveniens quia prius in aliquo alterari aliquid quam generetur illud quod debet generari. primo autem modo procedit aristoteles.

¶ Per hoc patet solutio ad aliud cum dicitur ubi generationis est prius ubi aliarum continuationum quia est in potentia. dicendum sicut prius si referantur ad idem ubi prius est ubi generationis si ad diversa non valet. ¶ Similiter ad aliud quod obicitur de terminis continuationum secundum. ¶ Ad quartum argumentum ad oppositum similiter patet responsio. ad primum cum dicitur ubi non est continuum superius similiter patet responsio. ¶ Ad aliud quod dicit primam continuitatem esse in loco non valet quia concedatur eo modo quo visum est. ¶ Ad aliud quod ostendit quod prima continuitas sit in ubi solutum est. ¶ Ad alia que probant primam continuitatem esse in quantitate satis patet similiter responsio per predicta. ¶ Questio de continuitate principiorum utrum cum aliam continuentur videndum est de materia in se et primo de ipsa materia. queritur secundo de sua potentia. de primo

Questio .xi.^a

queritur et est questio utrum materia sit substantia et videtur quod non quia si esset substantia substantia predicaretur de illa sed quod predicatur copulatur copulatione huius verbi est ubi et quod copulantur et cum sic copulantur sunt eadem ergo materia et substantia sunt eadem. sed substantia ut visum est predicatur sed hoc est vii metaphysice esse est quod primo esse autem est a forma cum forma dat esse ergo ratione forme predicatur sed ut ostensum est materia est eadem cum substantia que de ipsa predicatur ergo materia et forma sunt eadem per consequens quod est impossibile. vii enim metaphysice dicit aristoteles quod essencia eius est alia ab essencia predicabilibus. ¶ Item si materia est substantia substantia est materia hoc sequitur per conversionem simplicem materia ergo predicatur de substantia sed quod predicatur est esse. esse autem a forma ergo quod predicatur est forma vel forma habens sed hoc est falsum ergo et cetera.

• est •

¶ Item si materia est substantia cum substantia dividatur per primam et secundam materia autem erit prima aut secunda substantia sed nec est prima nec secunda quia nec est individuum nec species vel genus ergo materia non est substantia. ¶ Item substantia dividitur per universalem et particularem. si materia est substantia aut universalis aut particularis sed non est particularis quia non est individuum substantie nec similiter universalis quia nec est species nec genus ergo et cetera. ¶ Item libro predicamentorum

habetur contradictio est oppositio cuius non est medium per se ergo medium inter contradictoria non est sed materia est medium inter contradictoria ergo materia non est ergo non est substantia. probatio assumpte scilicet quod materia sit medium inter contradictoria quia plato in thimeo dicit materiam esse medium inter aliquam et nullam substantiam nec sensibilem nec intelligibilem sed ista et aliqua substantia contradicunt ergo materia est medium inter contradictoria. ¶ Item videtur per augustinum hoc quia ipse volens notificare materiam dicit si possem dicere materiam esse et non esse caderet materia sed esse et non esse sunt contradictoria ergo ut prius. ¶ Item vii metaphysice materia est illud per quod determinatur eius sed ens determinatur per ea que sunt sub ipso ergo materia nullum illorum est ergo non est substantia. ¶ Item quod est in potentia ad aliquid non est illud ad quod est in potentia sed materia in potentia est ad omnia ergo materia nullum illorum est ergo non est substantia. ¶ Ad oppositum dicit aristoteles vii metaphysice si materia non est substantia tunc nichil erit substantia et sic substantia erit ignorata sed non est ponere illud esse substantiam ergo materia est substantia. ¶ Item si materia non sit substantia cum compositum fiat ex materia et forma et ipsum sit substantia sequitur quod substantia fiat ex non substantia quod est impossibile. ¶ Item aristoteles et suus commentator sepe dicunt quod principia substantiarum sunt substantie sed materia est unum principium ergo ipsa est substantia. ¶ Solutio nos debemus scire quod hoc nomen substantia primo et proprie imponitur substantie composite quia illius proprius actus est substare cum quia unum et idem est esse compositi et suorum principiorum componentium substantia et sua principia idem habent esse et propter hoc aliquo modo videntur eodem vocabulo significari licet non proprie extendendo tamen nomen substantie forma potest dici substantia et adhuc magis extendendo materia dicitur substantia et ideo nomen substantie per extensionem convenit substantiis simplicibus id est principiis substantie generalissimo cum et suis subiectis composite et sic materia potest dici substantia aliquo modo. ¶ Ad primum quod primo obicitur dicendum cum dicitur substantia predicatur de materia et eadem sunt que sunt copulata copulatione huius verbi est dicendum est sed ultimo in substantiis

simplicibus idem enim est id quod praedicatur et de quo
praedicatur quia dicitur ibi hoc esse hoc et non hoc inesse
huic. sed in compositis non est similiter quia ibi non
est idem quod praedicatur et de quo praedicatur quia ibi non
dicitur semper quid est et quidquid cum inest
licet dicatur bene quod idem praedicatur de se
hec autem non est recta praedicatio scilicet enim
praedicatio est superioris de inferiori et in illa
non dicitur quid est nec hoc esse hoc sed quid cum
inest vel hoc huic ut cum dicitur homo
est animal non dicitur hoc esse hoc sed hoc esse hoc
vel hoc huic inesse et ideo omnes tales orationes
dicuntur de inesse. cum autem idem praedicatur
de se ipso non est proprie de inesse quia idem non
·No· inest sibi ipsi. in simplicibus similiter autem est
proprio de puro esse non de inesse quia ibi non dicitur
huic hoc inesse sed hoc esse hoc. licet vel nomen
sl· primo imponitur formae secundo aggregato. tertio
modo licet enim primo et principaliter significet
aggregatum, tamen ei primo non imponitur
sed ipsi propter formam et a forma prius ubi ergo primo
imponitur formae secundo composito. tertio modo
modo ergo imposita est licet sano et ideo cum
dicitur ubi est sic cum sic praedicatio sit
in simplicibus ibi per copulationem denotatur
hoc esse hoc et non hoc huic inesse et idem est quod
copulatur et cui fit copulatio sed ubi non
copulatur ibi prout dicitur de forma
aut composito sed prout dicitur de materia et cum
obicitur quod esse posterius esse autem a forma ergo
a forma est praedicatio dicendum quod similiter quia est in ubi
[illegible] dicitur quod cum inest et non in illis
[illegible] dicitur quod est et in illis est
intelligendum propositio. ¶ Ad aliud dicendum similiter et
concedenda conclusio quod licet convenienter planum
est quod non copulatur ibi ubi per formam sed non
est falsa tamen est forma et similiter sua com-
posita nec per aggregato sed enim est falsa aggregatum
est tamen et similiter sua composita sed copulatur
ibi ubi per tamen et sic est ibi copulatio eius-
dem de se et cum obicitur quod praedicatur est forma
vel forma [illegible] dicendum quod sed proprio intelligendum est
ut dictum est in illis ubi dicitur quid

cum inest. ¶ Ad aliud dicendum quod dico ubi per primam
et ponam est dico eius sed quod proprie accipitur
simpliciter quae solum dicitur de ubi composita cum
autem dicitur tamen est ubi ibi extenditur
nomen ubi ut visum est et ideo non cogit.
¶ Ad aliud similiter patet solutio quia dico ubi
per se et per accidens est similiter dico ubi in propria
sua acceptione. ¶ Ad aliud dicendum quod tamen quod non
est medium inter contradictoria ad obiectum cum
dicitur per philosophum quod cadit inter nullam et
aliquam substantiam dicendum quod similiter est sed nulla et aliqua ubi
non contradicunt ibi quia est sensus inter nulla
nec potentia nec actu et aliquam simpliciter et aliquam ·No· quo [illegible] in [illegible]
actu et inter ista bene cadit medium scilicet aliquam
in potentia et sic tamen est medium inter illa quia est
ens in potentia licet non actu et quod ita sit patet
per philosophum in illo capitulo in fundamento [illegible]
distinctum ibi dat philosophus differentiam inter materiam et
genus et est quod tamen non est praedicabile de hiis quae
fiunt ex ipsa genus autem praedicatur de hiis
quae fiunt ex ipso id est de suis speciebus et est alia
a differentia quod tamen est pura potentia genus autem
actus est ergo quod tamen pura potentia est sed autem
quod dicitur per philosophum nec sensibile nec intelligibile similiter
est per se intelligibilis cum est per comparationem
ad formam quia forma ducit in cognitionem
materiae et sic non sequitur materiam esse idem ¶ Per
hoc patet solutio ad aliud quod dicit Augustinus
quod tamen cadit inter esse et non esse similiter est inter
esse actu et non esse simpliciter scilicet actu scilicet potentia et
ista non contradicunt et ideo tamen quae est ens
in potentia bene potest cadere inter ipsa. — Ad aliud
cum dicitur quod tamen vel est ens per quam determi-
natur ens similiter est si bene intelligatur per quam non
determinatur ens vel per formas tamen autem sed
non est et ideo est vel ens per quam determinatur
sive distinguitur ens. ens enim unum distin-
guitur ab alio per formam ipsa tamen est dis-
tincta ab aliis quia est indivisum in se
divisum ab aliis. unde ens est communiter et tamen
est unum. ¶ Ad aliud quod dicitur quod tamen est ·No· quo in [illegible] ipsa
in potentia ad omnia ergo est vel dicendum quod tamen est in
potentia ad omnia similiter est intelligendum sic id est ad

omnis formas et ideo

omnis formas et ideo ipsa non est aliqua forma prop-
ter omnibus informari et ideo est in potentia ad omnes
et non sequitur ideo quod sit vel sed quod sit aliquid.
quia potentia cum sit actus est alicuius scilicet potentiae et
requirit essentiam aliquam sibi substantiam cuius sit potentia
et ideo ipsa tamen est cum sua proprietas sit potentia. ¶
¶ Questio ·24· Communiter dubitatur utrum tamen quam ponit physi-
cus et principium sit illa tamen simpliciter prima de qua
loquitur methaphysicus aut sit aliqua alia posterior illa
per additamentum se habens ad illam eo quod distin-
guitur inter tamen physicam et methaphysicam.
et videtur quod non sit illa simpliciter prima de qua
loquitur methaphysicus sed sit posterior quam illa quia
sicut principia methaphysica se habent ad sua prin-
cipiata sic principia physica se habent ad sua prin-
cipiata ergo continuum proportione sicut principiatum
physicum se habet ad principiatum methaphysicum sic prin-
cipium physicum se habet ad principium methaphysicum
sed principiatum physicum multo posterius principiato methaphysico
ergo principium physicum posterius erit principio me-
thaphysico minor ostenditur quia methaphysicus de substantia simpliciter philosophus
autem de substantia mobili ¶ Item materia in physicis
substantia est ergo est substantia physica sed substantia physica
est corporeum ergo tamen physica est corporea tamen autem
methaphysica non est corporea ergo sed non est illa quod
autem substantia physica sit corporeum ostenditur quia quod subi-
cit se motui est corporeum sed substantia physica se
subicit motui cum subiciat se naturae eo quod est prin-
cipium naturae sed natura est principium motus et
quietis ergo subicit se motui ergo et cetera maior osten-
ditur quia motus est passio continua et quanta
ergo est sibi continuum et quantum sed substantia continuum et
quantum est corporeum ergo quicquid se subicit mo-
tui est continuum ¶ Quidam sentiunt quod in
transmutatione unius formae in aliam nichil rema-
net idem nisi prima tamen quia denudatur tamen ab omni
corporeitate et ab omni forma in amittendo su-
am formam et remanet pura tamen prima sim-
pliciter et tunc inducitur nova forma et cum
ea corporeitas ut si in tamen aeris debet generari
forma ignis tamen in amittendo formam aeris
denudatur ab omni corporeitate et per inductio-
nem formae ignis advenit ei corporeitas
corporeitas ignis

eo ita vel remanet idem in sub tamen et hoc confirmatur
est quod nullo animal quod sola tamen manet et quod sit tamen
mutatio totius in totum et non esset transmu-
tatio totius in totum si aliud quam tamen mane-
ret ¶ Contrarium tamen videtur quia dicit Aristoteles primo
de generatione quod impossibile est tamen absolutam a passi-
onibus et morphesis ergo tamen non potest denudari
ab omni corporeitate et forma ¶ Item quando debet
fieri transmutatio aeris in ignem sed amittendo
formam aeris simul amittat corporeitatem et re-
cipit iterum corporeitatem recipiendo formam
ignis aut ergo statim et in eodem instanti
amittat et recipit corporeitatem aut non. si in
eodem amittat et recipit corporeitatem aut
ergo unam et eandem aut diversam. si unam et ean-
dem tunc in eodem instanti habet et non habet illam
quod est impossibile. si aliam amittit et aliam recipit
in illo eodem instanti ergo numquam tamen est denudata
a corporeitate quia semper habet aliquam quod est contra positionem
eorum. si autem amittat tamen et recipit corporeitatem
non in eodem instanti sed in diversis, tamen inter
duo instancia cadit medium tempus tamen erit ·et sic a corporeitate·
in tempore denudata quod est impossibile. vel ergo quod tamen
non potest denudari ab omni corporeitate ¶ Item
natura est principium motus et quietis. sed motus
praesupponit corporeitatem ergo natura similiter praesu-
pponit corporeitatem. sed super illud quod supponit
natura non habet potestatem ergo super corporeitatem
non habet ipsa potestatem ergo tamen non potest denudari
a corporeitate et si denudaretur sive a corpor-
eitate non habet potestatem introducendi corpor-
eitatem in ea ¶ Item vel corrumpitur in tamen
vel habeat contrarium in ea. sed corporeitas non habet contrarium
in tamen ergo non corrumpitur in ea ergo tamen non denu-
datur a corporeitate ¶ Item secundo de generatione dicit Aristoteles
quod in transmutatione passiones communes manent ut si
debeat in tamen aeris fieri forma ignis, cum aer duas
habet proprietates scilicet calidum et humidum et ignis
similiter scilicet calidum et siccum. cum calidum sit passi-
o communis utrique ipsum in transmutatione manet nec
transmutatur. sed est in solum transmutatio humidi
in siccum et propter hoc dicit quod in habentibus symbolum
facilior est transitus. unde facilior est transmuta-

aeris in ignem et aque in ignem, quia in nulla proprie-
tate habent convenientiam cum generatio corruptionis sit passi-
o communis vel tamen privatio est sub forma aeris
quam privatio est sub forma ignis. Si debeat fie-
ri transmutatio aeris in ignem ipsa debet
manere et sic ab ipsa non denudabitur materia. ¶ Re-
deamus ad propositum. Et ostenso superius quod non
est eadem materia considerata a physico et a metaphysi-
co immo est posterior quam consideratur a physico, nunc
ostendatur oppositum scilicet quod sit eadem materia considera-
ta a physico et a metaphysico tali ratione. Demon-
stratio autem est hec libro sub una est tantum unum
ergo contraria sunt tantum duo et sic sequitur ideo quod
si plura essent contraria quam duo oporteret quod es-
sent vel simul vel in aliquo pari numero
et sic oporteret quod semper duo contraria haberent
unum subiectum cum successive possent invicem et
alterum mutuo se expellere et ideo tunc essent
plura subiecta et ideo sequitur si subiectum est tantum
unum contraria sunt tantum duo. Sed nulla esset
sua efficacia nisi intelligeret de subiecto primo
vel de materia prima quod idem est quia prime non
possunt inesse duo contraria scilicet forma et
privatio et non plura. Aliis enim materiebus a
prima ibi ut materie corpori possunt inesse plu-
ra contraria quam duo et ideo non sequitur in illis si subiectum
est tantum unum contraria sunt tantum duo. Patet ergo quod
hic intelligit de prima materia. Videtur ergo quod prima
materia de qua considerat metaphysicus sit principium
in physicis. ¶ Item ipse vult quod ideo subiectum
sit subiectum solum forme et privationis sed subiectum pro-
ximus quam prima materia substernitur multis formis
ergo non intelligit de tali sed de prima materia, ergo prima
materia considerata a metaphysico est similiter suum prin-
cipium. ¶ Item ipse vult quod materia est scibilis
per analogiam. Ergo non habet formam preter sui
rationem quod habet formam preter suam est cognoscibile
et scibile per formam. Sed omnis materia post primam
materiam habet formam preter suam. Ergo ipse intelligit
id de prima materia que non habet formam preter suam.
Ergo etc. ¶ Item ipse volens notificare de
qua materia intelligit cum ponit materiam esse prin-
cipium dicit in littera duo autem materia principium

primum subiectum utriusque ex quo fit quod fit non
secundum accidens esse. Ergo plenarie quod sic intelligit
de materia simpliciter prima et illa est hic principium
et est eadem cum materia considerata a metaphysico.
¶ Item Aristoteles dicit quod sic materia scilicet que est prin-
cipium physicorum non est subiectum quod manet
in transmutatione intrinseca sed illud quod manet
in transmutatione intrinseca est ens actu quam est
materia corporea. Illud autem est ens in potentia sed ergo in-
telligit de materia simpliciter prima quam considerat metaphysicus.
¶ Solutio ad questionem. Dicendum quod materia quam ponit
physicus esse principium est prima materia sim-
pliciter que in transmutatione non manet in transmutatione
physica quam materia que in transmutatione manet in
transmutatione physica corporeitatem habet. Ista autem
non. Et est ista eadem que consideratur a metaphysico
sed differenter consideratur ab isto physico et a me-
taphysico quia consideratur a metaphysico secundum quod est
principium constitutivum substantie secundum quod substantia et ita sub
esse priori. A physico autem consideratur secundum quod est prin-
cipium entis mobilis secundum quod mobile et ita sub esse
posteriori. Unde eadem est in se materia ab isto et
ab illo considerata licet consideretur sub diverso
esse ut visum est. Et est materia simpliciter prima
hic et inde considerata. Quod autem physicus habeat
resolvere usque ad primam materiam simpliciter patet per
quandam rationem superius dictam. Est enim super-
ius quod dicit Aristoteles super 3um Metaphysice quod
physicus et metaphysicus resolvunt usque ad prima
principia simpliciter et primas causas et ideo solum
isti duo dicuntur philosophi. Sed differenter resol-
vunt quia physicus resolvit usque ad primam
materiam et primum efficiens sive primum movens,
metaphysicus autem usque ad primam formam et
ultimum finem. Patet ergo plenarie quod physicus
resolvit usque ad materiam simpliciter primam per hec.
Solutio ad questionem. ¶ Ad primum obiectum dicendum cum
dicitur principiatum physice posterius est
principiato metaphysice ergo principium physici erit posterius
principio metaphysici. Non sequitur quia omnia
posteriora resolvuntur usque ad prima prin-
cipia et ideo licet principiatum sit posterius
principiato non tamen principium principio quia talis physica re-

Nota quomodo est eadem materia considerata a metaphysico et a physico, tamen diversimode considerata.

Nota qualiter physicus et metaphysicus resolvunt usque ad principia eadem, tamen diversa.

qo

solvit usque ad primam materiam simpliciter. Nec similiter per
concludere quod principium quod est materia sit diversum secundum
substantiam hinc et inde sed solum secundum considerationem quia
ista principiorum eadem est in prioribus et posterio-
ribus scientiis. ¶ Ad aliud cum dicitur quod materia
est principium motus et quietis secundum quod se subicit
nature ergo motui similiter ergo est corporea. Dicendum quod
materia potest se subicere motui immediate vel me-
diate. Illa autem materia que immediate manet in transmutatione
physica immediate se subicit motui et est corporea
et illa non est simpliciter prima nec ad illam stat
resolutio physica nec illa est materia que dicitur
esse principium physicum quia ipsa non solum
se potest subicere forme et privationi sed forme et
forme et pluribus contrarietatibus. Illa autem materia que
immediate non manet in transmutatione physica sed
mediate mediate se subicit motui et non est
corporea sed est simpliciter prima et ad illam stat re-
solutio physica et illa est que dicitur esse
principium physicum quia se subicit forme et
privationi et illa similiter consideratur a metaphysico et
ideo non potest concludi quod prima materia physica
sit corporea sed materia immediate se subiciens
motui et sic patet solutio ad obiecta. ¶ Habito

¶ Questio .xiii.

utrum materia considerata a physico tamquam principi-
um sit eadem cum materia considerata a metaphysico,
consequenter queritur utrum omnia entia primum materiam
habeant. Et quia planum est de elementis et de ele-
mentatis quod materiam habent, ideo illud derelinquendo
queritur utrum corpora celestia et intelligentie
habeant materiam. Et primo ostenditur quod corpora su-
percelestia habeant materiam per auctoritatem. Dicit
Aristoteles primo Celi et Mundi quod celum est composi-
tum ex tota sua materia et dicit quod est compositum
sicut alia corpora. Celum autem est corpus
celeste ergo etc. ¶ Item in 8o Physice prope finem dicit
quod omnia que transmutantur et non sunt cor-
ruptibilia immo etiam habent materiam sed non
generatam sed ad ubi. ¶ Volo et quod corpora supe-
riora habeant materiam sicut inferiora sed diversa
plana est littera. ¶ Item 4 Physice prope di-
cit necesse est imaginari materiam in remotis
sed corpora supercelestia moventur ergo etc. ¶ Item

primo de generatione capitulo de augmento dicit
punctus, linea, superficies non debent dici materia
sed cum hec sint ultima, superficies est materia cum
ergo in corporibus supercelestibus sit has dimensio-
nes ponere et materiam erit ponere in ipsis.
¶ Item super 8um Aristoteles dicit omnia ac-
cidentia insunt substantie per materiam et per proprie-
tates contrarietates sed corpora celestia habent contrarietatem
ergo etc. ¶ Item omnia activa insunt com-
posito per materiam et non per formam sed ista corpora
habent activa ergo etc. ¶ Item dicit Boethius illud
quod simplex est accidentibus subici non potest sed
corpora celestia subiciuntur accidentibus ergo etc.
¶ Item corpora celestia sunt mobilia sed mo-
bile secundum quod mobile est in potentia passiva motivum in
activa ergo ista corpora secundum quod mobilia sunt in potentia
passiva. Sed habetur alibi quod omnis potentia activa
reducitur ad primam activam et omnis potentia pas-
siva ad primam passivam sed prima potentia passiva
est potentia materie ergo potentia passiva corporum superiorum
reducitur ad potentiam materie ergo necesse est ponere
materiam. Aristoteles tamen semper videtur innuere
dicens quod corpora superiora non habent contrarium.
¶ Ostenso quod corpora superiora habent materiam nunc
ostenditur quod similiter intelligentie habeant materiam.
Dicit Boethius in omni eo quod est citra primum
differt quod est et quo est sed quo est est materia quod
est est forma ergo in omni eo quod est citra pri-
mum est ponere materiam. ¶ Item dicit omne
quod est est hoc et hoc sed hoc et hoc non dicunt duas
formas quia sic esset concatenatio formarum et
similiter ex duobus actu existentibus non fit
unum sed due forme sunt actu neque sub-
hoc et hoc dicunt duas materias quia ex duobus
in potentia non fit unum sed due materie sunt in
potentia et nulla est actu. Sed habetur super 8um hoc et hoc
dicunt actum et potentiam sed actus est forma, potentia
non nisi materia ergo intelligentie habent materiam. ¶ Item Boethius
dicit monade sequitur dias sed monade
dicit unitatem dicitur enim a monos quod est
unum et per hoc intelligit primam causam. Dias autem
idem est quod duo. Dicitur enim a dyas quod est
duo et per hoc intelligit causata omnia. Unde

uult illud dare intelligere quoniam est prima causa cum que est una et simplex sunt duo .i. habeant non esse simplex sed esse compositum ex materia et forma ergo intelligentia habet materiam. ¶ Item omnia accidentia insunt subiecto per materiam vel ex maxime quantitas a averroys super .vii. ¶ Similiter boecius illud quod simplex est accidentibus subici non potest. ¶ Item omnia accidentia insunt composito per materiam et non per formam. sed intelligentiis multa accidunt multis .n. eis accidit possumus .n. enumerari singularia eis accidit sunt .n. scientes et similiter concupiscentia ergo non sunt simplicia immo habent materiam. ¶ Intelligentie sunt composite non ex forma et forma quoniam ex duobus actu non fit unum. ergo ex forma et materia ergo habent materiam. probatio minoris videlicet quod sunt composite dicit plato loquens in persona prime cause. Dii deorum quorum ego opifex pater quia sunt opera quidem mea vita vel dissolubilia mea autem voluntate indissolubilia. omne .n. quod compositum est dissolubile est. quod autem bona ratione coniunctum est dissolvere velle non est dei immo ergo plato quod sunt composite propter hoc quod dicit quod sunt dissolubiles et hoc probat omne .n. quod compositum est et cetera. ¶ Item .ix. physice prime omnis passiva potentia reducitur ad primam passivam .i. ad passivam potentiam materie sed omnis receptiva potentia est passiva ergo reducitur ad passivam potentiam materie sed intelligentie est potentia receptiva quia recipiunt influentiam a prima causa ista autem influentia ab ipsis ergo similiter in eis est potentia materie. ¶ Item dicunt philosophi distinctio medium medium est in quo transmutatur transmutatum prius quam deveniat ad extremum. Unde non potest venire ad extremum nisi prius fuerit ad medium. sed inter esse actu et non esse simpliciter cadit medium materia ut patet per platonem qui dicit inter nullam et aliquam substantiam cadit materia ergo quod vadit a non esse ad esse transit per materiam. sed intelligentie exierunt a non esse ad esse quia prius habuerunt non esse quam esse ergo transiunt per medium quod est materia ergo habent materiam. ¶ Item dicit aristotiles primo celi et mundi dicit quia dicit celum dicit formam tantum qui dicit hoc celum dicit formam cum materia. sed non differunt celum et hoc celum nisi sicut universale et particulare et hoc differunt tantum addita ergo particularis est particulare per materiam cum ergo intelligentie sunt particulares habebunt materiam. ¶ Item octavo prime physice omne quod non habet materiam nec sensibilem nec intelligibilem statim est id quod est per essentiam ergo omnis intelligentia habet materiam et super illud libro de celo et mundi dicit averroys quod omne quod non habet materiam nec sensibilem nec intelligibilem datur sibi esse intellectua aut non datur sibi esse ergo habet materiam. ¶ Ostensum fuit prius quod corpora superiora habent materiam oppositum ostendatur .s. quod non habent materiam ex auctoritate commentatoris super primum physicorum. privatio est admixta materie et ideo omne quod habet materiam corruptibile est quoniam privatio tendit ad non esse et ex hoc concludit commentator quod corpora superiora non habent materiam cum non sint corruptibilia.

questio .xiiij.

in corp.

¶ Item nulla quod materia non potest denudari ab alio contrario. si ergo corpora superiora haberent materiam sequeretur duo inconvenientia unum quod haberent contrarietatem cuius oppositum ostensum est primo celi et mundi. Item cum ad contrarietatem sequuntur actio et passio agentium inter se immutuo. sed in libro de generatione dicit quod corpora superiora agunt in inferiora in passibilia eterna et ideo non habent actionem et passionem inter se. ¶ Item .vii. physice prime materia est illud quo res potest esse et non esse. quicquid ergo habet materiam potest esse et non esse per eam sed corpora superiora perpetua sunt et non possunt non esse ergo non habent materiam. ¶ Idem ostenditur de intelligentiis .s. quod non habent materiam per eadem media et alia specialiora magis. xi. physice prime omne ens [?] aut est actus purus sed intelligentie per .xi. sunt entia ergo sunt actus puri. sed prima actus debent pure forme ergo sunt pure forme ergo non habent materiam. ¶ Item universale quod movet intellectum et causa esse est ab intellectu immediate est pura forma ergo multo fortius illud quod immediate est a prima causa est pura forma et substantia simplex in natura. sed intelligentia immediate est a prima causa ergo et cetera. ¶ Et hoc inducit per rationem .3. de anima quia agens in aliud dignius est alio nobilius vel est agens paciente cum ergo universale agat in intellectum erit dignius intellectu vel intellectus dignitatem habeat aliunde sed habet dignitatem super universale quia causat universalitatem in rebus et ideo intellectus dignior est. Unde si intellectus universale est pura forma ergo et intellectus ergo multo fortius intelligentia. ¶ Item loquitur de anima vel intellectu infimo. quoniam si anima simplex est et intellectus infimus multo fortius intelligentia simplex erit. si autem in anima ponatur materia sive in intellectu infimo hoc est propter receptiones quas intellectus recipit et materia recipit. sed intellectus recipit species rerum et non formas ipsarum informantes materia autem econtra formas recipit et non species rerum. sed iste receptiones sunt diverse in genere ergo sunt a diversis potentiis in genere et natura. sed in libro de substantia orbis dicitur materia susceptibilis per posse et complectibilis per potentiam cui est annexa privatio forme sed intellectus non habet talem potentiam cui sit annexa privatio forme inducende ergo potentia intellectus per quam recipit species et potentia materie per quam recipit formas differunt ergo intellectus non habet potentiam materie neque materiam. ¶ Item demum per ypothesim quod intellectus possibilis recipit species per materiam sive per materiam sed hoc color non est in corpore nisi per superficiem prius dicuntur superficies colorata quam corpus et universalis quam hoc quod universalius et illud magis in posterioribus ergo si per materiam sive per materiam recipit intellectus scientias et virtutes materia prius et universalius eas recipit et est secundum veritatem et scientiam ergo materia ipsius intellectus prius et universalius dicetur sciens quam ipse intellectus, quod est falsum. quoniam sicut esse sequitur ingenia prima comparationes quibus acquiruntur scientie debentur materie primo sed hoc est falsum quia pati non agere debetur materie forme autem agere non pati. ¶ Item si prima virtutum illi debentur cui debentur operationes virtuose ergo si materia esset virtuosa et ei deberentur operationes virtutum si secundum dicta prius iam materie deberentur prima virtutum quod falsum est. ¶ Item ad hunc demum per ypothesim quod intellectus habeat materiam queritur an materia ipsius intellectus habet vitam aut non si intellectus sit compositus et materia non habet vitam aliquid tamen tunc fiunt sicut homo ergo materia non habet vitam habet autem ergo forme eadem ratione qua diceretur vivus eadem ratione non vivus diceretur ergo materia non vivens sit intellectus qua ratione vivus diceretur ergo sue forme vitam habens eadem ratione non vivus dicetur ergo sue materie vitam non habens sed hoc non est verum. ¶ Si ergo dicatur quod materia ipsius intellectus vitam habet tunc queritur aut materia est vita in se pura aut est vivificata primum est inconveniens quoniam materia prima non est vita pura in se. preterea tunc esset quo de tali vita aut esset vegetativa aut sensitiva aut rationalis sed non est aliqua harum quoniam quelibet istarum est actus corporis materia autem non est actus corporis similiter materia non est intellectiva ut patet de se ergo materia non est vita in se pura. ¶ Si ergo dicatur quod materia ipsius intellectus vitam habeat eo quod vivificata et abundet tunc queritur aut dicitur vivificata eo quod habet vitam preter sui aut dicitur vivificata eo quod habet vitam coniunctam sicut corpus dicitur vivificatum eo quod habet vitam coniunctam sibi. Primum est inconveniens quoniam tunc materia esset composita ex vita et materia sed nos loquimur de materia simplici. similiter tunc esset quo de illa vita aut esset vegetativa aut sensitiva aut rationalis sed non est aliqua istarum quoniam quelibet istarum est actus corporis physici materia autem non est corpus physicum similiter illa vita non est intellectiva ut de se patet ergo materia non est vivificata per vitam preter sui. ¶ Si ergo dicatur quod est vivificata per vitam coniunctam sibi ut corpus tunc est quo de an materia ipsius intellectus vivificet habet vitam aut non. si non tunc queritur ratione materia vivificata dicitur viva gratia vite sibi coniuncte eadem ratione diceretur non viva gratia materie non viventis. si dicatur quod materia ipsius

Questio .xx.

ut unifice una h(abe)t. tunc est querere de sua
vita aut est in se p(ri)ma aut unifica (et)
sic deinceps usq(ue) in infinitum. Item q(uod) de
vita me(diante) p(ri)us me unifice ut p(ri)us ar
gu(mentu)m (est). et supplebitur ut p(ri)us. re
colligamus g(rati)a r(ati)one si n(atur)a est i(n) intellectu
no(n) pot(est) esse qui h(ab)eat vitam ut ostensum
est (et) ip(s)a no(n) est in se vita p(ri)ma nec
est unifica p(er) vita(m) p(ro)p(r)iam sui nec p(er)
vita(m) q(ua)m dam sibi g(ra)tis in se intell(ectu) in
tam (et) oportet q(uod) si ibi sit n(atur)a q(uod) h(ab)eat
vita(m) g(ra)tis impo(ssibi)le est intellectum h(abe)re n(atur)am
g(ra)tis intellectus intelligentie. Ad istam q(ue)s
tione(m) dicendum distinctione r(espo)ndent q(ui)dam
d(icu)nt absolute q(uod) in o(mn)i eo q(uod) est c(aus)a
p(ri)ma c(ausatu)m est n(atur)a (et) c(aus)a h(oc) est q(uia) sola c(aus)a
p(ri)ma est in fine simplicitatis g(ra)tis o(mn)ia
alia h(abe)nt aliq(uam) c(om)p(ositi)o(n)em (et) dualitate(m) p(ri)mo aut(em)
dualitas sine c(om)po(siti)o(n)e est ex n(atur)a (et) forma
(et) i(de)o illi d(icu)nt q(uod) causata no(n) differunt
penes h(abe)re n(atur)am (et) no(n) h(abe)re s(ed) penes plus
(et) min(us) h(abe)re de n(atur)a (et) de forma (et) i(de)o d(icu)nt
q(uod) intellig(enti)e m(ateri)am h(abe)nt de forma (et) mi
nime de n(atur)a inferiora aut(em) c(on)tra s(ed) mini
me de for(ma) (et) max(im)e de n(atur)a corp(or)a aut(em)
superiora medio modo (et) q(uod) dicitur d(e)
q(uod) intelligencie carent n(atur)a d(icu)nt s(ed) no(n)
est i(de)o q(uia) no(n) h(ab)eant n(atur)am s(ed) p(ro)p(ter) pauci
tate(m) m(ateri)e in eis existentis (et) dant exem
plum ut homo dicitur nudus no(n) q(uia)
nullas h(abe)t vestes s(ed) q(uia) paucas h(abe)t vestes.
Alij aut(em) d(icu)nt r(espo)ndentes disting(u)entes
n(atur)am p(er) corp(or)alem (et) intellectualem (et) d(icu)nt
q(uod) intellig(enti)e est n(atur)a intellectualis in inferiorib(us)
aut(em) corp(or)alis. Alij aut(em) d(icu)nt p(er) a(rgumentum) vij.
ph(ysicorum) q(uo)d qu(a)edam est n(atur)a sensualis qu(a)edam
intelligibilis (et) intellig(enti)e h(abe)nt n(atur)am intellig(ibi)le(m)
inferiora aut(em) sensibile(m). Alij aut(em) d(icu)nt
(et) ingens ad p(ro)po(situ)m q(uod) n(atur)a pot(est) esse s(e)p(ar)ata
liberata tam(en) ut s(e)p(ar)ari (et) actuari ut s(e)p(ar)ari
c(on)tracta (et) c(on)cretari s(ed) c(on)tractae (et) h(oc) videntur
b(e)n(e) dicere q(uia) n(atur)a s(e)p(ar)ata pot(est) absolui ab o(mn)ib(us)
accntib(us) cu(m) sit p(er) eos n(atur)a cognicione

Sronik

ex tempore (et) i(de)o aliq(ua) pot(est) esse s(e)p(ar)ata s(e)p(ar)ati
tam sic c(on)tractio pot(est) absolui a c(on)tr(act)ione sine
a c(on)cretione ut p(ate)t in mathematicis i(d est) n(on)
c(on)siderantur c(on)tractas absoluta a c(on)cretione
(et) c(on)tractae (et) simil(ite)r c(on)tractas tamen n(on) ad
heret s(ibi) (et) est p(ri)mu(m) m(ateri)e o(mn)ia acc(ide)ntia
(et) p(ri)mu(m) pot(est) absolui a posteriori licet
no(n) c(on)tra. s(ed) c(on)tractas no(n) pot(est) absolui a s(ubstanti)a
q(uia) est act(us) (et) posterius (et) i(de)o p(re)supponit
s(ubstanti)am (et) no(n) pot(est) absolui a p(ri)ori q(uod) est s(ubstanti)a
(et) i(de)o aliq(ua) pot(est) esse s(e)p(ar)ata s(e)p(ar)ari (et) c(on)tracta
tam(en). s(ed) c(on)cretas no(n) pot(est) absolui a c(on)tr(act)ione
n(isi) ip(s)a sit in c(on)tractib(us) (et) c(on)tractas est
posterior c(on)cretione (et) i(de)o o(porte)t q(uod) id q(uod) est
s(e)p(ar)atum c(on)cretum sit s(e)p(ar)atum c(on)tractum (et) ultra
s(ibi) (et) i(de)o s(ed) i(n) se h(abe)nt p(er) ordinem q(uod) aliq(ua)
pot(est) esse s(e)p(ar)ata s(e)p(ar)ata s(e)p(ar)ari tam(en) (et) h(oc) est in
intelligenciis q(uia) n(atur)a est i(n) s(ub)iecta s(e)p(ar)ata
liberata tam(en) ut s(e)p(ar)ari (et) c(on)tracta tam(en) (et) h(oc) est
in corp(or)ib(us) superiorib(us) q(uia) no(n) h(abe)nt c(on)cre
tam ut s(e)p(ar)ari c(on)tracta (et) c(on)cretari (et) h(oc) e(st)
in inferiorib(us). Aliter dicitur (et) melius
(et) brevius (et) c(on)ceditur q(uod) corp(or)a superiora
h(abe)nt n(atur)am actu(m) intellig(enti)e no(n) h(abe)nt q(uia) no(n)
indigent s(ed) n(atur)am est corp(or)a h(abe)re n(atur)am
q(uia) ip(s)a h(abe)nt diuisiones (et) quicq(ui)d h(abe)t di
uisione(m) h(abe)t n(atur)am. (et) simil(ite)r h(abe)nt motu(m)
(et) q(uo)d mo(tum) h(abe)t n(atur)am (et) simil(ite)r sunt sen
sibilia (et) ut dicit a(uctor) p(ri)mo celi (et) mun
di o(mn)e sensibile est sensi(bi)le p(er) n(atur)am.
Item dicit albu(mazar) q(uod) n(atur)a est id p(er) q(uod) indu
citur ex h(ui)us g(ra)tis p(ate)t q(uod) corp(or)a superiora ha
bent n(atur)am. Ad p(ri)mu(m) ob(iectu)m d(icendu)m cum
dicit aueroys q(uod) p(ri)uatio est annexa
m(ateri)e o(mn)e q(uo)d h(abe)t m(ateri)am est corruptibile et
corp(or)a superiora no(n) h(abe)nt m(ateri)am. Ver(u)m e(st)
q(uod) p(ri)uatio est annexa m(ateri)e s(ed) duplex est
p(ri)uatio. s(cilicet) forme inducende (et) p(ri)uatio
ubi in q(ua) res debet fieri. (et) cu(m) p(ri)uatio
de suo s(ub)iecto imponeret po(tenti)am ut p(ri)us
fuit ostensum duplex est po(tenti)a s(cilicet) ad for
ma(m) ut ad ubi. cu(m) g(ra)tis dicitur o(mn)e q(uod)
h(abe)t m(ateri)am g(ra)tia p(ri)uationis annexe m(ateri)e p(ro)p(ter)

N(ota) q(uo)d duplex e(st) p(ri)uatio
for(me) (et) ad ubi.

impo(ssibi)le p(er) p(ri)uatio(n)em est corruptibile v(eru)m est s(ed)
sit talis q(uod) ei sit annexa p(ri)uatio for(me)
(et) po(tenti)a ad forma(m) s(ed) in corp(or)ib(us) superiorib(us) no(n)
est p(ri)uatio forme nec po(tenti)a ad m(ateri)am s(ed)
p(ri)uatio ubi (et) po(tenti)a ad ubi (et) i(de)o no(n) cogit
ro aueroys. Ad aliud cu(m) dicitur n(atur)a
no(n) pot(est) denudari ab alio g(e)n(er)e d(icendu)m q(uod)
v(eru)m est de n(atur)a cui est annexa p(ri)uatio
forme (et) po(tenti)a ad forma(m) s(ed) talis no(n) est
in corp(or)ib(us) superiorib(us). Ad aliud cu(m) dicit(ur)
n(atur)a est id q(uo) res pot(est) esse (et) no(n) esse d(icendu)m q(uod) v(eru)m
est lo(quen)do de illa n(atur)a cui est annexa p(ri)uatio
forme. q(uia) n(atur)a est n(atur)a id quo res pot(est) esse
(et) no(n) esse n(isi) p(er) p(ri)uatio(n)em forme annexam
m(ateri)e (et) po(tenti)am ad forma(m) s(ed) talis n(atur)a no(n)
est in corp(or)ib(us) superiorib(us) s(ed) in g(e)n(er)abilib(us)
(et) corruptib(i)lib(us) (et) i(de)o d(icit) a(uctor) in nono. s(ed) ali
q(uid) est in po(tenti)a p(ri)us q(uam) in actu ip(s)a
est p(ri)ncipiu(m) g(e)n(er)ationis (et) corruptionis
s(ed) no(n) est po(tenti)a existendi an actu n(on) in
eis in quib(us) est po(tenti)a ad forma(m) s(ed) tale
po(tenti)am no(n) h(abe)nt superiora p(ate)t g(ra)tis r(espo)nsio ad
ob(iectu)m de h(ac) r(ati)one s(ed) adhuc opponeret ali
quis forme est agere m(ateri)e est pati s(ed) g(ra)tis
corp(or)a superiora h(abe)nt n(atur)am paciun(tur) (et)
d(icendu)m q(uod) ip(s)a paciun(tur) no(n) s(ecundu)m s(ubstanti)am s(ed) s(ecundu)m
ubi in eo. n(atur)a q(uod) mouente paciun(tur) (et) re
ducit(ur) illa po(tenti)a passiua ad po(tenti)am p(ri)ma(m)
passiua(m). s(cilicet) ad po(tenti)am m(ateri)e. (Con)cessimus
q(uod) intellig(enti)e (et) a(n)i(m)a r(ati)onalis (et) intelligentie
no(n) h(abe)nt n(atur)am no(n) ta(men) sunt in fine si(m)
plicitatis sicut p(ri)ma c(aus)a (et) p(ro)p(ter) hoc c(on)
sid(era)nd(um) est q(uod) in inferiorib(us) est duplex
c(om)po(siti)o una est m(ateri)e cu(m) forma (et) iste dif
ferunt p(er) ess(enti)am alia aut(em) est c(om)po(siti)o s(ed) q(uo)d
dictu(m) est (et) ideo h(abe)nt p(ro)p(ri)e c(om)p(ositi)o(n)es ad
inuicem. s(cilicet) forma(m) g(e)n(er)is (et) forma(m) d(iffe)re(nti)a
lem (et) ex h(ui)us sit v(nu)m (et) cedunt c(om)
po(si)ta in v(nu)m s(ed) ess(enti)am sit n(on) v(ni)us
essencia ex forma g(e)n(er)is (et) forma diffe
renciali. dico g(ra)tis q(uod) intell(igent)ia (et) intellig(enti)e no(n)
h(abe)nt n(atur)am (et) i(de)o no(n) h(abe)nt p(ri)ma(m) c(om)po(sitione)m
que fuit in h(ui)us inferiorib(us) no(n) ta(men) sunt

oppo(sitio)

N(ota) q(uo)d glut(inosi) corp(or)a s(upe)r(ior)a
re(spect)u pacium(tur).

in fine simplicitatis sicut p(ri)ma c(aus)a q(uia)
h(abe)nt alteram c(om)po(siti)o(n)em repertam in inferiori
b(us). s(cilicet) c(om)po(siti)o(n)em forme g(e)n(er)is (et) d(iffe)r(enti)alis (et) sic
h(abe)nt c(om)po(siti)o(n)em aliq(ua)m no(n) forme cu(m) n(atur)a s(ed)
forme g(e)n(er)is cum forma d(iffe)r(enti)ali in p(ri)ma
aut(em) causa nulla cadit c(om)po(siti)o (et) i(de)o est in
fine simplicitatis (et) sic p(ate)t q(uod) intellig(enti)e no(n)
h(abe)nt n(atur)am. Ad p(ri)mu(m) ob(iectu)m cu(m) dicit(ur)
in o(mn)i eo q(uod) est c(aus)a p(ri)mu(m) differt q(uo)d est
(et) quo est d(icendu)m q(uod) v(eru)m est in intelligenciis
simil(ite)r differt q(uo)d est (et) quo est (et) est ca(usa)
eis inuenire. forma cum g(e)n(er)is que e(st)
incompleta (et) alterius (et) ibi q(uo)d est forma
aut(em) d(iffe)r(enti)alis quo est (et) est illa c(om)pleta
(et) alterius (et) ultima (et) i(de)o no(n) o(porte)t q(uod)
i(bi) sit n(atur)a. Ad aliud cu(m) dicitur o(mn)e
q(uo)d est est h(oc) (et) h(oc) d(icendu)m q(uod) v(eru)m est (et) intell(igent)ia
est h(oc) (et) h(oc) (et) h(oc) (et) h(oc) no(n) copulant ibi du
as m(ateri)as nec n(atur)am (et) forma(m) s(ed) duas
formas. s(cilicet) forma(m) g(e)n(er)is que est incomple
ta (et) alterius (et) forma(m) d(iffe)r(enti)alem que est
c(om)pleta (et) alterius (et) c(on)tra opponis g(ra)tis est c(on)
cilicatio formar(um) (et) ex duab(us) formis no(n)
sit v(nu)m (et) ex duob(us) actu d(icendu)m est q(uo)d
una forma. s(cilicet) forma g(e)n(er)is se h(abe)t in r(ati)o
ne m(ateri)e (et) po(tenti)e (et) incompleta alia aut(em) in
r(ati)one forme (et) actus (et) c(om)pleta. Ad a(liu)d
cum dicit(ur) d(iffe)r(enti)alis sequitur monade(m)
v(eru)m est (et) intellig(enti)e sunt duo. s(cilicet) forma
g(e)n(er)is (et) forma d(iffe)r(enti)e. Ad aliud cum di
citur o(mn)ia accntia insunt c(om)po(si)to p(er)
n(atur)am (et) m(ateri)am qu(a)ntitas (et) q(uod) simplex e(st)
(et) c(etera). (et) o(mn)ia insunt c(om)po(si)to (et) c(etera). d(icendu)m q(uo)d
v(eru)m est (et) cum dicit(ur) talis intell(igent)ia s(ubstan)
tiarum accntib(us) inueniend(um) est (et) q(uia) di
citur c(on)cipiscit g(ra)tis h(abe)t actus d(icendu)m q(uod) o(mn)e
q(uo)d est in intelligen(tia) est sua s(ubstanti)a v(nd)e
vult a(uctor) in x(ii). q(uod) sua actio est sua s(ubstanti)a
(et) i(de)o que ei insunt no(n) sunt sua accntia
s(ed) sua s(ubstanti)a (et) cum dicitur h(abe)t sciencia(m)
as d(icendu)m q(uod) sua sciencia no(n) est ei accns q(uia)
est ei c(on)creata s(ed) nob(is) sc(ient)ia est accns q(uia)
nobis est acquisita (et) cu(m) dicit(ur) possunt m(ateri)a

No(ta) q(uod) t(em)p(u)s e(st) in m(otu)

n(on) d(icendu)m q(uod) v(er)um est, s(ed) c(om)plet unius s(ecundu)m a(liqu)id. Quedam est media mathe(matic)e, quedam naturalis, quedam formalis est, et iste non est in genere c(on)t(ra)rietatis q(uia) non est actus s(ed) est in genere s(u)b(stanti)e sicut et ipse forme c(on)t(ra)rie, et iste unus est in intelligentiis et ideo unum principium unius cum illis non g(e)n(er)at(ur). Non est contrarietas cum ente. Ad aliud cum dicitur quod sunt opposita in illis p(er) plo(tinum), d(icendu)m q(uod) v(er)um est quod plo(tinus) dicit eas opposita et dissolubiles de sua natura et ideo a(ri)s(totiles) ipsum redarguit et p(ro)bat contrarium, s(ed) cum pot(est) concedi p(er) plo(tinum) quod sint opposita non est tamen et forma sicut in sp(eci)e s(ed) ex forma generis et forma differencie et sic sunt aliquo modo opposita et h(oc) est quod sequitur, quod n(on) bona ratione concessum est et c(etera). Hic autem est quod contrarietas cedit in unum s(ecundu)m essentiam et tunc totum contrarium una essencia simplex est et forma. Ad aliud cum dicitur quod omnis passiva po(tentia) et c(etera) et omnis receptiva et c(etera), d(icendu)m q(uod) non oportet quod po(tentia) receptiva reducatur ad potentiam v(er)am materie s(ed) ad aliquid se h(abe)n(s) loco materie et loco incompleti et potencie r(espectu) alterius ut forma generis. Ad aliud cum dicitur inter esse et non esse cadit medium et oportet quod aliquid prius sit in medio antequam deveniat ad extremum, d(icendu)m quod ibi est equivocatio medii, quoniam quando dicitur medium est in quo transmutatur transmutans prius quam deveniat ad extremum, v(er)um est de medio naturali quod est inter contraria, sed tamen non est tale medium et similiter licet intellectus transeant a non esse ad esse non tamen oportet quod habeant medium, scilicet motum; quoniam ille transitus non est motus qui fit successive s(ed) est mutatio que fit in instanti. Ad aliud cum dicitur quod potentie est potentie p(ro)p(ter) minimum, d(icendu)m quod non est v(er)um, quoniam quando natura intendit singulare ..., quoniam in hac tamen est forma vegetabilis est una in eo et individuata, tamen non est individuum in suo esse specifico nec habet suam minimam quam debet habere ad hoc quod esset individuum hominis sicut individuum in non esse specifico; prius enim fuit individuum plante, postea animalis, postea hominis et ita

antequam introducta sint tamen sua specifica sunt individuum et non est individuum nisi ultimam formam. Quod autem faciat individuum pot(est) intelligi: individuum est tale quod suo nomine significat indivisionem in se et divisionem ab aliis, hoc autem habet a forma, s(ed) ista divisio indivisio pot(est) esse accidentalis vel essencialis; accidentalis ut unitas principium numeri et s(ecundu)m hoc ut dicatur: homo et unus homo et iste homo, convertuntur. Indivisio autem potest esse essencialis et ista est essentia ipsius rei et talis indivisio est in intelligentiis et ideo unaqueque est individua et p(er)se non p(er) materiam s(ed) p(er) indivisionem sui in se et divisionem ab alio que p(er)venit sua forma essentiali.

¶ q(uesti)o ·xxi·

Habito de materia in se, nunc querendum de po(tentia) materie, et queritur utrum po(tentia) sit essentialis materie aut non. Et ostenditur quod sic, quoniam aver(ro)ys s(upe)r librum de s(ubstanti)a orbis s(atis) plane dicit quod po(tentia) est essentialis differencia materie. Item in eodem libro habetur, similiter p(ro)p(ter) posse s(ed) p(ro)p(ter) quod aliquid similitare illud est ei essentiale, ergo posse sive po(tentia) est essentialis materie. Item illud est essentiale alicui quod tanto plus inest ei quanto plus diminuitur sue nature, ut p(ate)t de aqua calefacta: diminuitur sue nature refrigescit et quanto plus diminuitur sue nature tanto plus frigidescit et ideo frigidum est aque essentiale, s(ed) quanto plus materia diminuitur sue nature ut si ab ipsa privatur forma et removetur vel consideretur sine conditionibus formalibus tanto plus inest ei po(tentia), ergo po(tentia) est ei essentialis. Item quod inest alicui non aliunde s(ed) p(er) se ipsum est ei essentiale, s(ed) po(tentia) inest materie non aliunde s(ed) p(er) se ipsam quoniam po(tentia) sive aptitudo et privatio cadunt in significatione materie licet non formaliter s(ed) oblique, ergo et c(etera). Item si po(tentia) esset accidentalis materie et posset ei accidere, tunc possem dicere materia est in po(tentia) ad potentiam sicut possum dicere corpus est in po(tentia) ad albedinem et tunc queretur de illa po(tentia) materie que dicitur esse in po(tentia) ad potentiam, potest et tunc ulterius queretur de illa po(tentia) et ibitur in infinitum, quod est impossibile, ergo po(tentia) erit essentialis materie. Oppositum ostenditur quod est essentiale alicui prius est eo cui est essentiale, s(ed) po(tentia) posterioris nature est respectu materie, ergo et c(etera). Minor p(ate)t, p(ro)bo maiorem quia essentiale predicatum ut p(ate)t in topicis vel dicat totam essentiam vel partem essencie et oportet tale prius. Item quod est essentiale alicui non potest tolli ab eo ipso manente, s(ed) potencia potest tolli a materia materia manente, ergo et c(etera). Maior p(ate)t, minor ostenditur quia aver(ro)ys dicit quod po(tentia) materie non manet apud p(rese)nciam forme et ita tollitur materia manente. Item si po(tentia) est essentialis materie aut dicit totam essentiam materie aut partem essencie; non totam quia non est diffinitio et similiter illa formalis predicatio non valet materia est ipsa po(tentia), que tamen valeret si diceret totam essentiam materie; non dicit partem essencie, esset po(tentia) quia nec est genus nec differentia. Item similiter si diceret partem essencie esset p(er)se materie et tunc materia haberet partem et partem et non esset simplex.

Quidam dicunt quod grammatici distinguunt verba quod quedam copulat rem vel dispositionem ut entis p(er)ficit, quedam non ut potest, erit enim ei de quo dicitur rem copulat ut p(ate)t. Potest autem non ut dicit Priscianus, quia potest indifferenter cadere sup(er) ens et non ens, quia possum ita bene de non ente dicere sicut de ente non ens potest et quia non entis nulla est dispositio, ideo dicunt quod idem copulat; iste sermo falsus est tamen si recte intelligatur veritatem potest habere, potest enim non copulat simpliciter vel dicat, s(ed) non dicat quod sit esse eius, id est eius copulatur verum s(ed) verbum potest aliquid dicit quando potentia et po(tentia) est aliquid s(ed) non dicit quod sit eius r(espectu) cui copulatur, s(ed) dicit aliquid in eo cui copulatur, quoniam po(tentia) semper est in potente et p(er) non dicit dispositionem que est in alio ab ipso potente et est in potente tamquam in subiecto ut p(ate)t cum dicitur Cesar potest devincere, nam po(tentia) devincendi est in Cesare potente et non in illo ad quod terminatur po(tentia) vincendi et hic non tenet illa regula, actus activorum sunt in paciente disposito et similiter non tenet in hiis verbis amo, odio, quia amor non est in amato s(ed) in amante et similiter odium et hoc p(ate)t quia si odium esset in eo quod oditur, tunc iam ille peccaret et non odiens, quoniam ille peccat in quo est odium et cuius est dispositio; similiter est de amore quod est in amante tamquam in subiecto et non in amato.

No(ta)

Ad conceptum dicendum quod po(tentia) est essentialis materie s(ed) duplex est essentiale alicui: uno modo quia dicit totam essentiam eius vel aliquid essencie eius, alio modo quod consequitur eius essentiam primo; modo po(tentia) non est essentialis materie quia est posterioris nature; secundo modo po(tentia) potest dici essentialis materie quoniam consequitur suam materie et sic similiter propria passio dicitur essentialis suo subiecto. Ad rationem in oppositum p(ri)ma cum dicitur quod est essentiale est prius et c(etera), d(icendu)m quod opponit de essentiali primo modo; po(tentia) autem essentialis est materie secundo modo. Ad aliud cum dicitur essentiale non potest tolli et c(etera), d(icendu)m sicut dictum est duplex est essentiale et primum non pot(est) tolli, secundum autem cum sit posterius et consequens rei essentiam pot(est) tolli ab eo cui est essentiale; omne enim posterius pot(est) absolvi a priori, vel aliter d(icendu)m quod in significato potentie tria cadunt scilicet aptitudo forma et subiectum et privatio; privatio oblique in nomine privationis s(ed) eadem tria cadunt s(ed) aliter, ut visum est superius, et in nomine materie similiter. D(icendu)m ergo ad verbum aver(ro)ys quod aptitudo que cadit in nomine potentie formaliter non tollitur ad p(rese)nciam forme, quia si aptitudo tolleretur iam esset ibi forma presens et ineptitudo sive existencie in eo quod fuerat est et ideo aptitudo manet s(ed) carentia sive privatio forme apud p(rese)nciam forme tollitur ratione cuius po(tentia) concernebat forme et ideo manet po(tentia) s(ecundu)m suum formale scilicet aptitudinem que est essentialis materie. Ad ultimum p(er) prius dicta p(ate)t solutio.

.Dup(lex) e(st) e(ssentia)le.

.Q(ua)n(do) aliq(ui)d p(er) p(ri)us d(icitu)r e(ssentia)le ...

distinctio

¶ q(uesti)o ·xxij·

Consequenter queritur utrum formaliter ratione possit po(tentia) predicari de materia. Et videtur quod sic, et ostenditur quod sic: duplex est po(tentia), activa et passiva, et est accipere p(ri)mum potens p(er) potentiam activam ut p(ri)ma causa et similiter primum potens p(er) potentiam passivam ut p(ri)ma materia. S(ed) de primo potente p(er) potentiam activam pot(est) formaliter predicari sua po(tentia) ut p(ri)ma causa est po(tentia), ergo de

primo potentie per potentiam passivam potentie formaliter per
rationem predicari sua potentia. Ideo materia est potentia. ¶ Item
si principia penitus sunt simplicia quia si
non essent simplicia non essent prima principia
ergo prima materia est simplex et hoc est quod dicit auctor
in fundamento verum est distinctum et ideo non
est ibi accipere hoc et hoc. Sed quanto materia est simpli-
cior tanto magis in potentia ergo in omni materia est
accipere illam materiam et potentiam. Sed non est ibi acci-
pere hoc et hoc ergo illa materia et potentia non sunt hoc et hoc sed
eadem et ideo unum predicabitur de alio. ¶ Item
actus est perfectio potentie et forma materie ergo sicut
se habet forma ad actum sic potentia ad materiam
sed forma formaliter predicatur de actu quia
actus est forma ergo potentia formaliter predica-
bitur de materia. ¶ Item ostenditur quod potentia ipsa
non sit aliud quam materia in unoquoque genere
primum immediatum potens est per se ipsum
potens sed est potens per suam potentiam ergo sua
potentia erit ipsum potens. Sed materia est immedia-
tum et primum potens ergo etc. Probo maiorem
scilicet quod in unoquoque genere primum et immediatum
potens est per se ipsum potens quia detur oppositum
scilicet quod non est potens per se ipsum sed per aliud
ergo illud erit magis et prius et verius po-
tens quam ipsum propter quod unumquodque et illud magis ut
si propter superficiem coloratur corpus et superfi-
cies magis ergo primum non erat primum
et immediatum potens sed illud et tunc quero
de ipso utrum sit potens per se vel per aliud
si per se habeo propositum si per aliud tunc queritur
de illo eodem modo et proceditur in infinitum.
¶ Oppositum obicitur scilicet quod potentia non sit eadem cum materia
nec predicari possit de ea. Potentie sunt plures materia
est una materia ergo materia non est potentia. ¶ Item aliquis
dicit quod potentia materie non est ipsa materia et sic probat potentia
corrumpitur ad presentiam forme sed materia non
ergo etc. ¶ Item potentia id quod est ad aliquid est materia
autem non ergo materia non est potentia. ¶ Ad questionem dicendum
quod potentia non est simpliciter eadem cum materia nec
potest formali predicatione predicari de illa. Est tamen essen-
tialis materie quia consequitur essentiam materie et simili-
ter aptitudo consequitur essentiam materie. Unde potentia non est

materia. Sed materie potentia, id quod est potentie est et
non eius ad quod est potentia sicut ostensum est
et potentia non est potens sed potentie. Est ergo potentia
non eadem cum materia simpliciter. Nec est aliud
simpliciter a materia. Dicendum quod non quia illa aptitudo que
est impossibile non est quid in se stans sed cuius scilicet materie
nominatur vel quidam respectus in ipsa materia et est potentia
potentie unde non nominat essentiam que sua sit sed
que est potentie et ideo non est alia a materia quia
habet esse in materia nec est simpliciter eadem et ideo non
potest formali predicatione predicari de materia. ¶ Ad
primum obiectum cum dicitur primum potens
per potentiam activam recipit predicationem forma-
lem sue potentie ergo etc. non est simile quia primum
causa in fine simplicitatis est et quicquid est in
ipso est sua essentia unde sua potentia est sua essen-
tia et sua voluntas et sicut ipsa prima causa
ad nihil habet respectum similiter et sua potentia ad nihil
habet respectum immo est absoluta ... et sine
respectu et ideo sua potentia formali predicatione potest predicari
de illa. Sed ipsa materia prima non est ita simplex
et ideo quod est in ea non est sua essentia et
ideo sua essentia non est sua potentia nec econverso et sua
potentia non est absolute in ipsa immo habet respec-
tum ad formam et ideo formali predicatione non
potest predicari de ipsa. ¶ Ad aliud cum
dicitur in fundamento verum est distinctum
et ibi non est accipere hoc et hoc dicendum quod materia et
sua potentia non sunt penitus alia ad invicem
nec simpliciter eadem ut dictum est et quia non sunt
penitus alia ab invicem nec divisa ideo
in materia non est accipere hoc et hoc et si sic non propter
hoc sequitur quod sint simpliciter eadem et quod for-
mali predicatione unum possit predicari de al-
tero quia ut dictum est potentia non est abso-
lute in materia sed sub respectu ad formam et sic non
sunt simpliciter eadem nec simpliciter alia ab
invicem et propter hoc bene probatur quod materia se ipsa
potens. ¶ Ad aliud cum dicitur actus for-
maliter predicatur de forma ergo potentia de materia dicendum
quod non valet quia sicut dictum est de potentia quod
materia quod ad illud habet habet respectum et ideo formali
predicatione potest potentia predicari de primo sic

similiter est quod actus forme ad nihil habet respectum
et ideo formali predicatione potest predicari
de forma. Sed potentia ad aliquid habet respectum et ideo
etc. ¶ Ad aliud cum dicitur in unoquoque genere
primum et immediatum potens est se ipso
potens concedendum est quod materia est per se ipsam potens
et per suam potentiam sed sua potentia est eadem cum ipsa
non simpliciter sed aliquo modo ut dictum est. ¶ Con-
¶ q. xviii. sequenter queritur utrum potentia debeat poni princi-
pium nature et videtur quod sic quia diffinitur potentia sic in
nono: potentia est principium transmutationis
ab alio secundum quod aliud et hec est diffinitio potentie
passive. Potentia autem activa diffinitur sic: potentia
est principium transmutationis in alio secundum quod
aliud. Cadit ergo principium in diffinitione
potentie tam passive quam active ergo potentia passi-
va est principium. ¶ Item privatio quantum
est de se carentia est et non dicit rem et
nichil aliquid quod sua sit et ideo est non ens per
se. Ens autem per accidens. Sed potentia non est sic immo
positive dicit aliquid ergo potius erit princi-
pium nature quam privatio. ¶ Item ad
esse istius compositi non solum requiritur materia et
forma sed unio materie cum forma. Sed potentia est per
se principium unionis et non privatio ergo potentia
magis est principium quam privatio. Quod autem
privatio non sit principium unionis patet quia
unio et principia unionis manent post
presentiam forme introducende in materia sed pri-
vatio non manet ergo privatio est principium
unionis. Ergo potentia magis erit principium nature
quam privatio. ¶ Oppositum ostenditur. Demon-
stratum est in littera ab auctore quod princi-
pium necesse est contrarium vel simile. Sed potentia non
est contrarium quia contrarium expellit vel expel-
litur. Sed potentia nec expellit formam nec expel-
litur a forma ergo non est contrarium. Similiter non
est simile quia simile non vult esse in alio. Potentia
autem est in alio ut in materia. Similiter si esset
simile tunc materia esset in ipsa potentia. Sed hoc nullum
est. ¶ Item primum et principium idem di-
cunt sed potentia non est ergo primum ergo si
est principium quod non est primum non est

principium. Quod autem potentia non est primum patet quia potentia
est habitudo materie ad formam et est medium quod
interiacet materiam et formam et ita non est primum ergo nec
principium. Sed diceret ista ratio similiter concludit
de forma quod non est principium cum ipsa non
sit primum cum materia ipsam precedat. Et dicendum
quod forma est principium in suo genere et primum
licet materia ipsam precedat quia non est in eo-
dem genere cum ipsa. Sed potentia non est primum
in suo genere quia materia cadit in eodem genere
cum materia et materia ipsam precedat et ideo non tenet
obiectio. ¶ Ad questionem dicendum quod potentia non est princi-
pium nature propter rationes iam visas. Ad
primum obiectum in oppositum cum dicitur quod prin-
cipium cadit in sua diffinitione tamquam genus
dicendum quod principium potest sumi communiter scilicet proprie vel
communiter. Proprie est principium quod est primum
in suo genere et quod coadunatur ad principiata
et sic potentia non est principium in transmutatione
nature. Communiter autem est principium quod confert
ad esse alterius sive occasionaliter sive causaliter et
non est primum in suo genere et sic extenditur
nomen principii et sic in potentia est principium et
sic in predicto obiecto sed sic materia non distinguitur a
principia nature sed distinguitur in prima prin-
cipia. ¶ Ad aliud cum dicitur potentia dicit
aliquid positive privatio vero non etc. dicendum quod illud
quod potentia suo nomine significat et quod confert ad trans-
mutationem non habet a se sed aliunde scilicet a materia
et ideo potentia non est principium in suo genere sed
quod privatio confert ad transmutationem habet a se
et ideo potius privatio est principium quam potentia.
¶ Ad aliud cum dicitur potentia est per se prin-
cipium unionis forme cum materia dicendum quod verum est
et privatio non est principium unionis sed est per
se principium transmutationis et rei per accidens
et sic quod privatio confert ad transmutationem habet
a se et ideo est principium. Sed autem quod potentia confert
ad unionem non habet a se sed a materia et ita ab
alio aliquo modo et ideo potentia non est principium.
¶ Consequenter queritur utrum sit una potentia ¶ q. xix.
materie respectu omnium formarum vel plures. Intelligamus
ergo materiam sine omni forma et tunc est quod intel-

in ea sint plures potentie vel una et quod una tantum ostenditur. Scribitur in 2° metaphysice non facit aliud sed diversitas que est in forma, ergo in materia prima non est accipere aliud et aliud, ergo si ibi sit accipere potentiam non erit accipere potentiam et potentiam aliam et aliam sed unam tantum. ¶ Item in eodem scribitur solus actus dividit, sed materia non est actus nec actum habens, ergo in materia non est divisio vel distinctio, ergo in ea non sunt plures potentie sed una tantum. ¶ Item in 1° physice primo in fundamento nec est distinctum, fundamentum autem appellat primam materiam, ergo in ea non est distinctio, sed si in ea essent plures potentie in ea esset distinctio, ergo etc. ¶ Item natura breviori via facit quod facit quam potest; tamen quod potest fieri per unum superfluum est facere per plura, et quod potest per finita superfluum est facere per infinita ut habetur primo physicorum, sed ponendo unam potentiam tantum in materia possumus introducere omnes formas quas possemus inducere ponendo plures potentias, ergo melius est ponere unam potentiam in materia quam multas. ¶ Oppositum ostenditur quia Aristoteles arguit illos qui ponunt materiam esse unam secundum potentiam sicut est una secundum suam essentiam. ¶ Item super 12m habetur quod si materia esset una secundum suam potentiam sicut est una secundum suam essentiam, ex quo movens primum est unum et semper eodem modo se habens, et unum semper eodem modo se habens est semper natum facere unum, tunc sequeretur sicut dicit Aristoteles quod non possent fieri vel generari multa ex materia sed tantum unum; cum ergo multa fiant et materia sit una per essentiam oportet ponere quod habeat plures potentias, aliter enim non possent esse multa. ¶ Solutio: potentia est aptitudo sive habitudo materie ad formam, sed aptitudo sive habitudo semper multiplicatur secundum multiplicationem illius ad quod est aptitudo sive habitudo, sicut patet de puncto centri comparato ad puncta circumferentie ad que terminantur linee ducte a puncto ipso centri ad circumferentiam. Ipse enim punctus licet sit unus et idem in se, tamen per comparationem ad punctos circumferentie multiplicationem recipit et plures habitudines. Similiter idem patet in relativis quia

licet terminus relationis aliquando sit unum et idem in se, tamen per diversas considerationes ad plura terminata plures recipit habitudines et multiplicatur penes eas, ut aliquis si consideretur in comparatione ad filium dicitur pater, si autem ad patrem dicitur filius. Habitudo ergo multiplicatur secundum multiplicationem eorum ad que est; cum ergo materia respiciat ad plures formas per potentiam, sicut multe sunt forme multe erunt potentie et non una tantum omnium formarum. Concedo. ¶ Ad primum obiectum in oppositum cum dicitur materia non facit etc., dicendum quod verum est verum, sicut relatio distinguitur et multiplicatur per terminum ad quod est, sic potentia distinguitur et multiplicatur non per ipsam materiam sed per formam ad quam est, et sic per unam formam una potentia et respectu plurium formarum plures potentie. ¶ Ad aliud cum dicitur materia non distinguit sed actus, dicendum quod verum est, unde potentie non distinguuntur in materia nisi per formas. Sed opponens: nos loquimur de materia sine forma et in se considerata, ergo forma non distinguet ibi potentias. Et dicendum licet licet ibi non sit forma, tamen est respectus ad formas, et ideo ille respectus ad formas dat multiplicationem et distinctionem potentiis. ¶ Ad aliud cum dicitur in fundamento etc., dicendum quod verum est quod a parte materie non est variatio sive distinctio potentiarum in materia sed a parte formarum, et licet in materia non sit nisi una forma, tamen ibi sunt multi respectus ad multas formas, multe erunt in materia potentie. ¶ Ad aliud cum dicitur quod ponendo unam potentiam in materia possumus idem facere quod per plures, dicendum quod falsum est, quia sicut ostendebatur una ratio, si materia esset una secundum potentiam sicut est per essentiam, cum primum movens sit unum et idem et eodem modo se habens, impossibile esset multa generari ex materia. ¶ Consequenter queritur dato quod in materia sint multe potentie utrum sint in ea finite aut infinite, et videtur quod finite quia entia sunt finita, ergo ponendo potentias finitas possumus omnia generare per illas potentias ex materia, et cum idem possimus facere ponendo potentias finitas quod possumus facere ponendo eas infinitas, melius est

50

q. xx

ponere eas finitas quam infinitas. ¶ Item non est ponere infinitum actu in natura, ergo nec potest erit ponere infinitas in materia. ¶ Item nihil est otiosum in natura, sed si essent infinite potentie multe essent otiose, ergo etc. Probatio minoris: entia sunt finita, sed si potentie essent infinite, cum quelibet potentia debeat respondere alicui enti, multe erunt potentie superhabundantes, ergo erunt otiose. ¶ Oppositum ostenditur super 12m. Dicitur quod omnes forme que sunt actu in motore primo sunt in potentia in materia prima. Multas autem dicimus esse actu in motore primo ad quas motor primus est in potentia activa, sed infinite sunt forme in motore primo actu, ergo etc. ¶ Item non possumus tot formas educere de materia quin causa prima posset plures educere, sed quantumcumque educeret sive infinitas per suam potentiam activam educeret de potentia materie, ergo non possunt tot educi de potentia materie quin plures possent educi. Sequitur ergo quod erunt infinite potentie in materia cum non possint esse tot quin plures. ¶ Solutio sine preiudicio melioris sententie: dicendum quod sicut prima causa habet potentiam activam infinitam et non facit tot quin plura possit facere, non tamen dico infinita actu, sic dico quod materia habet potentiam passivam infinitam et non generantur tot ab ea quin plura possint, non tamen dico infinita actu. ¶ Ad primum obiectum cum dicitur entia sunt finita, ergo ponendo potentias finitas etc., dicendum quod verum est, sed quia potentia activa primi motoris non est refrenata sed est infinita et ipse educit de potentia materie, oportet potentias materie esse infinitas, et sic melius est ponere eas infinitas quam finitas, quia non possemus idem facere ponendo ipsas finitas quod possumus facere ponendo eas infinitas. ¶ Ad aliud cum dicitur nec est actu infinitum in natura, dicendum quod verum est, sed potentia non dicit rem, et ideo super illud cum est et ideo ponere potentias infinitas non est ponere infinitum in actu in natura, cum secundum potentiam tantum non sit actu, sed est ponere infinita in potentia solum. ¶ Ad aliud cum dicitur si sunt potentie infinite cum entia sint

finita erunt otiose quia non poterunt educi ad actum, dicendum quod non educuntur ad actum nec poterunt educi; actu non sunt otiose in natura, quia licet non eveniat simul actus, tamen quantum est a parte potentie semper apte sunt educi ad actum et educerentur si sic cogeret educens, et ideo non est potentia frustra nec otiosa in materia. ¶ Ex quo concessum est quod in materia sunt potentie infinite secundum numerum, consequenter queritur utrum in materia sit potentia ad magnitudinem infinitam, scilicet ut ipsa materia sit magnitudinis infinite, et ostenditur quod non, quia magnitudo infinita nec est nec esse potest in natura, sed materia est nature, ergo materia ad magnitudinem magnitudinem infinitam non potest esse in potentia. ¶ Item si materia esset in potentia ad magnitudinem infinitam, cum ipsam impossibile sit esse actu in natura, esset potentia otiosa in materia, quod non est ponere, ergo etc. ¶ Item ut habetur 3° physicorum infinitas est in divisione continui, unde est ibi infinitas per divisionem, et ex hoc conceditur infinitas in discretis per appositionem unius super unum, et solum sunt due potentie ad infinitatem rationes ubi dicimus, sed in materia non sunt nec illa, ergo etc. ¶ Oppositum ostenditur 3° physicorum: dicit Aristoteles materia est causa infiniti, et esse infiniti est privatum et eius subiectum est continuum divisibile materia, ergo causa erit infinitatis, ergo ipsa extendi poterit extensione infinita, ergo est in potentia ad magnitudinem infinitam. ¶ Item omnia accidentia insunt substantie per materiam nec et precipue quantitas, et est sicut concordat quod dicitur in primo de generatione loquens de puncto linea superficie nec est id cuius sunt ultima; conveniunt ergo quantitas substantie per materiam, ergo materia erit in potentia ad hoc quod sit substantia subiecta differentiis quantitatis, sed differentie quantitatis sunt finitum et infinitum, ergo materia erit in potentia ad infinitatem. ¶ Item sicut habetur ex textu terminatio dimensionum est a forma, materia enim ex se non habet quod terminetur sue dimensiones sed de ratione forme; cum ergo materia prima non habet formam nec formam huius essentialis, erit ei quod sit dimensionum interminatarum quantum est

q. xxi

fo

15

innatam ergo et divisionis infinite infinite secundum potentiam a parte magnitudinis illud concedendum est. — Ad primum obiectum cum dicitur magnitudo infinita nec est nec esse potest in rerum natura dicendum quod verum est actu. Et cum ulterius dicitur ergo materia non potest esse in potentia ad ipsam, dicendum quod non oportet immo materia est in potentia quantum est de se ut extendatur extensione infinita in potentia divisiva sive passiva. Quod autem non extenditur nec extendi potest hoc non est de se set hoc propter potentiam activam que vel non est potens extendere ipsam materiam extensione infinita vel non est volens.

— Ad aliud cum dicitur si materia est in potentia ad magnitudinem infinitam et magnitudo infinita nec est nec potest esse in natura, ergo potentia in ipsa materia est frustra, dicendum quod non est frustra vel ociosa quia non est impedimentum a parte potentie ipsius materie quod materia non extendatur in infinitum set a parte extendentis scilicet potentie active, non enim extendit aut quia non potest aut quia non vult. Et sic potentia non est ociosa in materia cum in ipsa sit aptitudo ad hoc. — Ad aliud cum dicitur quod non est potentia ad infinitum nisi in divisione continui vel appositione discreti, dicendum quod commentator hoc innuit in tercio Physicorum cum loquitur de potentia mixta actui. Hic autem loquimur de potentia materie que est potentia pura sine admixtione alicuius actus.

Q. xxii

Consequenter queritur utrum sit ponere prima potentiam in materia scilicet quod potentie in materia ordinem habeant. Et videtur quod non quia distantiamus per omnes modos prioris et posterioris. Omnis distinguuntur per formam substantialem vel accidentalem set in materia secundum quod hic ad presens consideratur nec est forma substantialis nec accidentalis ergo in ea non est prioritas vel posterioritas potentiarum. — Item solus actus dividit in materia non est actus ergo in materia non est divisio sive distinctio potentiarum ergo nec prioritas vel posterioritas. — Item in fundamento nichil est distinctum set in fundamento sunt potentie ergo non est distinctio earum ergo nec prioritas. — Oppositum ostenditur potentia non est materie in se set respectu forme et est essentialis respectus potentie ad formam ergo secundum diversitatem formarum erit diversitas in potentiis set in formis est prius et posterius quedam enim forma est prior alia ergo in potentiis materie erit ponere prioritatem et posterioritatem et sic quedam potentia erit prior alia. — Item in omni genere est devenire ad primum ergo et in genere potentiarum erit devenire ad primum. — Quod verum est sic intelligendo quod in potentiis materie quantum est a parte materie non est reperire prius et posterius quoniam in ipsa non est distinctio et ideo nec prioritas set in potentiis secundum respectum quem habent ad formas cum forma una sit prior alia est reperire prius et posterius. — Ad primum obiectum cum dicitur quod modi prioris distinguuntur per formas et in materia non est distinctio nec prioritas, set cum respectu ad formas cum forme in illis prioritatem cadant cadunt et ipse potentie. — Ad aliud cum dicitur materia non est actus nec actum habens et ad aliud cum dicitur in fundamento nichil est distinctum, iam patet solutio quoniam in materia nulla cadit divisio vel distinctio potentiarum quantum est a parte materie set secundum respectum essentialem quem habent potentie ad formas cadit in eis divisio et distinctio et prioritas.

Q. xxiii

Consequenter queritur utrum potentie ad formas accidentales sint priores in materia quam potentie ad formas substantiales sive utrum materia sit prius in potentia ad formas accidentales quam ad formas substantiales. Et ostenditur quod sic quia dicit Averroys increpans Avicennam qui posuit quod forma substantialis precedit in materia dimensiones interminatas dicit enim quod dimensiones interminate precedunt formam substantialem in materia set dimensiones sive sint terminate sive interminate sunt accidentia sive forme accidentales ergo forme accidentales precedunt formas substantiales in materia ergo et potentie ad formas accidentales precedunt potentias ad formas substantiales in materia quoniam ordinantur secundum ordinem eorum ad que sunt tamquam a fine. — Item accidentia essentialiter respiciunt materiam et sunt in ipsa tamquam in genitivo materie et exeunt ab ea tamquam a matre. Forme autem substantiales non exeunt a materia nec sunt in ea tamquam in genitivo materie ergo forme accidentales in materia precedunt formas substantiales ergo et potentie potentias. — Oppositum ostenditur causa prior est causato forma substantialis causa est accidentium in materia formis accidentalibus ergo et potentie potentiis. — Item substantia prior est accidentibus cognitione natura et tempore ergo et sua potentia prior. — Illud concedendum est quoniam forma substantialis prior est in materia omnibus accidentibus cognitione diffinitione et tempore. — Ad primum obiectum cum dicitur dimensiones interminate etc. dicendum quod dimensiones tam terminate quam interminate sunt accidentia. Dicendum quod Averroys appellat ibi materiam subiectum in actu que materia formam habet et dimensiones quas precedit forma. Formam autem appellat ibi differentiam specificam et hec de necessitate precedunt dimensiones interminatas in materia non tamen propter hoc omnem formam substantialem. Nos autem loquimur de materia prima non habente dimensiones et ideo est equivocatio de materia et illa materia prius habet potentiam ad formam substantialem quam ad accidentalem. — Ad aliud cum dicitur accidencia exeunt a materia tamquam a matre dicendum quod verum est set a materia non exeunt tamquam a matre nisi per formam substantialem tamquam per patrem et sunt in materia tamquam in matre et forma substantialis est tamquam eorum pater.

Q. Q. de

Et ita forma substantialis est ibi prior. — Consequenter queritur de potentia secundum quod est in diversis generibus modo queratur de potentia secundum quod est in eodem genere et queritur utrum materia prius sit in potentia ad formas magis generales quam ad formas magis speciales ut sit prius in potentia ad formam generalissimam et substanciam quam ad specialissimam. Et ostenditur quod prius sit in potentia ad generales magis quia ut dicit Averroys super primum capitulum in fundamento non est distinctum materia primo recipit formam primi generis scilicet generalissimam et deinde generum subalternorum ordinate procedendo donec veniat ad formam specialissimam et prius est in potentia ad formas quas prius recipit ergo et cetera. — Oppositum ostenditur potentie ordinantur secundum illa ad que sunt set materia prius et principalius respicit et natura prius intendit formas specialissimas ergo potentie ad has prius sunt in materia quam ad generales magis probo minorem natura non inducit generales in materia nisi propter specialissimas et materia non respicit generales nisi propter specialissimas et propter quod unumquodque et illud magis ergo materia prius respicit specialissimas et natura prius intendit eas. — Solutio prius potest distingui. Prius enim est aliquid alio natura secundum quod prius natura dicitur a quo non convertitur subsistendi consequentia. Alio modo prius est aliquid alio operatione scilicet in intentione. Quarto dignitate et nobilitate. Dicendum ergo quod forme magis generales priores sunt in materia natura quam ab ipsis non convertitur subsistendi consequentia et similiter operatione quoniam eas prius inducit natura in materia et sic potentie ad has priores sunt in materia potentiis ad specialissimas set intentione nature priores sunt specialissime in materia quam prius eas intendit et similiter nobilitate et dignitate priores sunt quam nobiliores et digniores et completiores sunt aliis et sic potentie ad has priores sunt in materia potentiis ad generales magis. Argumentum autem unum procedit una via aliud alia.

Q. xxiii

In materia utrum sit prima potentia in materia sive unita naturalibus[?] ...

Habito de potentia materie nunc queritur de eius unitate et quod verum est materia sic una ratione in omnibus. Avicebron libro suo Fontis vite hoc intendit ostendere unitatem rationibus una materia talis est set materia prima primo recipit formam primi generis scilicet generalissimi et post alia oportet si generalissimum sit compositum quod omnia que sunt sub ipso sint composita et secundum eandem compositionem set generalissimum compositum est ex materia et forma ergo quod omnia participent suam materiam omnia ergo habent eandem materiam. — Sa

talis est quod aliquis proprietas in aliquibus pluribus
univoce oportet quod hoc sit per unam causam
univocam repertam in illis sed hec proprietas
que est substare reperitur communiter et univoce
in omnibus subiectis ergo oportet quod hoc sit per
causam univocam sed hec est causa non
est forme quia forme non est substare ergo
necesse est a materia ergo una est in omnibus.
Et ideo talis omne formatum et distinctum
in natura presupponit informe et indi
stinctum cum ergo omnia que sunt in na
tura sint formata et distincta presupponunt
informe et indistinctum sed hoc non est nisi materia
ergo etc. Et talis est potentia huius exeuntis
ab una materia accipiamus ergo dictum illud
quod est genus generalissimum per corporeum
et incorporeum ergo exeunt iste due ab
una materia sed omnia sunt corporea aut
incorporea ergo omnia habent unam materiam.
iste rationes concludunt quod omnia habent unam materiam
non tamen bene ad propositum. Arguamus
ergo melius ad propositum primo per auctoritates secundo per
rationes per auctoritates sic. dicit arguitur primo in eo
dem primo physicorum quod posuit quod materia esset u
na secundum potentiam sicut est una numero et dicit
quod ideo est una potentia sicut est una numero
huius ergo per aristotelem loquentem de materia prima quod
ipsa est una numero. Item dicit albertus
quod omnia esse unum non est possibile nisi uno
modo scilicet a parte materie innuit ergo quod materia est
una in omnibus. Item commentator physicorum capitulo
de vacuo dicit omnia esse unum non est
possibile nisi ex quo id est subiecto innuit ergo materiam om
nium esse unam. Item in eodem materia est ea
dem numero caloris et frigoris. Item
in eodem materia est aristoteles super istam propositionem
sexti methaphysice assignat differentiam inter materiam et
genus et dicit quod materia est una numero in illis
tis genus autem non et materia pura est potentia
genus autem non et ideo materia potest esse una numero
in omnibus genus non innuit ergo quod materia omnium
est una numero. Item dicit aristoteles in
octavo omnes substantie tales sunt ex una causa materiali

et eadem et tamen est aliquid talis materia que appareat
ut sic quod est materia elementaris vel celestis innuit
ergo quod materia prima omnium sit eadem sed appara
tur sicut quod est prima. Item commentator aristoteles et aver
roys dicunt si materia esset una sicut potentia sicut
est una numero cum motor primus sit unus
et idem numero et semper eodem modo se habens et
idem eodem modo se habens semper est natum
facere idem tunc impossibile esset multa generari in
universo ergo quod materia est una numero in omnibus
probatum ergo est hiis auctoritatibus quod materia
est eadem numero in omnibus. Ostendatur
autem idem per rationes. ¶ Prima sic. Si pona
tur quod plures numero sint materie in forma primo
tunc sunt due una vocetur a. alia b. tunc
queratur utrum a. sit in potentia ad omnes for
mas si sic in potentia ad omnes formas tunc
b. superfluit quia non est ociosum in natura
et b. est ociosum quia a. est in potentia ad omnes
formas et confirmatur istud argumentum
per suum argumentum primo physicorum quia de materia
subiecta principiis oppositis unum solum suffi
cit ergo plura non debent esse ergo si una materia
prima sufficit plures non debent esse. Consimiliter
est quod de b. an sit in potentia ad omnes formas
an non si sic ergo a. superfluit si non ergo b. non
est prima sed necesse est in potentia ad omnes formas
ergo necesse est per quod est contra ypothesim. quia materia est
in potentia ad omnes formas. Item materia prima
simpliciter est medium inter primum actum et
completissimum et purum nichil per averroys et aristotelem
et omnes loquentes de materia prima sed si materia est me
dium inter primum actum completissimum et purum
nichil tunc sequitur quod ipsa est una numero probo
sic sit purum nichil a. primus actus incompleti
ssimus d. si ergo materia prima sit medium et eidem
quod non est una numero immo due sunt inter hec ex
trema tunc duo erunt media inter a. et d.
vocentur b. et c. b. ergo et c. sunt due inter potentie pri
me et sunt media inter hec extrema a. et d. ergo
unum est propinquius uni extremo et alterum alteri
b. ergo sit propinquius a. et c. d. a. autem est pu
rum nichil ergo b. medium est pura potentia et c.

non erit pura potentia cum sit magis remotum
ab a. quam b. et a puro nichil est magis remotum
c. quam b. sed non est ab ipso puro nichil magis remo
tum nisi quia plus habet de entitate quam b. pu
ra potentia ergo c. non est pura potentia immo aliquid habet
de actu ergo d. non erat post actus incomple
tissimus sed c. quod est contra ypothesim. Item
c. est propinquius d. primo actui quam b. ergo ma
gis habet de actu quam b. sed b. est pura potentia
et nichil habet de actu et c. magis habet de actu quam
b. ergo aliquid habet de actu ergo ipsum non est pura
potentia et ita non est materia prima. sed est post
actus incompletissimus quod est contra positionem impossibile
est ergo plura esse media inter purum nichil et
primum actum incompletissimum sed unum
tantum et hoc est materia. materia ergo una numero tantum in omni
bus. Item materia prima est una aliquo modo
in eis in quibus est sed non est una genere
nec specie quia tunc esset predicabilis et haberet for
mam quia omne genus habet formam et
similiter omnis species ergo ipsa est una numero.
Item unum et multum condividunt ens unum
autem dividens eius habet aliquam convenientiam
cum multo quia tale unum est aliquo modo
multa sed materia est una aliquo modo. unum autem
numero non est id quod dividit eius quia sicut multum
precedit ens ita et suum unum precedit ens
ergo unum numero non habet convenientiam cum multo
nec aliquid contrarie ergo materia est una simpliciter sine omni
multitudine et ita est una numero. ¶ Oppositum
ostenditur omne quod recipitur in aliquo recipi
tur per modum recipientis et non per modum
recepti. quicquid ergo recipitur in materia prima re
cipitur per modum materie si ergo materia esset una
numero si forma generis generalissimi in ea reciperetur
esset una numero sicut materia quod tamen est inconveniens
quia forma primi generis non est una numero tamen
recipitur in materia. Item differt creatio et generatio
quia quod generatur secundum aliquid sui educitur ad esse et
secundum aliquid sui prius fuit quod creatur autem secundum se to
tum educitur ad esse. huius ponamus
aliquid in hoc instanti creari hoc creatur secundum se totum
educitur ad esse ergo nichil eius prius fuit ergo nec

sua materia prius fuit nec sua forma. deinde in alio
instanti ponatur aliud creari ergo sua materia prius
non fuit nec sua forma tunc queratur de hiis
duobus creatis an habeant unam numero materiam
an non. Si non habeo propositum si sic ergo materia eadem
numero nunquam prius fuit et prius fuit quod est impossibile
ergo non habent unam eandem numero. Item idem
est exemplariter videre sic hec substantia composita spoliet(ur)
a suis passionibus et accidentibus per intellectum hoc enim
possibile quia prius potest absolvi a posteriori per intellectum.
deinde spolietur penes intellectum a formis substantiali
bus per suum ordinem quousque fiat spoliatio sive
resolutio usque ad primum aggregatum. similiter fi
at in alia substantia composita. ista duo aggregata sunt
plura numero et differentia sunt eorum ablatis et
ab huius aggregatis sive compositis suis primis for
mis quod remanet in hoc individuo est aliud
secundum essentiam et secundum numerum ab eo quod remanet in
illo individuo et quod remanet utrobique est materia.
materia ergo non est una numero in omnibus. ¶ Solutio
ad questionem dicendum quod materia prima non est una numero in
omnibus sed in omnibus que ex se invicem generantur
est materia eadem numero in aliis autem non ut quando ex
terra generatur ignis materia subiecta forme terre et
forme ignis est una et eadem numero in solita
te sue essentie diversa tamen in solitate esse. ipsa enim
secundum quod est subiecta primo forme terre et post mo
dum forme ignis licet sit una et eadem
secundum suam essentiam est tamen diversa secundum esse prout est sub hac
forma et sub illa et ita ipsa materia in omnibus ex se
invicem generatis est una per essentiam secundum quod ex se
invicem generantur sed quando utrumque est sub sua
forma completa ut ignis et terra et non secundum quod ex se
invicem generantur tunc in eis non est una et eadem
materia per essentiam sed diversa et diversa. que autem eadem
per essentiam sit materia in hiis que ex se invicem generantur
patet per aristotelem libro de generatione. dicit illa sunt activa
et passiva adinvicem quorum materia est eadem et que
sunt activa et passiva ad se invicem nisi que
ex se invicem generantur. innuit ergo illorum materiam esse
eandem. similiter activa et passiva diffiniunt et conve
niunt genere et que conveniunt genere et materia ideo unum
potest pati ab alio. que autem diffiniunt specie

non erit pura p(otentia)

q̃o xxiiij

ꝛ for͞e ideo unum agit in aliud. huic g° eandem
nām vnio. s͞t pmo phi͞ca vult aiẽ. sim͞ est
vna generatio alterius est ꝛ eo͞s sic alteratio iſt
est vna generat͞e. cete g° qui mutuo agunt ad se
inuicem ponit eandem nām ꝛ vbiq͞ʒ dicit
q͞ aliq͞ habent eandem nām intelligit in hiis
q͞ ex se inuicem generantur. Uideo q͞ nō non ē
vna ꝛ eadem vnio per essentiam in omnibus
sed in hiis q͞ ex se inuicem generantur tm̃. quicq͞d
est ne ita aliq͞o tm̃ eadem in omnibus. dicendum q͞ vnio
nāe vnitate communitatis est vna in omnibus
ad modum generis. quia sicut genus est commune
ad sba se contenta ita similiter nā sʒ cū nō est genus
sʒ communitate proporcionale habent communicationem
generis. possumus .n. sup̃ hanc nām ꝛ illam q͞
naturales sunt vnum commune accipere ut ē
nā corporalis ꝛ ad hunc superius possumus acci
pere vnum commune q͞d est nā simpliciter que ra
tione communis se habet ad alias ꝛ est quodditas
ꝛ essentia vlis omnium aliarum. Uñ nā
omnium nō est vna secundum numerum ꝛ essentiam
particularem sʒ ē quodditas ꝛ essentia vlis ē
omnium. unde vnum sola pma cā pot similiter
esse indiuisis. vna vnio ꝛ nō nā sʒ indiui
sis diuise sunt mē ꝛ in quolibet ē vna nā
per numerum q͞ nā pmo informatur forma gene
ralissima nō in sui grauitate accipientur. ad hanc
formam ꝛ ad illam sʒ formam particularem ꝛ vna
vnio sicut est ipsa nā vna vnio. s. hac
sbalitate q͞ est forma particularis a q͞ per
intellectum abstrahitur forma communis q͞ est
sbalitas. Uñ in nā pmo est forma particularis
ꝛ vna vnio. deinde intellectus per abstractionem
considerationem sʒ ꝛ tunc facit vlitatem in re
bus q͞ ex quoniam ē in illa nā ꝛ est eadem forma
forma vlis ꝛ particularis ꝛ vno quoq͞ʒ.

R̃ ad rõs

Ex hiis vlis respondendum est ad argumenta ꝛ
pmo ad rationes auicebron dicendum q͞ nō conclu
dunt q͞ omnia habent eandem nām vnio sʒ
q͞ omnia habent nām ꝛ hʒ pʒ quia qm̃ pmo di
cit si nā pma pmo recipit formam gene
ralissimi ꝛ post alias oʒ si generalissimum
sit compositum ꝛ ē. concludit q͞ omnia participant

nām vnā sʒ nō vnā vnio. quia concesso sibi
q͞d accipit adhuc nā generalissimi nō est
vna vnio ꝛ ideo nō concludit nām compositam
tum nec simile. q͞z id q͞d accipit accipit
ex falsa ymaginatione cū .n. dicit q͞ pma nā pmo
recipit formam generalissimi ꝛ post alias formas
est quia tunc sequitur q͞ prius est vle in opera
tione nāe quam singulare q͞ falsum est ꝛ similiter
hec opinio propinqua est opinioni anaxagore. q͞ posu
it sub vno vnio omnia indistincte quia hec
opinio ponit formam vlem prius in nā
in nā ꝛ in ea sub indistinctione esse a͞d falsa
est g° ymaginatio. recta aūt ymagina
tio nāe est pmo ī nā inducere hanc for
mam particularem vnā vnio. s. sbalitatem
ꝛ ex qua formam vlem. sʒ tunc intellectus ab
strahit formam communem ab hac forma
ꝛ ab aliis abstrahendo conditiones hʒ ꝛ tunc
ꝛ causat vlitatem nō concludit g° suum a͞r
aliud similiter nō concludit q͞ omnia habent
eandem nām vnio cū nā dicatur omnis sbe
habent istam proprietatem que est sbstare accidentibus
ita g° per nām nē ꝛ nō oportet q͞ per nām eius
dem nē vnio quia proprietas ista nō est vna
vnio in omnibus sbantiis nō concludit g°
nām compositum nec simile. preterea falsum accipit
cum dicit q͞ sbe dicuntur sbe q͞z substantiant
pma .n. causa nāe est illa sʒ tamen nulli
sbstat ꝛ similiter intelligentie nulli sbstant sʒ di
cuntur sbe nō sbstando sʒ a per se subsisten
do. alie similiter rationes sue nā ad propositum
q͞z nō concludunt q͞ eadem vnio sit nā
in omnibus sʒ vel q͞ nā sit in omnibus vel q͞
vna ꝛ hʒ pot esse vna communitate ꝛ nō oʒ
q͞ sit vna vnio. Ad auctoritates. Respondendum est ex

R̃n ad auc

pmo ad pmam cum dicitur q͞ aiẽ. argu
it per inuentionem verum est ꝛ bene arguit q͞z
ille ponit q͞ nā est vna secundum positionem tm̃ ꝛ
ideo aiẽ. ipsum arguit ostendens q͞ licet
sit vna per essentiam in aliquibus. s. in
ex se mutuo generatis est tm̃ plures secundum positionem
ꝛ ita aiẽ. nō volunt q͞ in omnibus sit v
na per essentiam sʒ in hiis que ex se inuicem

generantur tm̃. Ad a͞d cum dicitur omnia esse
vnum nō est possibile vel ex quo .s. falsum. dicendum q͞
aiẽ. hʒ nō dixit de sua opinione sʒ de opinio
ne aliorum ꝛ ideo dixit sub conditione si. ꝛ
nō asserens. Ad aliam cum dicitur
nā est eadem caloris ꝛ frigoris. dicendum q͞
verum est quia vtrumq͞ fit ex alio vna ē nā
vnio per essentiam dissentens tm̃ secundum esse per ut
est sub hac forma ꝛ illa. Ad aliam cū
dicitur q͞ est diuisa inter genera ꝛ nām q͞
nā est vna vnio ī multis generibus non.
dicendum q͞ aiẽ intelligit de illis que ge
nerantur ex se inuicem. Ad aliam cū
dicitur omnes sbe tales sunt ex vna
nā cā ꝛ ē. dicendum q͞ hʒ intelligendum est quia vnum
generatur ex alio ꝛ hʒ pʒ per simile exemplum q͞z dicit
q͞ apparatur nā ut secundum q͞ est nā fleuma
tis vel colere. vñ secundum q͞ vnum generatur ex
alio habent vna nām pma vnio ꝛ per essentiam
sʒ est apparata in isto ꝛ in illo secundum q͞ proxima
nā q͞z fleuma fit ex vnctuoso colera ex
salso. Ad aliam cum dicitur si nā
esset vna pot sicut est vna vnio cum
motor primus sit vnus ꝛ ē. solutum ē
prius. solute sunt iā omnes auctoritates. Solua
tur iam due ꝛ ē. dicendum q͞ sunt plures nē
pme. ꝛ cum queritur vtrum vna sit ī potentia
ad omnes formas dicendum q͞ quelibet est ī potentia
ad omnes formas donec actu compleatur
per aliquam formam ꝛ licet quelibet sit ī potentia
ad omnes formas ita q͞ omnes simul reci
piat quia sic alie essent ociose sʒ ē in
potentia ad omnes ut per quelibet formam comple
atur ꝛ cū per vnam est actu completa
tunc nō est in potentia ad omnes ꝛ ideo alie
nē nō sunt ociose. Ad aliud cum
dicitur nā pma est medium inter pa
num actum incompletissimum ꝛ purum sʒ g°
est vna vnio. dicendum ē q͞ nō sequitur, īmo
plures sunt nē pme ꝛ cum probatur illud
sic si nā est medium ꝛ ē. ꝛ ipsa nō est v
na vnio ut tu dicis g° plura sunt me
dia verum est sint duo .b. ꝛ .c. sit ī a. nā

ꝛ .d. post actus incompletissimus sit ī g° vnum me
dium est propinquius vni extremo ꝛ aliud
alii. dicendum q͞ nō est verum quia eque propinqua sunt
media puro nā ꝛ similiter actum incompletissimo
ꝛ tu ostendis q͞ vnum est propinquius vni
extremo ꝛ aliud alii q͞z quelibet extremum est
vnum, dicendum q͞ sicut multa est nā ita similiter
primus actus incompletissimus multiplicatur
est ꝛ sunt plures primi actus incompletissi
mi ꝛ ideo inter purum nā ꝛ hunc actum in
completissimum possunt cadere plura media
eque propinqua pure nā ut inter pure nich
ꝛ hunc actum incompletissimum cadit v
num medium q͞d ē hʒ nā pma ꝛ inter pu
re nā ꝛ illum actum incompletissimum
aliud medium q͞d ē alia nā pma ꝛ purum
nā semper remanet idem. actus aūt multipli
catur ꝛ nā medium ꝛ sic plura sunt
media q͞ sunt pme nē. ꝛ est simile
si a puncto centri protenderentur linee rec
te ad circumferenciam in quelibet linea esset
signare punctum medium eque propinquum
quia puncto centri ꝛ punctus centri
semper est vnus puncta tm̃ circumferencia
lineas in circumferencia multa sunt et
similiter puncta media multa sunt. Ad
aliud cum dicitur nā nō est vna ge
nere nec specie g° vnio. solutum ē quia
dictum est q͞ est vna communitate proporciona
li communitate generis. Ad a͞d cum dicitur
nā nō est vna genere nec specie g° vnio so
lutum ē. q͞z dictum est q͞ ē vna commu
nitate proporcionali communitate generis. Ad a͞d
cum dicitur vnum ꝛ multum conuertuntur
ens ꝛ ē. dicendum q͞ vnitas nē est vnitas in
tio per essentiam ꝛ indiuisionis essentie ꝛ est
ita vnitas q͞ nō habet oppositionem cū mul
titudine sʒ hʒ vnitas est vnitas illius
nē pme singularis ꝛ illa nō est in
omnibus ꝛ ideo nō oʒ q͞ nā sit eadem et
vna vnio vnio in omnibus, de nā aūt ab
stracta per intellectum dictum est q͞ nō est v
na vnio sʒ vna communitate proporcionali communitatem

q. xxv.

gitis. Viso de unitate mentis nunc queritur de cognitione mentis et de eius significatione et primo de cognitione et de ipsa queruntur due questiones secundum duas virtutes scilicet sensum et intellectum. Et queritur utrum materia sit sensibilis aut intelligibilis. Et ostenditur quod sit sensibilis quia dicit Aristoteles plane materia in rebus sensibilis est. Et in primo physicorum in diffinitione rerum subiectum cadit materia sensibilis ut in diffinitione simi scilicet nasus curvus. Videtur igitur quod materia sit sensibilis. Item primo celi et mundi omne sensibile est sensibile per materiam sed propter quod unumquodque et illud magis, igitur materia magis sensibilis. Item in visione materia est id quod videtur igitur ipsa est magis visibilis illo quod per ipsam videtur igitur et sensibilis. Item Boethius (boe.) videmus intelligere singulare dum sentitur, igitur singulare est sensibile. Sed singulare est singulare per materiam et sentitur eo quod singulare, igitur est sensibile per materiam, igitur materia magis. Quod autem singulare sit singulare per materiam ostenditur libro celi et mundi. Dicit Aristoteles differt dicere celum et hoc celum quoniam qui dicit celum dicit formam tantum, qui autem dicit hoc celum dicit formam cum materia. Sed hoc celum est particulare sive singulare, igitur est particulare sive singulare per materiam. Oppositum videtur scilicet quod materia non sit sensibilis. Omne sensibile est corruptibile. Si igitur materia est sensibilis ipsa est corruptibilis. Sed ipsa est incorruptibilis per Aristotelem qui dicit quod materia est ingenita et incorruptibilis, igitur ipsa non est sensibilis. Probatio maioris scilicet quod omne sensibile est corruptibile, quia omne sensibile habet tactum cum sit prior sensibus et alii non possunt inesse alicui sine ipso. Sed tactus non est nisi primarum contrarietatum, igitur omne sensibile habet primas qualitates. Sed prime qualitates sunt contrarie. Contraria autem approximata agunt et patiuntur ad invicem, et sic illud quod habet primas qualitates corruptibile est, et ideo omne sensibile est corruptibile. Item sensus est de genere passivorum, sensibile autem de genere activorum, omne enim sensibile est activum et motivum sensus, ut inquit ille. Sed materia non est activa, igitur materia non est sensibilis. Minor patet quia dicit Aristoteles forme est agere, materie autem pati, materia igitur non est activa. Item omne sensibile est proprium vel commune: proprium ut de tertia specie qualitatis ut albedo, dulcedo; commune ut quantitas vel de quarta specie qualitatis ut rectitudo superficiei corporis. Sed materia nec est

sensibile proprium nec commune quia ipsa est non corpus per quod determinatur eius, igitur materia non est sensibilis. Solutio. Dicendum quod verum est quod materia id quod est loquendo de materia prima sensibilis non est. Unumquodque sine ipsa non potest esse sensibile quia ipsa occasionaliter confert ad hoc quod aliquid sit sensibile, quia ad hoc quod aliquid sit sensibile oportet quod habeat qualitates per quas sentiatur, et qualitates non potest habere per quas sentiatur nisi habeat dimensiones super quas extendantur, ut commentator; dimensiones non potest habere nisi fiat in materia. Materia enim est id quod in quo hee dimensiones fiunt, ut dicitur libro de generatione, et ideo materia occasionaliter confert ad hoc quod aliquid sit sensibile, sed ipsa tamen non est sensibilis. Ad rationes in oppositum respondendum, et primo ad maiorem auctoritatem. Cum dicitur materia in rebus sensibilis est, et cum dicitur in diffinitionibus rerum subiectum cadit materia sensibilis, dicendum quod Aristoteles non loquitur de materia subiecto prima, quia prima nos autem hic loquimur de materia prima et ipsa non est sensibilis licet alia sit sensibilis. Ad aliud cum dicitur sensibile est sensibile per materiam, dicendum quod verum est, sed per non dicit causam sed magis occasionem; per enim aliquando dicit causam, aliquando occasionem necessariam, et sic est in proposito. Materia enim est occasio quare aliquid sentiatur, quia non potest sentiri nisi per qualitates. Qualitates autem non insunt alicui nisi habeat dimensiones. Dimensiones autem non sunt preter materiam, et ideo sensibile est sensibile per materiam occasionaliter non causaliter, et ideo non sequitur quod materia sit sensibilis. Si autem dicatur sensibile est sensibile propter materiam, cum propter proprie dicat causam, tunc dicendum quod propter ibi extenditur ad occasionem et non accipitur ibi proprie. Cum autem accipitur ulterius propter quod unumquodque et illud magis, dicendum quod illa propositio intelligenda est in causa per se et univoca et sufficiente ad suum effectum. Sed propter in proposito non dicit talem causam, quia extenditur ad occasionem similiter, et quia illa causa sit formalis causa respectu sui effectus. Ad aliud cum dicitur materia est illud quod videtur, patet solutio, quia hoc intelligendum est occasionaliter, materia enim est occasio quare aliquid videtur, ut prius ostensum est. Ad aliud cum dicitur singulare est singulare per materiam, dicendum sicut dictum est supra quod forma est que invenitur singularis in illis que non habent materiam,

ut intelligentias. Dato tamen quod singulare sit singulare per materiam, ut dictum est, per non dicit ibi causam sed occasionem, et ideo non sequitur quod materia sit sensibilis.

q. xxvi.

Consequenter queritur utrum materia sit intelligibilis, et videtur quod sic, quia dicit Aristoteles quod in diffinitionibus rerum naturalium cadit materia sensibilis, in diffinitionibus autem rerum mathematicarum cadit materia intelligibilis, materia igitur intelligibilis est per Aristotelem. Item vii^mo materia exivit in esse a causa prima, sed intellectus exivit in esse a causa prima per suam cognitionem, igitur habuit cognitionem intellectivam de materia, sed cognitio prime cause verissime est intellectiva, igitur materia est vere intelligibilis. Item quod materia sit per se et verissime intelligibilis videtur; dicit enim Aristoteles in posterioribus quod illa per que alia sciuntur sunt magis scita aliis que per ipsa sciuntur. Alia autem sciuntur per prima principia, prima igitur principia vel sunt magis scita vel scibilia aliis, et loquor hic de scire prout se extendit ad intelligere principiorum et ad scire conclusionum. Prima enim principia proprie non sciuntur sed intelliguntur; intellectus enim principiorum scientia est; sed forma et materia sunt prima principia, igitur maxime sunt scibilia sive intelligibilia. Item in posterioribus scire opinamur unumquodque cum causam arbitramur cognoscere et est; oportet igitur ad cognitionem alicuius cognoscere suam causam, materia autem causa est, oportet igitur ad cognitionem alicuius cuius materia est cognoscere ipsam materiam, materia igitur est cognoscibilis sive intelligibilis. Item diffinitio est principium verissimum et potissimum sciendi intellectualis; si igitur aliquid erit vere intelligibile et vere scibile, hoc erit diffinitio, sed diffinitio non est vere intelligibilis nisi partes eius sint vere intelligibiles, oportet igitur partes eius esse vere intelligibiles. Sed partes diffinitionis sunt materia et forma, igitur oportet eas esse vere intelligibiles. Quod autem materia sit pars diffinitionis ostenditur quia per Aristotelem materia in rebus cadit in diffinitione subiecti, materia autem mathematica in diffinitione rerum mathematicarum. Similiter adhuc eedem sunt partes rei et diffinitionis, quia idem significat diffinitio et nomen et nomen significat ipsam rem; sed materia prima est pars rei, igitur erit similiter pars diffinitionis et similiter significabitur per diffinitionem, quia idem significat diffinitio et nomen, igitur materia erit intelligibilis. Item Aristoteles in vi. distinguit materiam per sensibile et intelligibile, erit igitur ponere materiam vere esse intelligibilem.

In opposi[tum]

Oppositum autem ostenditur scilicet quod materia non sit vere intelligibilis, quia Aristoteles in vi. dicit quod materia est scibilis per abnegationem, igitur non est vere scibilis sive intelligibilis. Item secundum philosophos materia est scibilis per analogiam, quod autem sic est scibile non est vere scibile, materia igitur non est vere scibilis nec vere intelligibilis. Item Plato in Timeo ponit materiam inter illam et aliquam illam nec plane sensibilem nec plane intelligibilem, igitur secundum ipsum non est vere intelligibilis. Item id quod impedit vere et per se intelligibile intelligi, id non est vere intelligibile, et propter quod vere intelligibile minus potest intelligi id non est vere intelligibile, sed materia est huiusmodi, igitur etc. Minor patet quia forma de se est intelligibilis et de se ipsa intelligeretur nisi esset materia, et esset de se ipsa apud animam, quia secundum Aristotelem nisi esset materia balneum esset in anima, scilicet lapis non est in anima propter eius materiam sed species lapidis. Esset igitur quod materia vere et per se intelligibile impedit intelligi. Similiter propter materiam vere intelligibile est minus intelligibile, quia secundum principem philosophie in commento habetur differentia inter formas separatas et inter formas alligatas materie, quia forme separate melius sunt intelligibiles et magis, forme autem alligate materie minus, et hoc non facit nisi materia; propter materiam igitur vere intelligibile est minus intelligibile. Similiter intellectus actus intelligit propter alligationem materie, et loquor de intellectu possibili, quia intellectus qui est ad presens agentem intelligit semper et in actu et magis intelligibilia; intellectus cum possibilis propter alligationem suam cum materia non semper intelligit et in actu nec intelligibilia magis melius intelligit, sed minus intelligibilia ut sunt coniuncta materie, et propter ista magis intelligibilia intelligit. Unde innata est nobis via a sensibilibus magis ad intelligibilia magis, et hoc est propter alligationem intellectus cum materia, igitur non est vere intelligibilis. Item vi^to physice per .3. de anima intellectus recipit quod intelligit in se nisi recipit illud per speciem; quod igitur non est species nec speciem habet intelligi non potest ab intellectu, materia autem est huiusmodi, igitur etc. Minor magna habet distinctionem veram scilicet materia non habet speciem per quam possit intelligi. Solutio. Ad questionem dicunt quidam quod sicut forma est per se intelligibilis quia est res et natura in se, et ideo per suam materiam potest speciem suam irradiare intellectui, ita similiter materia quia est res et natura

Soluti[o]

pot suam speciem irradiare intellectum et ic est in
tellectus per suam speciem sic similiter dicitur quod compositum est
intelligibile et sic intelligitur ipse intellectus tamen non
communi forma quam compositum per species eorum et secundum
diuersitatem specierum discernit diuersitatem in
huiusmodi rebus. Forte non oportet sic dicere quia id quod habet
intellectus apud animam de huiusmodi rebus non est nisi
similitudinaliter sicut artifex habet in suo in
tellectu de domo et sicut cognoscit formam et
materiam domus simul in cadunt tamen et forma
illius in intellectu. Artifex autem in intellectu suo
primo et per se habet formam domus siue speciem
forme quia autem forma talis est ideo scit
quod debet esse in tali materia et sic disposita et sic
cognoscit materiam non per suam speciem sed per comparationem
ad formam et tunc cognoscit compositum. Et
ideo dicendum cum arguitur quod materia cadit in intellectu non per
suam speciem sed ut dicit arguens per analogiam in primo
phisicorum siue per comparationem ad formam. Per analogiam
enim intelligi est intelligi per comparationem ad formam
siue ad aliquid. Analogia enim est quando aliquid attribuitur
alicui prius et alii per id attribuitur et sic est
hic quia prius intelligitur forma et per comparationem ad for
mam materia et per modum compositum et sic unum in
tellectus format materiam compositum et hoc multum est
quando unum est esse et non tamen forme materie et com
positorum et sicut esse eorum est unum ita similiter et
intelligere est unum et similiter esse eorum prius est a forma
quia forme primo est esse et ex consequenti aliorum et sic
hic est ita similiter et intelligere primo est a forma
et totaliter forme enim primo est intelligi et
ex consequenti et per formam aliorum et sic cognoscitur
materia siue intellectus non per suam speciem sed per ana
logiam ad formam. Alio autem modo cognosci
mus materiam via scilicet abnegationis per abne
gationem enim omnium conditionum formalium cog
noscimus materiam sed prius modo cognoscitur positiue
et ideo illa cognitio melior est alia. Secundo modo co
gnoscitur priuatio similiter per abnegationem
omnium intelligimus priuationem quia enim scimus quod opor
tet cum omnia sint causata a cognitione positiua
cognoscimus aliquid esse primum incausatum
quod sic causa aliorum et scimus quod non est sed in

illud in aliquid eorum que positiua cognitione
cognoscimus ideo per abnegationem aliorum ipsum
intelligimus non ipsum sed quod in se non sit cogno
scibile cognitione ultima sed ipsum debilitate nostri in
tellectus. Unde ipsum in se tantum sic lucis non potest
intellectus noster figi in ea. Sic autem non est de materia quia
ipsa non est cognoscibilis per abnegationem ideo
quod sic ita multum cognoscibilis de se sed quam
minime intelligibilis de se. ¶ Rationes que probant
quod materia non sit intelligibilis concedende sunt quia non
probant quod simpliciter non sit intelligibilis sed quod uerum non
sit intelligibilis sicut que cognoscuntur cog
nitione uera et positiua. ¶ Ad rationes in oppositum
dicendum et primo ad primam cum dicitur quod in
diffinitione rerum mathematicarum cadit materia intelligibilis
dicendum quod uerum est quod est intelligibilis non simpliciter sed per
analogiam aut per abnegationem. ¶ Ad aliud cum
dicitur materia exiuit in esse a causa prima et cetera.
¶ Dicendum quod materia scitur a causa prima per anologiam
ad formam sicut forma domus scitur ab
artifice qui formam eius habet in suo intellectu.
¶ Ad aliud cum dicitur prima principia
debent maxime esse scita et cetera. Dicendum quod hic intelligitur
est in principiis demonstrationis et modo ista
principia communia scilicet dignitates et alia et
similiter ipsa tu autem arguis in principiis na
ture et ideo non tenet. Et si tu obicias arguens
primo phisicorum incipit a principiis nature
scilicet a materia et procedit ad principiata quia materia debent
esse cognita. Dicendum quod uerum est quod arguens incipit
a materia tamen secundo esse suo posterior et ideo non tenet.
Aliter potest solui quod principia debent magis
esse scita uerum est que cognoscuntur prin
cipiatum et modo ista est forma quia ipsa ma
gis intelligibilis compositio et ideo non tenet de materia.
¶ Ad aliud cum dicitur quod oportet materiam cognos
cere cum sit causa. Dicendum quod uerum est sed quia non est
cognoscibilis de se sed per comparationem ad formam
ideo non oportet ipsam cognosci in se sed per
analogiam. Similiter compositum non est cognoscibile
a parte materie sed magis forme et ideo non oportet
primam materiam cognosci in se sed ut dictum est.
¶ Ad aliud cum dicitur partes diffinitionis

debent cognosci siue intelligi. Dicendum quod uerum est cum
autem dicitur materia est pars diffinitionis. Dicendum quod arguens
dicit alibi quod partes diffinitionis sunt tantum for
me et ideo dicendum quod materia uno modo cadit in
diffinitione alio modo non quia secundum quod hoc habet ana
logiam ad formam et cognita est per ipsam
cadit in diffinitione aliter non nec per abnegationem
ut dictum est. ¶ Ad aliud cum dicitur quod
arguens distinguit materiam per sensibilem et intelligibilem
dicendum quod uerum est et arguens intelligit per materiam sensibilem
materiam corporalem illam per intelligibilem ma
thematicam materiam siue materiam primam et illa est
intelligibilis per anologiam. ¶ Consequenter queritur
de significatione nominis scilicet per quam propter habeat
significari et uidetur quod per pronomen quia pronomen
significat substantiam sine qualitate quod secundum hoc
significat dicitur significari per pronomen ma
teria est huiusmodi ergo et cetera. ¶ Item significatum
pronominis est mera substantia. Similiter materia significat
meram substantiam ergo materia debet significari
per pronomen. ¶ Item philosophus dicit quod materia debet
certo pronomine designari dicendo hoc ergo materia de
bet per pronomen significari. Contra pronomina
si cadant a demonstratione et relatione cassa sunt
et uana significatum enim pronominis non est in
tellectuale nisi per demonstrationem et relationem sed demon
stratio et relatio non fiunt sine accidentibus
materia autem prima accidentia non habet ergo per pro
nomen non habet significari. ¶ Item
nomen et pronomen eandem substantiam significant
quia dicit donatus eandem pene significat sig
nificationem significari per pronomen similiter et per nomen
sed per nomen non potest significari ut ostendam
quia significat sine qualitate ergo et cetera.
¶ Ideo queritur utrum per nomen possit
significari et ostenditur quod non quia in impo
impo sitione nominis sit a forma sed materia non est forma
nec formam habens ergo et cetera. ¶ Item in secundo dicit
arguens nomen primo significat formam. Secundo
aggregatum ex eo materia sed materia non est forma
nec formam habens ergo et cetera. ¶ Item omne
nomen est commune aut proprium sed materia non
est nomen commune quia commune est uniuersale

aut non est uniuersale quia nec est genus nec species si
aliquid aliorum ergo non est commune similiter nec
proprium quia proprium est indiuiduum materia autem
non est indiuiduum ergo non est proprium ergo non
est nomen per nomen ergo non habet significari.
¶ Oppositum patet quia materia nominatur yle materia siluam que
omnia sunt nomina. ¶ Solutio. Dicendum quod materia dupliciter
significabilis est uno modo per nomen aggregati
alio modo per nomen proprium suum ut in se et per se
non in nomine aggregati. In nomine aggregati signi
ficatur quia cum nomen primo significat for
mam secundo aggregatum cum aggregatum tamen sit uni
ex materia et forma de necessitate et significat
materiam licet ex consequenti et ideo dicit arguens quod secundo
significat materiam. Sic ergo materia significatur
per nomen quam per nomen aggregati. Alio modo
significatur in se et suis nominibus sed sic dupliciter
significatur uno modo nominibus suis propriis
ut et sibi impositis. Alio modo nominibus transumptis
et non propriis. Primo modo significatur in suis
nominibus scilicet hiis yle siluam materia chaos et licet
chaos conueniat tamen forme quam materie quia pluribus
tamen magis proprie conuenit materie et primo nominatur
ergo huiusmodi uariis modis sed diuersimode quia secundum quod habet
potentiam ad formas recipiendas nominatur yle.
Secundum autem quod substat formis secundum quod forme sunt
nominatur siluam nomen autem quod licet silua substat
non secundum accidentibus prima autem substantia et accidentibus
tamen diuersimode substat materia et silua quia materia substat
formis secundum quod forme sunt silua autem silua ac
cidentibus secundum quod accidentia licet per accidens et non secundum quod
forme prima autem substantiis non secundum quod sunt forme
substat sed secundum quod sunt intentiones uel ra
dicate in pluribus substantiis sibi substat acci
dentibus secundum quod accidentia materia ergo sola substat for
mis secundum quod forme sunt. Secundum autem quod consideratur
ut ad ipsam stat tota resolutio illorum sic
nominatur materia. Secundum autem quod ipsa est principium
omnium illorum et secundum quod omnia illa precedunt
ex ea nominatur chaos enim chaos id est principium
idem. Sic nominatur dictis quatuor nominibus licet
diuersimode. Secundo suis transumptis et non propriis multa
sunt nominata scilicet origo mater silua et cetera.

femina, fundamentum, turpe, sicut tenebre. Nuncupatur dicitur rationibus sequentibus. Non nominatur enim origo quia ab ipsa oriuntur omnia. Silva, massa propter indistinctionem suam quam habet de se, quia est indistincta de se, distinguitur autem per formam. Et est simile de ipsa et de massa terre quam primo recipit figulus, est enim indistincta; figulus autem distinguit eam. Et sicut ipsa massa terre distinguitur, similiter forma existens in potentia in materia cum aliquo movetur ab extrinseco movente et operante in ipsa vel ad distinctionem ipsius. Nominatur autem ipsa materia silva, quia sicut silva habet in se materiam rudem et informem, formatur autem per artificem, ita similiter materia in se rudis est et informis, informatur autem et distinguitur per formam agentem in ipsa, sicut artifex agit super lignum. Propter aliam autem similitudinem potest dici silva, quia sicut in silva de facili devenitur, ita similiter et in materia. Concava autem dicitur quia sicut in vase solet esse incompleto per se capitur et ipsa ad esse completum educitur, ita similiter in materia forma solet esse incompleto modo capitur et in ea ad esse completum educitur. Femina autem dicitur quia sicut femina est de se in potentia ut concipiat, cum non educatur nec possit educi sua potentia ad completum (viri) nisi per virum agentem, ita similiter materia quia habet in potentia formas que non possunt ad complementum educi nisi per virtutem agentis. Fundamentum autem dicitur quia sicut fundamentum est infimum super quod est tota operatio et est primum in quo incipit edificium, sic materia est infimum super quod est tota operatio nature et primum in quo incipit operatio nature. Turpe autem dicitur quia sicut turpe dicitur proprie illud quod habet deformitatem in actu, in potentia autem pulcritudinem, sicut patet in moralibus quod habet malos mores in actu, in potentia tamen bonos, turpe dicitur, et non illud quod non potest habere bonos, similiter in naturalibus. Unde non dicitur turpis nec elephas quia non possunt habere pulcritudinem cum tamen actu habeant deformitatem, ita similiter est de materia quia turpis est in actu propter privationem admixtam, sue tamen potentia

tamen pulcritudinem habet scilicet per adductionem forme. Fraus autem dicitur materia ut patet per Platonem qui dicit ipsam esse fraudem tenebris in visu lucem, et dicitur fraus propter variabilitatem sue nunc sive in permanentiam occultam. Fraudulentum enim est ipse idem quod flexuosum occultum. Tenebre autem dicitur propter privationem forme ad similitudinem tenebrarum, ut quod dicitur propter privationem lucis. Nutrix autem dicitur ut patet per Platonem qui eam dicit esse nutriculam, quia sicut nutrix fovet puerum ita similiter ipsa fovet in se formam. Nominatur ergo materia huius nominibus transumptive et propriis ut visum est, et semper significatur per nomen verum. Concedendum est quod per nomen est significabilis ut visum est et non per pronomen.

Ad rationes in oppositum dicendum. Et primo ad primam, cum dicitur quod pronomen debet significari quia significat substantiam sine qualitate, dicendum quod non oportet quod omne nomen significet veram substantiam et veram qualitatem, sed quod significet per modum substantie et qualitatis. Potest ergo dupliciter responderi. Cum dicitur materia non habet qualitatem et significat substantiam veram, quia materia ut visum est potest significari nomine sui aggregati et tunc licet de se non habeat qualitatem que sua sit, habet tamen in ordine ad formam in ipso aggregato quod est ei loco qualitatis. Alio modo potest responderi quod materia potest in se significari suo proprio nomine vel consimili, et licet tunc non habeat veram qualitatem, habet tamen aliquid loco qualitatis, habet enim in se respectum ad formam, quod nihil aliud est quam aviditas vel appetitus ad formam, et ista habitudo sive ille actus est ei loco qualitatis, vel secundum quod consideratur sub aliqua proprietate ut visum est, et sic imponitur, et ista proprietas est ei loco qualitatis, et sic per nomen potest significari. Ad aliud quod proponit dicendum quod ipse loquitur de materia que est subiecta contrariis, ut cum ex aere fit ignis, et ipse intendit dicere quod illa materia non debet designari nomine alicuius cuius formam vult habere, et ideo non debet dici ignis vel aer, sed debet pronomine designari, dicendo hoc et hoc, vel quorum formas recipit. Ad aliud per quod dicitur

quod pronomen non debet significari quia significat sine qualitate, patet responsio ex dictis. Ad aliud cum dicitur impositio nominis fit a forma et nomen propter significat formam, dicendum quod verum est, et cum dicitur materia non habet formam, dicendum sicut dictum est quod non habet veram formam sive veram qualitatem, sed aliquid loco forme et qualitatis, scilicet illum respectum ad formas ut dictum est vel illam proprietatem sub qua consideratur, et per illum respectum fit eius impositio et illud primo representat vox. Ad aliud cum dicitur si est nomen est proprium vel commune etc., dicendum quod est commune. Non tamen oportet quod sit univocale, quia multa sunt nomina communia que non sunt univoca, ut chimera et multa alia. Pronomen autem non debet significari quia pronomen non significat substantiam et sine qualitate; habet enim significare substantiam qualificatam et eandem quam nomen, cum nomen eam significat et sine qualitate quantum est ad suum modum significandi, et ideo differt a nomine penes modum significandi, et ideo dicitur nature tamen penes significatum et non dicitur tantum solum. Materia autem ut visum est per modum qualitatis, et ideo repugnat significato pronominis.

3. q. 28.

¶ Postquam quesitum est de materia, consequenter querendum est de alio principio nature, quod scilicet est privatio. Et primo queritur utrum privatio dicat suo nomine rem et naturam vel non. Et videtur quod sic, quia dicit Aristoteles in hoc primo quod ex non albo fit album, non ex quocumque non albo, sed ex non albo nigro vel medio; sed non album ibi dicit privationem; privatio ergo rem et naturam dicit. Item dicit in secundo quod sicut que est forma dicitur de privatione, quia privatio quodam modo species est et species quodammodo forma, et ideo forma de privatione quodammodo dicitur. Privatio ergo rem et naturam dicit. Item in quinto dicit de privatione medio et extremo quod alterum designatur, ut album nigrum medium, et ideo privatio que est principium transmutationis talis alterum designet rem et naturam dicet. Item dicit in primo quod privatio contraria dicitur cum materia, ergo dicit aliquam rem scilicet eandem. Item ut habetur quinto philosophie prime, privatio multis modis dicitur et omnes reducuntur ad tres capitales. Primus autem illorum tamen est quo aliquid dicitur esse privatum ab alio eo quod ipsum non habet illud nec natum est habere, ut planta

dicitur carere visu quia nec habet ipsum nec nata est habere. Secundus est quo aliquid caret aliquo quod natum est habere ipsum aliquo modo, ut talpa dicitur carere visu, et similiter homo cecus, quia utrumque horum caret visu, natum tamen est habere illum, sed differenter, quia talpa non est nata habere visum secundum suam speciem, id est in eo quod talpa, sed secundum suum genus, id est in eo quod animal. Homo autem cecus est natus habere visum secundum suam speciem, id est in eo quod homo, sed non secundum numerum, id est in eo quod ille homo; differenter ergo natum est utrumque illorum habere visum. Tertius modus privationis est quo aliquid dicitur non habere aliquid, non quia nullo modo habeat et aptum natum est habere, sed quia imperfecto modo habet, ut sicut aliquid dicitur indivisibile non quia nullo modo potest dividi, sed quia male sive cum difficultate dividitur, et sic dicitur homo claudus non posse ire non quia nullo modo possit ire, sed quia male potest ire. Hi ergo sunt tres modi capitales privationis ad quos omnis privatio reducitur. Sed privatio que est principium transmutationis naturalis non potest reduci ad primum modum, quia si materia privationem forme haberet et non esset nata habere formam, tunc non esset possibile transmutari materiam, quia tunc non posset recipere formam sicut nec planta visum. Similiter privatio non potest reduci ad secundum modum, quia tunc non esset possibilis regressus a privatione ad habitum, ut patet de talpa et homine; sed a privatione que est principium naturale bene possibile est regressus ad suum habitum, et ideo etc. Reducitur ergo ad tertium modum privationis qui est non in non habendo sed in male habendo. Dicetur ergo materia privata forma non quia nullo modo habeat formam, sed quia imperfecto modo habet. Et ideo privatio denominabit non nihil, sed aliquam rem et naturam licet incompletam. ¶ Oppositum arguitur: dicit quod unum contrariorum est sufficiens facere generationem et corruptionem, generationem per sui presentiam, corruptionem per sui absentiam, sicut unum et idem est causa periclitationis navis et salutis, ut nauta per sui presentiam est causa salutis navis, per sui absentiam est causa periclitationis eiusdem. Si ergo contraria principia sunt principia generationis et corruptionis, et unum contrariorum est sufficiens ad generatio

21

nem et corruptionem cum unum per sui presenciam faciat generationem et aliud per sui absenciam sit causa corruptionis, contrarium huius quod est causa generationis dicitur forma, hoc quod est causa corruptionis privatio. Privatio ergo nullam rem sive naturam designat sed puram absenciam forme. Item si privatio diceret rem et naturam tunc illa res aut est actus aut yle. Non est actus quia privatio est principium fieri yle. Actus autem non est prius yle. Similiter privatio est post yle cum sit eius principium. Actus autem ydo est prius yle sed post eius privationis. Ergo res si qua sit non est actus nec yle. Non est oppositum ut patet de se quia est omne oppositum. Similiter non est in quia principia sunt contraria scilicet forma et privatio. In autem nulli contrariatur; privatio ergo non est in. Item in est ens per se, non ens per accidens. Si ergo privatio esset in, idem esset ens per se et non ens per se quod est impossibile. Privatio ergo non designat rem que sit in. Similiter res designata per privationem si qua sit non est forma quia si designaret formam aut ergo designaret contrariam scilicet aut aliam non contrariam. Sibi quia sic esset idem contrarium sibi quod est falsum. Non aliam quia sic inconveniens esset tria principia fieri rem quia esset in et forma expellenda et similiter alia forma ut datum per privationem designata quod est contra auctorem quia tantum ponit duo principia fieri rem, tria autem fieri rationem. Item si privatio designaret formam esset principium per se transmutationis quod est contra auctorem qui dicit quod privatio est principium per accidens et non per se. Ad quod dicunt quidam quod privatio designat formam; dicunt enim quod in quolibet genere semper unum contrarium dignius et nobilius, aliud autem vilius et ignobilius, ut patet de albo et nigro et calido et frigido, et dignius contrarium et nobilius appellatur forma ut calidum album, vilius autem et ignobilius privatio. Et fundatur hec opinio super literam sicut qua dicitur quod forma quodammodo dicitur de privatione quia privatio quodammodo est species et speciem quodammodo in forma

privatio

et ideo privatio videtur dicere formam, et similiter super istam literam quia qua dicitur quod extrema et medium affirmative designantur ut album nigrum medium, et extrema sunt forma et privatio; privatio ergo affirmative demonstratur et si sic formam et rem sive naturam dicit. Sed hec opinio non potest sustineri quia in transmutatione fit semper processus a privatione ad formam, non tamen semper proceditur a viliori extremo contrarietatis ad dignius sed aliquando econverso ut quando ex calido generatur frigidum vel ex albo nigrum, et ideo privatio non potest semper designare vilius extremum contrarietatis. Item si privatio diceret formam licet tamen viliorem sequeretur quod essent tria principia fieri rem et non tamen duo quod est contra auctorem, quia ex quo in transmutatione fit una forma et similiter in, si privatio diceret formam iam essent tria principia fieri rem, quia privatio non est eadem cum illa forma que in est. Item sequeretur quod privatio ex quo diceret formam esset per se ens quod est contra auctorem qui dicit quod est non ens per se et ens tamen per accidens, et quod esset per se principium transmutationis reale quod similiter est contra auctorem. Item similiter sequeretur quod principia essent plura contrariis quia contraria sunt tamen duo, principia autem essent tria ut ostensum est, et ideo essent plura contrariis quod est contra auctorem. Alii dicunt aliter quod privatio semper formam dicit sed non quamcumque sed tantum illam que expellitur. Illa autem que inducitur forma dicitur, ut quando ex albo generatur nigrum in hac transmutatione nigrum dicitur forma, album autem privatio; et si ex nigro generetur album, album dicitur forma, nigrum vero privatio. Et fundatur hec opinio super illam literam primi: ex non albo fit album, quia nominat privationem nomine contrarii vel medii cum dicit primo modo non ex quocumque non albo sed ex nigro vel medio. Privatio enim in natura dicit formam expellendam. Sed hec opinio non potest sustineri eadem ratione qua nec prima, sed quia

ex quo privatio diceret formam quamcumque sit illa adhuc erunt principia tria fieri rem et non tamen duo. Item erunt plura contrariis quia contraria sunt tamen duo. Item forma non coincidit cum yle. Privatio autem formam diceret ut dicitur. Ergo privatio non coincidit cum yle quod est contra auctorem qui dicit quod privatio coincidit cum yle. Item sequitur quod privatio est magis ens quam yle quod est contra auctorem qui dicit quod privatio est non ens per se, ens autem per accidens, yle autem econverso. Assumpta ostenditur: forma est magis ens quam yle quia forma dat esse. Privatio autem formam diceret ut dicitur. Privatio ergo magis est ens quam yle. Item adhuc sequitur quod unius contrarii(?) non est sufficiens ad faciendum generationem et corruptionem quod est contra auctorem: per sui presenciam generationem, per sui absenciam corruptionem. Assumpta ostenditur quia privatio necessaria est ad quamlibet transmutationem et privatio formam diceret ut datur. Ergo alia forma per sui absenciam puram non fuit causa sufficiens ad faciendum corruptionem, immo oportebat in esse formam importatam per privationem. Alii aliter dicunt quod privatio hic dicitur forma incompleta existens in yle que per transmutationem vadit ad complementum et fit postmodum forma completa informans materiam, et prius erat sub suo esse scilicet sub esse incompletiori. Appellatur potentia activa in yle quia per hoc agit et operatur ad sui complementum. Ratio autem quare appellatur privatio est non quia ista forma nullo modo est in yle sed quia incomplete, et bene est in yle sicut homo dicitur nudus non quia non habeat aliquas vestes sed quia male est vestitus, et similiter yle dicitur habere privationem forme non quia nullo modo habeat formam sed quia male et incomplete habet formam. Ista similiter positio non potest sustineri quia sequitur quod privatio non coincidit cum yle sed cum forma, cum tamen debeat coincidere cum yle per auctorem. Assumpta ostenditur quia forma non coincidit cum yle. Sed hec privatio forma est licet incompleta. Ergo hec privatio non coincidit cum yle sed cum forma coincidit.

quoniam ista forma incompleta sit eadem per essenciam cum forma completa, quoniam completum et incompletum non diversificat essentiam, coincidit ergo cum forma. Item privatio debet esse contraria forme per auctorem qui probat principia esse contraria. Sed ista privatio non est contraria forme sed eadem, quia completum et incompletum non diversificant essenciam. Ergo talis privatio non est privatio que est principium. Item similiter talis privatio cum dicat formam licet incompletam est ens per se. Privatio autem que est principium transmutationis debet esse non ens per se per auctorem. Ergo etc. Item per auctorem privatio completa transmutatione non manet, sed hec forma manet. Ergo privatio non dicet formam aliquam sive completam sive incompletam. Ideo aliter dicendum quod privatio non dicit rem et naturam que sua sit sed puram carenciam forme, sed quod est causa principium unum; unum enim contrarium per puram sui absenciam sufficiens est per auctorem facere corruptionem sicut nauta sufficiens causa est per sui absenciam periclitationis navis, et ista absencia illius forme nominatur per privationem. Et ideo dicendum quod puram carenciam forme dicit et non aliquam formam nec aliquam rem que sua sit sed que est alterius ut patebit. Ista enim privatio forme accidens est. Accidit enim yle quoniam non potest esse sine yle nec intelligi sine yle et est in yle, et ideo derelinquit(?) sibi subiectum cuius est scilicet naturam, et ideo suo nomine representat naturam et non dicit rem et naturam que sua sit sed in quo est, et ideo dicendum est supius quod yle cadit in significato privationis connotative licet non formaliter sed oblique significatum, enim carenciam forme in yle etc. Dicit ergo rem et naturam non que ipsa sit vel sua sit sed in quo est. Similiter adhuc aliam rem et naturam dicit, quia enim in yle est privatio forme sive carencia, et non est in privatione potentia ad formam sed solum actualis inherencie forme in yle, et quia quod aliquo modo privatum est vel caret appetit ipsum, ideo ex tali privatione derelinquitur in ipsa yle quedam aptitudo ad formam, et ideo dicit privatio duas naturas scilicet in quo est et que ei derelinquitur in quo est ex ipsa, et ideo dicitur materia et aptitudinem(?)

Opp. vera

privatio

ad formam et ideo dictum est supra quod privatio signi-
ficat carentiam forme in subiecto cum aptitudine
ad eandem et sic dicit duas naturas que tamen
non sunt due et propter hoc quod sic dicit duas natu-
ras differt a negatione pura illa enim nullam
naturam dicit hec tamen subiectum in quo sit nega-
tionem non enim determinat sibi subiectum in quo
sit. Dicendum ergo quod privatio relinquit aptitu-
dinem in subiecto sed ista aptitudo non est potentia nec sed
tantum differt ab ea et hoc est videre in priva-
tione et habitu ubi non est possibilis regressus a pri-
vatione ad habitum ut homo cecus. homo
cecus enim aptitudinem habet ad videndum unde ista
est vera homo cecus est aptus videre quia aptitu-
do sequitur speciem tamen non habet potentiam ad viden-
dum. Differt ergo aptitudo a potentia similiter per intel-
lectum [illegible] privationem [illegible] tamen ab
ipsa tamen iam ista non habet aptitudinem
ad formam quam aptitudo derelinquebatur ex
privatione habet tamen potentiam ad formam sub qua enim
immediate consequitur [illegible] sic sub-
Differt ergo aptitudo a potentia. Contra tamen potentia
quam privatio quam aptitudo derelicta ex privatio-
ne simul sunt coniuncta in materia. Hiis visis
patet quod privatio non dicit rem et naturam que sua
sit et ideo respondendum ad oppositum. ¶ Ad primam ratio-
nem cum dicitur ex non albo fit album etc. dicendum quod
verum est nec propter hoc voluit Aristoteles significare quod priva-
tio rem designaret sed quod forma que fuit prius
sub nigredine vel medio colore iam fit sub
albedine nec propter hoc fit ex nigro album nec ex
medio colore quia ex contrario non fit contrarium sed in
materia in qua prius fuit nigredo vel medius color
generatur generatur albedo et hoc significavit cum enim
dixit ex non albo id est ex privatione pura albi
nullam rem designante fit album et quia tunc
aliquis posset credere quod materia prius non habuisset
formam aliquam sed tantum privationem forme ideo hoc vo-
lens removere dixit non ex quocumque non albo
sed ex non albo nigro etc. id est ex non albo simul
existente in materia cum nigro sive cum forma ni-
gri vel medii coloris generatur album sive
forma albedinis et non album ex nigro.

so. solu°

¶ Ad aliud cum dicitur privatio est quodammodo
species et species est quedam forma etc. dicendum quod du-
bium est utrum per privationem intelligat priva-
tionem que est principium transmutationis aut formam
incompletam aut vilem extremum contrariorum. Si
formam incompletam aut vilem extremum contrariorum
tunc non ad propositum quia ut visum est non possunt
significari nomine privationis sed quod est principium
transmutationis et tunc erit equivocatio privationis. Si autem
ibi intelligat privationem que est principium trans-
mutationis naturalis tunc dicendum quod privatio non formam
dicit nec est forma nec species sed modum
speciei et forme habet quando aliquid in informatam
materiam et ideo dicit quodammodo est species. ¶ Ad
aliud cum dicitur quod privatio medium et
extremum affirmative designantem dicendum quod sicut prius
sit per suum extremum de privatione scilicet per nudum
intelligat formam incompletam scilicet non carentiam
vestitus omnino sed quod male vestitum est tunc non
ad propositum quia tunc equivocatur privatio. Si autem
intelligat privationem carentiam tunc dicendum ut prius
quod ista privatio aliquo modo modum forme
habet et affirmative potest designari. ¶ Ad ad-
cum dicitur quod privationis modi reducuntur
ad tres modos capitales et quod privatio que est prin-
cipium transmutationis non potest primo tamen dici privatio
nec secundo dicendum quod falsum est immo reducitur ad primum
modum privationis qui est quando aliquid non habet quod
natum est habere. Privatio enim que est principium
transmutationis est carentia forme in subiecto
cum aptitudine ad eandem materia quia non habet for-
mam apta tamen est habere eam et ideo privatio
non habet sub primum modum privationis. Ad illud autem quod
obicitur quod in secundo non est possibilis regressus a pri-
vatione ad habitum dicendum quod non est verum ubi [illegible] quia
est privatio actus et similiter potentie ad illum actum
ut in exemplis que dabantur et tunc non est possibilis
regressus a privatione ad habitum. Aliquando autem
est privatio actus solum et non potentie ad actum
et tunc bene potest esse regressus a privatione ad
habitum et sic est in privatione que est principium
transmutationis naturalis et sic non sequitur quod privatio
reducatur ad tertium modum privationis. Aliter potest

dici quando aliquid caret aliquo quod est aptum natum
habere sed est tribus modis. Uno modo quando aliquid
caret aliquo quod est natum habere secundum suum genus
ut talpa caret visu quem est nata habere secundum
suum genus scilicet in eo quod animal. Alio modo secundum suam
speciem ut homo cecus. Tertio modo quando aliquid caret
aliquo quod est natum habere secundum tempus ut quando aliquod
corpus caret albedine quam est natum habere. In
primis duobus modis non est possibilis regressus
a privatione ad habitum sed in tertio solum. Sed hec
solutio si sic accipiat potentiam bene procedit quia
in primis duobus modis non potest fieri regressus
et in tertio potest. Si autem accipiat aptitudinem
peccat in secundo modo quia homo cecus aptus est
videre licet non videat non tamen habet potentiam ad
videndum et ideo est in privatione potentie ad actum non
tamen aptitudinis et ideo prima solutio est me-
lior. Ad aliud cum dicitur privatio coin-
cidit cum materia etc. dicendum quod verum est non tamen sequitur
quod representet sive designet aliquam rem eandem
numero sed aliquem modum accidentalem circa materiam.

q° 29. ¶ Consequenter queritur utrum privatio sit per se ens
vel non et ostenditur quod sic quia omne quod per se
corrumpitur est per se ens privatio autem per se
corrumpitur ergo est per se ens. Maior patet quia
corruptio est motus ab esse ad non esse quod ergo
corrumpitur vadit ab esse ad non esse ergo quod cor-
rumpitur est prius ergo quod per se corrumpitur prius
est per se ens. Minor patet quia dicitur in littera quod per
se corrumpitur est privatio. ¶ Contra quicquid est per se
ens rem et naturam dicit que sua est sed ut habetur in
littera privatio non dicit rem et naturam que sua sit ergo
non est ens per se sed actus. Solutio concedendum est
quod privatio est non ens per se et simpliciter sed non ens
simpliciter dicitur duobus modis sicut ens simpliciter.
Ens autem simpliciter uno modo dicitur ens determinatum in
sua entitate scilicet prout se extendit ad ens per se
et ens per accidens. Alio modo dicitur ens simpliciter ens
primum scilicet substantia. Similiter non ens simpliciter dicitur
duobus modis aut non ens id est nullo modo ens
aut non ens primum quod est substantia. Cum autem dicitur
privatio est non ens simpliciter non intelligitur quod
ista negatio neget ens omnibus modis scilicet quod

nullo modo sed negat ens primo et relinquit ens
per accidens. Unde privatio est non ens per se et simpliciter
ens tamen per accidens. ¶ Ad rationem in oppositum dicendum quod
privatio corrumpitur suo modo unde corrumpitur si-
cut habet esse sed suum esse non est verum esse et ideo non
vere corrumpitur nec Aristoteles intelligit quod vere corrum-
pitur cum non habeat verum esse. ¶ Consequenter queritur
utrum privatio possit esse principium vel non et videtur quod non
dicitur quod non quia quod non est nullius principium q° 30.
esse potest sed privatio quantum est de se non est quia pura
carentia est ergo privatio nullius principium esse
potest. ¶ Item quod est principium solum per accidens
non debet dici principium absolute loquendo de principio
ut si edificator sit musicus musicus est causa et
principium per accidens domus et tamen absolute loquendo de principio
musicus non dicitur esse principium sed privatio
sicut probat Aristoteles est principium solum per accidens
ergo etc. Item quicquid est principium habet numerum
inter principia et ponitur in numero cum ipsis sed
privatio non habet numerum inter principia nec ponitur
in numero cum eis ergo privatio non erit principium.
Minor patet quia principia rei sunt tantum forma materia et
[illegible] tamen duo et privatio non ponitur in numero cum
illis. Item Aristoteles dicit in littera re completa trans-
mutatione principia manent sed dicit quod privatio non
manet ergo privatio non est principium. Item
tertio Physice prime dicit principia prima sunt incor-
ruptibilia et hoc patet quia si corrumperentur corrumperentur
in alia priora ipsis et sic non essent prima princi-
pia. Prima ergo principia sunt incorruptibilia. Pri-
vatio autem per se corrumpitur in materia ut habetur in
fine primi ergo privatio non est principium. Item
principium rei aut est intrinsecum aut extrinse-
cum. Principia autem intrinseca sunt tantum duo
scilicet materia et forma quorum neutrum est privatio. Principia
autem extrinseca sunt finis et efficiens tamen quorum
neutrum est privatio finis enim non est quia finis et
forma idem sunt et coincidit finis cum forma.
Privatio autem non coincidit cum forma et ideo
finis non est. Similiter non est efficiens quia duplex
est efficiens intrinsecum et extrinsecum. Privatio non est effi-
ciens intrinsecum quia illud coincidit cum forma. Pri-
vatio autem non. Similiter non potest esse efficiens

esse quia tunc essent tria principia secundum rem quod est contra Aristotelem similiter cum privatio non coincideret cum materia nec esset pura carentia immo res aliqua ergo privatio non est principium essendi nec inesse ut visum est ergo privatio non est principium. Item dicit in primo quod prima principia sunt talia quod non sunt ex aliis nec ex alterutris sed omnia ex ipsis. Accipio ergo quod prima principia non sunt sive fiunt ex alterutris sed privatio et forma fiunt ex alterutris quia ex non albo fit album et econverso ergo cum per non album importetur privatio materia ut quod privatio non possit esse principium. Ad oppositum prima contraria sunt prima principia forma et privatio sunt prima contraria ergo etc. ergo privatio est principium. Item privatio est in rebus naturalibus sed conceditur ab omnibus sed omne quod est in rebus naturalibus est ibi sicut principium aut sicut principiatum privatio non est ibi sicut principiatum ergo sicut principium. Minor ostenditur sic omne principiatum principiatur per coniunctionem forme cum materia privatio autem precedit formam in materia ergo privatio non est principiatum. Item illud ex quo fit res per se et non per accidens est principium nature sed ex privatione per se fit res et non per accidens quia ex non albo per se fit album ex nigro autem per accidens ergo etc. Item materia id quod est per se non movetur ad formam sed per appetitum quem habet ad eam sed illum appetitum habet a privatione cum ergo materia ponitur esse principium propter motum ad formam et quia est subiecta motui et transmutationi hunc autem ut dictum est habet a privatione et propter quod unumquodque et illud magis privatio ergo erit magis principium. Illud conceditur scilicet quod privatio sit principium nature. Ad oppositum vel ad opposita procedit et primo ad primum cum dicitur quod non est nullius esse principium potest etc. dicendum quod privatio continet etiam forme nominatur et non solum hoc immo determinat sibi materiam dicit enim carentiam forme in materia et ulterius in illa materia aptitudinem derelinquit ad formam ut prius visum est sed ergo considerem privationem quantum ad primum scilicet quantum ad carentiam que formalis est in suo significato sic privatio non est et sic concludit ratio. Si autem consideremus ipsam quantum ad hoc quod determinat sibi materiam derelinquendo aptitudinem eam ad formam sic potest esse principium licet non primo modo. Ad aliud cum dicitur quod est principium per accidens non debet dici principium absolute etc. dicendum quod quoddam quod per se dicitur duobus modis uno modo idem est quod essentiale et sic privatio non debet dici principium per se sed per accidens quia non ingreditur aliquid essentiam. Alio modo per se idem est quod secundum quod ipsum et sic privatio debet dici principium quia secundum quod ipsum est principium motus et transmutationis. Similiter est per accidens duplex correspondens hiis duobus modis per se. Unde dicit quod privatio est principium per accidens intelligit quod aliquo modo per se. Sed ista solutio obviatur sed quod est per se quia per se solum dicit essentiale ut patet in posterioribus. Ubi etiam dicit enim nos habemus in ista cathegoria per se alia cathegoria habet predicatum essentiale. Similiter sicut hoc quod est per se supponitur de omni in posterioribus ita secundum quod ipsum supponitur per se ut patet idem et ideo concedere aliquid esse secundum quod ipsum et negare ipsum esse per se est idem concedere et negare quia ex quo conceditur quod est secundum quod ipsum conceditur quod est per se et ideo peccabant illi qui posuerunt privationem esse principium secundum quod ipsum et negabant esse principium per se et illi qui dixerunt quod per se non semper idem dicit quod essentiale ideo aliter dicendum quod privatio est principium transmutationis per se rei cum per accidens et illud manifestius erit inferius. Ad aliud cum dicitur privatio non habet numerum inter principia dicendum similiter quod inter principia transmutationis et motus bene habet numerum per se licet non inter principia rei secundum rem sed solum secundum rationem. Ad aliud cum dicitur omnia principia completa transmutatione manent etc. dicendum quod duplicia sunt principia scilicet rei et transmutationis sive motus completa autem transmutatione omnia principia per se rei manent quia ipsa res manet cum non omnia principia transmutationis maneant quia ipsa transmutatio non manet quia dicitur alteratione existente sive facta iam non est amplius transmutatio. Privatio autem est principium transmutationis sicut dicitur in littera. Ad aliud cum dicitur omnia principia esse incorruptibilia etc. dicendum quod omnia principia rei esse incorruptibilia quia res manet principia tamen transmutationis et motus possunt corrumpi quia motus et transmutatio corrumpuntur et quando obicitur si corrumpuntur principia corrumpuntur in alia priora vel ipsis dicendum quod non ponuntur prima principia esse hec materia vel hec forma vel hec privatio sed materia prima simpliciter et forma prima simpliciter et similiter privatio et hoc patet per Aristotelem in primo primi ubi dicit prima principia ponenda sunt confusa magis et ideo licet hec privatio corrumpitur completa transmutatione in materia cum in alia manet per effugationem alterius forme scilicet expulse. Ad aliud cum dicitur si privatio est principium aut est principium intrinsecum aut extrinsecum etc. dicendum quod privatio est principium intrinsecum et cum obicitur non est materia non est forma non est movens neque non est finis etc. dicendum quod licet ipsa non sit materia tamen intrat principium primum secundum rem cedit cum materia licet sint diversa secundum rationem quia coincidit cum materia per Aristotelem. Vel aliter potest dici quod privatio est principium movens intrinsecum vel efficiens quodammodo quia licet privatio non sit principium efficiens intrinsecum vel movens tamen quod forma intrinseca est principium movens per sui presentiam et cum presentia absentie forme que non aliud est quam privatio quasi principium movens vel efficiens intrinsecum quodammodo ad inductionem forme et est tamquam principium deficiens movens ad aliquid per sui defectum ut patet de nauta et navis periclitantis absentia enim naute est aliquo modo principium movens ad periclitationem navis et sic presentia absentie forme est aliquo modo efficiens corruptionem forme opposite et inductionem sue forme et sic reducitur privatio ad movens intrinsecum. Ad aliud cum dicitur quod privatio et forma fiunt ex alterutris etc. dicendum quod hec privatio et hec forma fiunt ex alterutris ut ostendebatur in exemplo non tamen forma simpliciter et privatio simpliciter fiunt ex alterutris et privatio simpliciter et forma simpliciter sunt principia ut dictum est et non hec privatio vel hec forma. Vel aliter dicendum et melius quod ex privatione non fit forma vel privatio fit forma nec econverso sed per tanto intelligenda est auctoritas quod vicissim fiunt circa idem subiectum et quod in materia subiecta non albedini inducitur albedo et fiunt vicissim vicissim circa materiam et non albedo non fit albedo nec non album fit album. Consequenter queritur utrum privatio sit principium per se vel per accidens et videtur quod sit principium per se quia prima principia sunt per se principia privatio autem est primum principium ut dicit Aristoteles distinguens tria principia secundum rationem ergo est per se principium. Item prima contraria que contraria sunt per se sed prima contraria sunt tantum duo scilicet forma et privatio ergo forma et privatio sunt principia ergo quod ratione unum est principium per se et aliud sed forma est principium per se ergo et privatio. Item quod per accidens est est per aliud ergo quod est principium per accidens est principium per aliud sed privatio non est principium per aliud ergo non per accidens ergo per se. Maior patet minor ostenditur quia privatio non est principium per formam quia unum contrarium non dat esse alii nec facit aliud esse principium per formam ergo non est privatio principium nec per materiam quia magis videtur econverso scilicet quod materia sit principium per privationem quia a privatione habet appetitum ad formam et per illum est principium ergo privatio non est principium per materiam nec per formam et sic est principium non per accidens. Item principium per accidens habet aliud principium prius ipso in eodem genere quod est principium per se ut patet de casu et fortuna que habent priora principia per se ut artem et naturam. Sed privatio non habet principium aliud in eodem genere prius prius ipsa quod sit principium per se ergo privatio non est principium per accidens. Minor ostenditur quia si privatio haberet tale principium aut illud esset materia aut forma aut oppositum aut privatio. Non est materia nec forma quia illa non sunt in eodem genere cum privatione nec oppositum quia privatio precedit omne oppositum et similiter oppositum non est in eodem genere cum privatione ergo illud principium est privatio et si sic tunc illa privatio de qua loquebamur tunc

q^o 30 1

sunt prima privatio, sed alia ergo illa alia sunt per privationem et primum principium per se et non per accidens, quia illa eiusdem iudicii est cum alia quo ad istud. — Oppositum obicitur quia ipse dicit in littera quod privatio est principium per accidens et non per se. — Item ideo sic convincit: si entis sunt principia et si principia entis sunt entia, ergo a per se entis principia sunt per se entia; sed privatio, ut habetur in littera, non est per se ens, ergo non erit principium per se entis et ita non erit principium per se. ¶ Solutio ad questionem dicendum quod privatio est per se principium transmutationis per accidens rei, et hoc, sicut via que est principium per accidens rei, non quia constituat esse rei sed quia principiat transmutationem, et ipsa est via ad rem; est ergo principium transmutationis primo et per se quia ipsam principiat per appetitum ad formam derelictum in materia ex ipsa privatione, quia materia eo quod habet privationem forme et appetitum ad eandem movetur ad eam, et hoc facit privatio per suum appetitum. Est autem principium rei per accidens, scilicet per aliud, scilicet per transmutationem que est via ad rem quantum ad formam introducendam; et sic primo est principium transmutationis et per se, rei per accidens autem et non primo rei quia per aliud et secundario; sed est principium rei per accidens vel accidentaliter, sed quia non per se et primo, immo per aliud et secundario. Duplex enim dicitur per accidens: uno modo quod non est primo et per se, ut in proposito, quia privatio, ut dictum est, est principium rei per accidens, scilicet non primo et per se. Alio modo dicitur per accidens quod non est per se, immo accidentaliter, et sic non accipitur per accidens in proposito. ¶ Huius virtute respondetur ad argumenta que probant quod privatio sit principium per se. Ad primum cum dicitur privatio est primum principium etc., dicendum quod privatio non est primum principium, et non est principium per accidens solo modo per accidens, scilicet accidentaliter, sed sic quod ipsum est principium et primo materie, per accidens est principium rei, scilicet non primo et per se. ¶ Ad aliud cum dicitur forma est principium per se rei, ergo et privatio, dicendum similiter sicut dictum est quod privatio est principium rei per se, secundum quod opponitur ei quod est per accidens accidentaliter; sed non est principi-

-um rei per se et primo, scilicet quod per se opponitur ei quod est per aliud. Duplex enim est per se: uno modo enim est per se quod non est per accidens accidentaliter, et sic privatio est principium rei per se; alio modo est per se secundum quod opponitur ei quod per aliud, et sic privatio non est principium rei per se sed transmutationis et motus. ¶ Ad aliud cum dicitur privatio non est principium per aliud quia non per formam nec per materiam etc., dicendum quod est principium transmutationis per se et primo et non per aliud; rei autem per se sed non primo, immo per aliud, sed non per materiam nec per formam, ut bene ostensum est, sed per transmutationem que est via ad esse rei et in per ad. — Ad aliud cum dicitur in genere privationis non est invenire aliquid prius privatione quod sit principium per se etc., dicendum quod esse principium alicuius per accidens est multis modis. Uno modo quando ei quod est principium per se illius aliquid accidit, et tunc illud dicitur principium per accidens, sicut patet de edificatore si sit musicus: musicum enim tunc dicitur principium edificationis per accidens. Et tale per accidens habet necessario aliquid in eodem genere prius ipso quod sit principium per se illius, et sic patet de casualibus et fortuitis, que principia per accidens sunt casus et fortuna, quia accidunt evenire casualia et fortuita et casu et fortuna; et casus et fortuna que sunt principia per accidens horum requirunt principia priora que sunt principia per se horum effectuum, ut artem et naturam. Alio modo dicitur aliquid principium per accidens alicuius quod licet sit principium per se illius, tamen non primo sed per aliud, et tale non requirit semper aliquid prius ipso quod sit principium per se illius, sed sufficit quod illud principium per se illius sit posterius ipso; et sic est in proposito, quia privatio est principium per se rei licet non primo sed mediante transmutatione, que transmutatio est principium per se rei et primo, et sic privatio posterior est transmutatione. Et sic non oportet quod privatio, licet sit principium per accidens rei, habeat aliud principium prius ipso quod sit per se principium rei, et ideo non concludit argumentum. ¶ Consequenter queritur utrum privatio coincidat in idem

principium cum ipsa. Minor ostenditur quia carentia formalis significata per privationem non est idem cum materia, quia quecumque sunt eadem sunt unum, et quecumque sunt unum si unum est ens et alterum; ergo si carentia sit idem cum materia, erit unum cum illa et ens sicut illa; sed carentia non est ens, ergo non est unum cum materia nec ergo idem cum illa. Similiter nec aptitudo derelicta ex privatione in ipsa materia est idem cum materia; similiter cum aptitudo sit derelicta ex privatione in materia, si esset idem cum materia sequeretur quod materia esset derelicta ex privatione; sed hoc est falsum quia ipsa non derelinquitur ex privatione, sed in ipsa derelinquitur aptitudo. Similiter sequeretur quod ipsa non esset principium, quia principium oportet esse primum, et quod derelinquitur ex alio non est primum sed posterius. Aptitudo ergo non est eadem cum materia nec carentia, ergo nec privatio gratia horum potest esse eadem cum materia. Nec sufficit respondere quod privatio dicitur esse eadem cum materia non quia per essentiam sit eadem cum materia sed quia semper est ei coniuncta, et ideo cedunt in idem principium, quia tunc eadem ratione forma diceretur eadem cum materia et coincideret in idem principium cum ipsa, quia tunc est semper forma, scilicet semper coniuncta est materie, quia non est ponere materiam preter formam, ut habetur in libro de generatione; impossibile est materiam absolutam a passionibus et morphes. — Item videtur quod privatio coincidat in idem principium cum forma potius quam cum materia, quia tracta dicta de forma dicuntur quodam modo de privatione; maiorem ergo habet convenientiam cum forma quam cum materia, ergo magis coincidit cum forma quam cum materia. — Item privatio magis modum forme quam materie, quia privatio semper requirit aliquid in quo sit et de quo dicatur, quod ad et forma, ut patet per Aristotelem, qui dicit privationem requirere subiectam materiam de qua dicatur; ergo magis cedit in idem principium cum forma quam cum materia. ¶ Intendit hic querere si privatio dicatur cedere secundum rem cum materia in idem principium vel secundum sic rationem, quia realiter et secundum numerum cedant in idem et rationem in idem principium secundum rem, vel quia cum non cedant in idem principium secundum rem et numerum, tamen secundum esse principii cedunt in idem principium. ¶ Item sciendum quod cum in privatione sunt duo, scilicet carentia formaliter

significata et aptitudo derelicta in materia, aut dicitur privatio esse principium ratione carentie aut ratione aptitudinis; non ratione carentie est principium, quia carentia non est, et super non non cadit ratio principii; ergo nec super carentiam cadet ratio principii. Si vero ratione aptitudinis potest dici privatio principium, quia aptitudo cum derelinquatur in materia ex privatione in comparatione ad formam est ab alio et posterius materia; et ideo non potest privatio ratione aptitudinis sortiri rationem principii, cum aptitudo repugnet rationi prioris et principii; similiter aptitudo est quiddam medium respectu materie ad formam, ergo non habet rationem prioris nec principii. Ergo privatio nec ratione aptitudinis nec ratione carentie potest esse principium, ergo nullo modo habebit rationem principii. ¶ Solutio ad hoc ultimum primo respondendum est, et dicendum quod ratio principii cadit super privationem ratione carentie, et hoc est sic videre: quia prima contraria magis sunt contraria, sunt prima principia; sed autem contraria sunt forma et privatio, ergo illa maxime sunt contraria, sunt prima principia; sed non sunt contraria ratione aptitudinis representate per privationem, immo magis convenientiam habent ratione illius quam contrarietatem; ergo contrarietatem habent ratione carentie significate per privationem, cuius carentie terminum designat forma optata; ratio ergo principii convenit privationi ratione carentie. Et tamen dicitur quod privatio ratione carentie habet rationem principii, non intelligitur quod ratione carentie pure habeat rationem principii, tamen carentia pura per se et super hoc non cadit ratio principii; sed sic privatio carentiam nominat subiectam materie determinatam et aptitudinem ad formam in ea derelinquit, et sic cadit ratio principii primo super carentiam, sed non absolute, immo in comparatione ad aptitudinem derelictam in materia; et sic patet solutio ad primum esse hoc obiectum. ¶ Huius virtute respondendum ad alias questiones, et primo ad primam cum queritur utrum privatio coincidat in idem principium secundum rem cum materia. Autem non dicendum quod non cedunt in idem principium secundum rem, ita quod esse privationem et materiam sint unum et idem, quia carentia formaliter significata per privationem nullo modo potest esse eadem, et ideo materie non potest esse eadem, et tamen super ipsam cadit ratio

Distinc. pul.

¶ q° 33.

¶ q° 34.

¶ q° 35.

.80.

principii ut visum est. Similiter appetitus debi-
ta in materia ex ipsa carentia non potest esse eadem
cum materia ut visum est et ideo privatio non potest
esse eadem cum materia secundum rem. Et similiter si appetitus
debita ex privatione in materia esset eadem cum materia
non tamen sequeretur quod privatio caderet in idem
secundum rem cum appetitu, cum materia quam super illam
aptitudinem non cadit ratio principii sed super
carentiam non cedunt ergo in idem principium
secundum rem ita quod ex privatione et materia fiat unum
et idem secundum rem sed cedunt in idem principi-
um sub hac principii id est cadunt in ratione unius
principii et ad unius et eiusdem principii
rationem reducuntur. Duplex enim est princip-
ium transmutationis scilicet a quo et ad quod. Prin-
cipium ad quod est transmutatio est forma
principium autem a quo est materia et coniunctum scilicet privatio
et in privatio et materia constituunt unum principium
scilicet a quo et ita faciunt unum principium
secundum speciem licet ex eis non fiat aliquid unum
et idem secundum rem et numero et tale principium
licet sit unum principium secundum rem scilicet a
quo est tamen duo secundum rationem scilicet materia et privatio.
Materia enim non potest esse principium transmutationis
nisi per privationem quia materia de se non habet appeti-
tum et motum ad formam sed per appetitum
debitam inclinata ex carentia forme mo-
vetur ad formam et ita est principium transmutationis
per appetitum tamen potest esse principium rei per se.
Sed privatio est principium transmutationis comple-
tive per aptitudinem. Licet enim ratio princi-
pii primo et radicaliter cadat super care-
ntiam cum tamen carentia non sit sine illo et super
illud non potest cadere ratio principii oportet quod comple-
tio principii sit ab aptitudine in ipsa priva-
tione et ita unum et idem facit unum esse
principium principium transmutationis et privationem scilicet
aptitudo ad formam et ista ut dictum est
faciunt principium a quo et ab eadem causa
et ideo fiunt unum principium secundum rem scilicet princi-
pium a quo duo tamen secundum rationem non ita u-
num secundum rem quod cedant in unum et idem
secundum rem et numero sed quod cedunt in unum et idem

principii sub hac principii. His visis
dicendum est ad argumenta. Ad primum cum dicitur
quod aptitudo debita ex privatione in materia non
potest esse eadem cum ipsa materia nec similiter care-
ntia dicendum quod verum est et ideo ex privatione et materia non potest
fieri unum et idem secundum rem et numero sed tamen possunt
constituere unum principium secundum rem sub hac prin-
cipii et ideo privatio coincidit cum materia in unum
principium secundum rem scilicet in principium a quo. Ad aliud
quod postmodum quaeritur utrum privatio possit coinci-
dere in idem principium cum forma dicendum quod non. Et
cum obicitur privatio est quodammodo in specie et forma
dicendum quod si dicatur per privationem ibi intelligitur formam
inchoatam in materia tunc non est ad propositum quia
privatio secundum quod hic loquimur de ea scilicet secundum quod est principium
transmutationis dicit puram carentiam et nullo modo
formam. Si autem intelligatur per privationem privatio-
nem que est principium transmutationis tunc dicendum quod illa
quandam habet modum forme et ideo dicitur quod quodam
modo est species et forma et licet tunc habeat convenientiam
cum forma cum tamen ipsa sit principium per quod
materia movetur ad formam ratione aptitudinis cadit
de necessitate sub ratione principii a quo cum ipsa
tamen forma autem cadit sub ratione principii ad quod
et ideo privatio non potest coincidere in idem princi-
pium cum forma sed cum materia ut visum est.
Ad aliud patet per dicta solutio quia licet privatio
maiorem habet convenientiam cum forma
quam materia quantum ad hoc quod utrumque requirit subiectum
tamen de quo dicitur cum quod privatio cadit in
ratione principii a quo forma sub ratione prin-
cipii ad quod ideo non possunt coincidere
in unum principium secundum rem materia tamen et privatio
possunt quia materia cadit in ratione principii
a quo per privationem ut visum est. Ad aliud
quod tunc quaeritur quo modo sit intelligendum quod privatio
cadit in idem principium secundum rem cum materia apparet
solutio ex dictis. Consequenter quaeritur de hoc quod dicit — q° 3ª
Aristoteles quod materia appetit formam sicut femina mas-
culum et mulier virum et quaeritur utrum materia appe-
tat formam et ostenditur quod non. Quia quod
appetit aliquid cognoscit id. Materia autem nullam
habet cognitionem de forma ergo materia non appetit

formam. Item appetitus est effectus anime quod ergo
non habet animam appetitum non potest habere sed
materia non habet animam ergo nec appetitum. Item
materia non potest ratione privationis appetere formam
ut videtur quia privatio ratione carentie per
ipsam forte significate non est et ideo nullius
appetitus causa esse potest. Item privatio idem quod
est potentia est causa et principium maleficii et corruptionis ergo
appetitus illius autem contrarius ergo per eam materia for-
mam non potest appetere. Item ipse dicit quod
materia appetit formam et quaeritur utrum possit esse econverso scilicet
quod forma appetat materiam et videtur quod sic quia sic-
ut materia non potest compleri nisi per formam similiter forma
non potest sustentari nisi per materiam ergo sicut materia
appetit formam ad sui perfectionem sic forma debet
appetere materiam ad sui sustentationem forma
ergo appetit materiam. Item si concedatur quod esse
in genere quam huius rationem determinatam numquam
appetit deterius et similiter nullum naturale appe-
tit deterius sed melius semper ut patet in i Ethicorum
ubi dicitur quod appetens naturale semper bonum
appetit appetens autem non naturale non
semper bonum appetit sed aliquando apparens bonum
et tunc habet rationem indeterminatam appetens ergo
naturale numquam deterius appetit sed semper melius
et ideo in talibus similis hoc vero est forma ergo cum
sit appetens naturaliter si appetit numquam de-
terius appetet sed semper melius sed deterius est ei
esse in materia ergo numquam appetet esse in materia ergo non
appetet materiam. Minor patet quia forma est
secundum se invariabilis et incorruptibilis de se ut patet
in principio libri sex principiorum ubi dicitur forma est composi-
tioni contingens in simplici et invariabili essentia consis-
tens variabilis autem et corruptibilis per esse quod
habet in materia ergo deterius est esse forme in materia quam sibi
esse in se ergo ut prius non appetit materiam. So-
lutio ad primam questionem dicendum quod auctoritas distinguen-
da est. Uno modo secundum ipsum duplex appetitus unus animalis alius
finis. Appetitus primus non est nisi per cognitionem illius
quod appetitur et ideo solum est in animalibus. Alius vero
solum habet cognitionem de eo quod appetitur appeti-
tus fuit et bene sine cognitione eius quod appetitur
et ideo est in illis quae cognitionem non habent de eo

quod appetitur ut in plantis. Appetitus vero summum
animalium est cum cognitionem non habent et talis
est appetitus materie cognitionem vero non habet de forma
cum non habeat animam et tamen secundum Aristotelem appetit for-
mam sicut turpe bonum et hic est iste secundus appetitus
scilicet naturalis. Quibusdam non placet sic dicere
immo dicunt quod secundus communitatis est insufficiens
quia dicunt quod materia non habet appetitum ad formam
cum non habeat cognitionem de ea sed plante bene
habent appetitum quia habent animam vegetativam scilicet
et ideo habent cognitionem confusam de eo quod appetunt
et ideo possunt appetere. Sed materia non habet animam
et ideo non potest habere appetitum et ideo dicunt quod
secundus similis non sufficiat et ideo dicunt quod omnis
motus habet reduci ad primum motorem qui est
intelligentia quae scilicet primus motor habet intellectum
cognoscentem omnia et ordinantem et attribuen-
tem unicuique appetitum et motum secundum quod ei competit
et ipsum potest sustinere. Et iste motor primus
habens cognitionem de materia et sciens ipsam esse ipsam
dirigebat ei appetitum ad formam secundum quod ei
competebat scilicet sua cognitione forte propter quod quamdam for-
mam perficere. Et materia ipsum appetitum recepit
secundum suam possibilitatem quia quod recipitur
in aliquo recipitur per modum recipientis et non
per modum recepti et ideo ipsa materia recepit
istum appetitum sine cognitione appetentis et ita
iste appetitus secundum eos est in motore per cognitionem
in subiecto quam quod appetebat perfectionem ipsi materie et
non est in materia tamquam in subiecto et sic est a motore
primo et in motore primo tamquam in subiecto et sic materia non
habet appetitum nisi sicut finis habet aliquid quod est
ad ipsum et ideo distinguunt istam opinionem sicut dicit Aristoteles
scilicet materia appetit formam quia appetitus potest
denotari attributum materie per hunc ordinem tamquam subiecto
et sic hoc modo est falsum quia non est in materia tamquam in
subiecto nec est ad materiam cum ipsa non habeat cogni-
tionem de forma et dirigentem ipsum ipsi materie
ad suam perfectionem fundatam et est in motore primo
ut in subiecto et ab ipso in materia. Vel potest iste appeti-
tus denotari attributum materie per illam ordinem non
ut subiecto sed ut finem sive cui dirigitur a mo-
tore primo et sic est verum et sic materia habet appetitum et dicit

exemplum de sagitta quia sagitta cum sit acuta de se habet aptitudinem ut vulneret aliquem quod tamen habet vulnerare vel illum hunc vel istum hoc non habet de se sed a suo motore sive suo impellente. Sic dicunt esse de materia quod non appetat formam aptitudinaliter habet de se quod apta est ad appetendum formam cum habeat carentiam forme quod tamen actualiter appetat de se non habet, sed a motore primo eius dirigente appetitum quia appetitum non habet de se sed aptitudinem appetendi. Similiter dant exemplum in naturalibus quia calor naturalis quod calefaciat et consumat cibum sive nutrimentum hoc habet de se sed quod per suam virtutem incorporatam nutrimento moveat nutrimentum ad carnem vel os vel nervum hoc non habet de se sed a motore primo dirigente suam operationem quia omnia instrumenta obediunt voluntati motoris primi ordinantis omnes operationes nature. Sic similiter quod materia sit apta ad appetendum formam cum careat ipsa hoc habet de se sed quod appetat hoc habet a motore primo ita dicunt. Sed iste sermo magis ingeniosus quam sermo contrarius quia dicunt quod appetitus non insit materie de se quod tamen falsum est quia dicit Aristoteles quod materia appetit formam sicut turpe bonum et turpe de se appetit bonum et mulier de se virum et in similiter materia de se appetit formam. Item privatio forme annexa est sibi materie et ideo derelinquit in ea aptitudinem ad formam et est in carentia quia appetit materia formam propter privationem annexam forme sive sibi. Item dicunt quod iste appetitus materie non est naturalis quod tamen falsum est quia quod est a principio intrinseco naturale est quia natura est principium motus in eo in quo est sed iste appetitus est in re naturali scilicet in materia et a suo principio intrinseco scilicet a privatione annexa sive sibi derelinquente in ea aptitudinem ut sepe prius visum est. Ergo cum appetit ergo naturalis est et non solum appetitus est ad suam perfectionem naturalis in talibus sed etiam in hominibus per Aristotelem quia omnes homines natura scire desiderant ut dicit et in similiter materia suam perfectionem similiter desiderat. Item dicunt quod quia iste appetitus est a primo motore in materia propter hoc est in ipso tamquam in subiecto et non in materia quod tamen est falsum quia quod movetur a motore primo movetur quia nititur assimilari motori primo inquantum potest ut dicit Aristoteles. Dicitur enim quod motor primus movet alia sicut amatum et desideratum movet amans et desiderans

ergo alia movent a primo motore tamquam amantia et desiderantia ab amato et desiderato sed amor et desiderium et odium et talia ut prius visum est sunt in agente tamquam in subiecto et non in patiente et in talibus deficit ista regula Aristotelis actiones sunt in patiente et disposito ergo desiderium et appetitus est in illis inferioribus ut in subiecto cum appetant et desiderent assimilari motori primo ergo iste appetitus ad formam propter quod desiderat assimilari materia motori primo licet sit a motore primo quantum ad (?) ostendendum est in materia ut in subiecto. Item dicunt quod materia non habet cognitionem forme quam debet appetere ideo non habet appetitum forme tamquam subiectum habet actus sed tamquam per eum appetitus dirigitur a motore primo sed illud similiter manifeste est falsum quia non oportet ad hoc quod aliquid desiderium habeat vel appetitum vel aliquid quod habeat cognitionem vel deliberationem de eo ut patet secundo physicorum in fine ubi vult finem dicit Aristoteles. Inconveniens autem est non putare aliquid operari sive ad finem videantur deliberantia moveri et tamen ars non deliberat et tamen est propter finem ut dicit primo modo et similiter natura est propter finem ut dicit ibidem et non tamen necesse est quod deliberationem habeat sicut nec ars. quod autem propter finem est illud appetit et desiderat. non ergo oportet quod si aliquid habeat appetitum et desiderium ad aliquid quod habeat deliberationem aut cognitionem de eo et ideo concedendum est quod sermo auctoris bonus est et concedendus (?) quia duplex est appetitus sicut ipse dicit scilicet naturalis et alius. appetitus alius est per cognitionem et apprehensionem appetibilis per suam speciem. appetitus autem naturalis non est per cognitionem et apprehensionem appetibilis per suam speciem sed per hoc quod appetibile continetur (?) in suis principiis originalibus et sic videtur in natura imperfecta appetat perfici quia aliquid tamen imperfectum in natura concipit perfectum in suis principiis et causis originalibus et ab eis perfici desiderat et ideo omnes homines natura scire desiderant et sic videtur imperfectum in hoc appetit perfici et sic est de materia ergo quod appetitus materie non est in motore primo tamquam in subiecto sed in materia et est a materia et a suis principiis intrinsecis scilicet a carentia forme cum aptitudine et non est a motore primo nisi sic. quod iste appetitus impressus est materie a motore primo

quam ab ordinante ipsam naturam in suis effectibus. quia dedit nature ordinem et appetitum in singulis effectibus sed quod unumquodque capax sit quod recipiat etc. et ideo materie dedit appetitum sed quod capax sunt et quia ipsa non habet cognitionem appetibilis dedit ei appetitum naturalem in suis principiis seminariis sive originalibus et sic appetitus materie non est a motore primo tamquam a causa ipsum in materia sed ab ipso tamquam ab ordinante ipsum in singulis suis operationibus et suam perfectionem. Et intelligendum quod natura est tamquam executor artis et cognitionis ipsius primi motoris. Unde sciendum quod quedam habent artem et cognitionem quia ars non potest esse sine cognitione executionem tamen operis similiter artis non habent et tale est primus motor quia artem et cognitionem habet executionem tamen operis per artem sed concessit nature. Quedam sunt que cognitionem et artem non habent sed solum executionem operis et talia sunt materia et forma. Unde non habent cognitionem appetibilis nec artem tamen habent appetitum. quedam sunt que habent cognitionem et operationem sive executionem operis per artem non tamen habent artem sicut patet in rationabilibus (?) habent enim cognitionem et executionem non tamen artem quia non possunt colligere universale et ars non est sine universali. Unde est distinctio irrationalis a rationali in incipit ars et hoc est in collectione universalis et hoc patet in aranea quia non habet artem ad faciendum telam cum habet cognitionem et executionem artis. quedam sunt habent artem cognitionem et operationem et talia sunt rationabilia. Ex hiis patet quod materia generaliter (?) et universaliter (?) inanimata sine arte et cognitione habent executionem operis et hoc a [stain] natura et a suo primo intrinseco et ideo dicit Aristoteles. si natura faceret navem faceret eodem modo sicut modo fit per artem et quod fit a natura habet executionem sive directionem operis cuius operatur quod id quod operatur per artem. Unde natura est sagax sagacitate cui non est finis et ideo semper eodem modo operatur et ideo probat auctor quod tela aranee non est ab arte sed a natura quia semper aranea eodem modo facit suam telam et si esset ab arte aliquando diversificaret eam sicut faciunt textores et ideo dico quod materia appetit formam non sicut aliud appetit suum appetibile scilicet per cognitionem sed appetitu primo na-

turali et patet solutio ad obiectum. Ad aliud autem quod quando de forma vel materia appetat materiam dicendum quod primo et principaliter non appetit eam sed ex consequenti quia non habet esse nisi in materia vel quia materia est de se et si posset esse per se materia non appeteret eam et sic patet solutio. 1o

Consequenter queritur utrum materia possit esse sine privatione et ostenditur quod sic quia privatio derelinquit aptitudinem in materia ad formam et per illam est ipsa principium transmutationis sed in corporibus celestibus est materia et tamen non est in aptitudo ad formam ergo in eis erit ponere materiam sine privatione. Minor ostenditur per philosophum scilicet quod corpora superiora habent materiam dicit autem necesse est imaginari materiam in re mota sed corpora superiora moventur ergo habent materiam. Similiter dicit Aristoteles quod celum est ex tota sua materia ergo habet materiam ergo corpora superiora habent materiam. quod autem non habeant aptitudinem ad formam moventem ad eam ergo etc. Item si materia corporum superiorum aptitudinem haberet ad formam cum esset sub una forma appeteret esse sub alia et si sic tunc illa alia posset in ea generari et prima corrumpi et sic essent generabilia et corruptibilia quod cum sit falsum patet quod in eis non est aptitudo ad formam et sic est in eis materia sine privatione. Item dicit Aristoteles quod divisa est materia in corporibus celestibus et in istis inferioribus sed illa est divisio a parte materie quia infimatur (?) et est distinctum nec a parte privationis quia privatio est pura carentia. Sed solus actus dividit ergo a parte privationis non est divisio ergo cum sit in eis divisa materia oportet quod corpora superiora habeant materiam sine privatione. alia autem cum privatione. Item quod non corrumpitur per corruptionem alterius potest esse sine eo sed materia non corrumpitur per corruptionem privationis quia privatio completa transmutatione non manet sed corrumpitur. materia autem manet completa transmutatione ergo etc. Item unumquodque potest bene esse sine eo quod est ei essentiale sed privatio non est essentialis materie ergo materia potest esse sine ea. Minor ostenditur quia essentiale duplex est quoddam est quod dicit totam rei essentiam vel partem essentie. quoddam quod consequitur rei essentiam sed privatio non dicit totam essentiam materie nec partem eius essentie quia non est eius diffinitio materie nec eius genus nec differentia. Similiter non

patet quod dicit Aristoteles quod celum non necesse ad hoc et ibi habeamus aptitudinem ad formam moventem etc.

consequitur essentiam mediate nec ab ea fluit. quia quod consequitur aliquid essentialiter vel est et non aliquid ut proprie de propriis passionibus consequitur essentiis subiectorum. sed privatio non est res et natura quia privationem carentiam notat. ergo non est essentialis medietate quia consequitur eius essentiam. similiter materia non est talis quod suam essentiam possit aliquid consequi quod sit ei essentiale quia a solo composito fluit aliquid quod sit ei essentiale ut sua propria passio. materia autem compositum non est. ergo etc. — Oppositum dicit Commentator quod materia non possit esse sine privatione quia dicit Averroes privatio est annexa sibi mediate et ideo dicit quod non est in ea ubi non potest esse privatio forme et ideo credit quod in corporibus celestibus non est materia. sed illud potest esse sine eo quod est sibi admixtum. ergo materia non potest esse sine privatione. — Item privatio prout dicit carentiam forme in illo determinato relinquit aptitudinem ad formam. materia autem quantum est de se est in potentia ad infinitas formas quia dicit Averroes omnes forme que actu sunt in motore primo sunt in potentia in materia. sed privatio semper manet in materia quousque materia perficiatur per formam sibi oppositam. cum ergo sit impossibile materiam perfici per infinitas formas simul sed per unam actu tantum. ad hunc in materia relinquuntur potentie respectu aliarum formarum et ita relinquentur plures privationes in materia que corrumpentur per presentiam formarum quia tamen una corrumpitur et alie manent et si sic materia non erit sine privatione. — Ex quo in corporibus superioribus sit materia non sine privatione ad hoc ostenditur quia sicut dictum est forma per suam presentiam corrumpit privationem sibi oppositam solum privationes autem non sibi oppositas quas habet in materia respectu aliarum formarum relinquit in ea. ergo forma corporis superioris solum corrumpet in materia privationem sibi oppositam et relinquet privationes respectu aliarum formarum et ita erit in materia non sine privatione et aptitudine ad formam. — Item quod est in potentia ad aliquid quod non habet habet privationem illius. sed corpora superiora sunt in potentia ad aliquid quod non habent. ergo habent privationem illius. minor ostenditur quia quod movetur ad aliquid non habet id ad quod movetur sed est in potentia ad illud sicut ... habet id

vel non posset habere nec moveretur ad illud. sed corpora superiora moventur. ergo sunt in potentia ad aliquid quod non habent. — Nec sufficit respondere quod corpora superiora non moventur ad acquisitionem alicuius sibi sive ad esse suum sed ad conservationem sui intelligendum quia motus est actus entis in potentia secundum quod huiusmodi ut habetur 3 physicorum. ergo si in eis sit motus erunt in potentia ad aliquid acquirendum per motum et ita per motum erit aliquid renovatum et acquisitum eis et sic adhuc durante motu ad illud erunt in eis privationes. — Quidam respondent et dicunt cum Averroe quod in corporibus celestibus non est materia sed solum in inferioribus et in hiis semper privatio annexa sibi mediate. — Alii aliter dicunt scilicet quod materia est in corporibus celestibus et substantiis intellectualibus et similiter in inferioribus sed differenter quia in intellectualibus est materia secundum suam substantiam tantum et non cum annexione privationis et ideo in illis est materia sine privatione in corporibus superioribus. est materia non solum secundum suam substantiam sed aliquid habet de privatione videlicet partem et aliquid de materia et similiter de privatione inferiorum autem de forma. sed in inferioribus multum est de materia et ideo multum de privatione et parum est in eis de forma ita dicitur. — Sed nos dicimus quod intelligentie non habent materiam sed corpora superiora et similiter inferiora habent materiam quia habent motum et necesse est proximum unum in remota et cum habeant motum necesse est quod habeant privationem in materia quia privatio est principium motus et transmutationis per se per accidens autem. ... Tamen quod inferiora et superiora corpora habent privationem in materia et similiter aptitudinem debitam in materia ex ipsa privatione quia in motu ad aliquid in ipsius habeat carentiam et aptitudinem ad ipsum et similiter apparentiam habent tamen ex carentia et aptitudine sed motus causatus ex carentia et aptitudine potest esse ad formam substantialem vel accidentalem cum carentia sit aptitudo quia aptitudo potest esse ad formam substantialem vel accidentalem cum carentia sit aptitudo et motus ad formam substantialem cum corpora superiora non habeant aptitudinem ad formam substantialem ut ostendetur post ideo talis motus non

est in eis sed in inferioribus tantum. materia enim inferiorum cum est sub una forma substantiali aptitudinem habet ad aliam ut materia aeris ad formam ignis. si sit motus ad formam accidentalem hoc est dupliciter autem. nam est motus ad formam accidentalem qui facit aliquam diversitatem in substantia rei mote aut qui non facit aliquam diversitatem. si primo modo sic est solum motus in inferioribus ut quando aliquid movetur ab albedine in nigredinem et talis motus non potest esse in superioribus quia in substantia eorum non potest fieri aliqua diversitas. materia autem inferiorum potest ubi sustinere motum ad formam substantialem et talem accidentalem quia in ipsa est privatio derelinquens aptitudinem in ea tam ad hanc formam quam ad illam. si autem sit motus ad formam accidentalem qui non facit aliquam diversitatem in substantia rei mote sic est motus in corporibus superioribus et similiter privatio illius ad quod est motus derelinquit aptitudinem in mobili et causat illum motum et talis motus est motus localis et privatio est privatio situs et aptitudo est aptitudo ad situm et ideo dicit Averroes quod corpora superiora sunt in potentia ad ubi et talis motus est perfectior inter omnes et si sic in imperfectis est tamen in eis sed quod aliquid in perfectis sit quia motus localis non est aliud nisi quoddam in infimo sue perfectionis et quia ut visum est materia per suam imperfectionem delectatur in motu ex eo quod habet materiam non est sine motu quia eo quod habet imperfectionem habet privationem annexam sibi et aptitudinem ad id quod mediante debet perfici. quia sic est ideo quod habet materiam movetur et ideo est cum est in quo intelligentie non habent materiam quia in ipsis non est motus. et si haberent materiam haberent motum quia in mobili in quo est materia relinquitur aptitudo ad aliud et imperfectio et non est eiusmodi. et si dicatur quod intelligentie habent materiam et motum scilicet motum alterationis sed illud est quia cum non concedatur primus motus ei non debet concedi aliquis alius quia posterius non est sine priori sed intelligentie non habent primum motum scilicet motum localem et ideo nullum alium possunt habere. Dico ergo quod materia non potest esse sine privatione. — Et cum obicitur de corporibus superioribus quod habent materiam et

tamen non habent potentiam ad formam dicendum quod habent ubi et similiter potentiam ad formam accidentalem ut visum est que non facit aliquam diversitatem in eo cuius est forma videlicet ad situm. — Et cum obicitur de aptitudine quod dicit quod non habent potentiam ad formam et quod tunc essent generabilia et corruptibilia dicendum quod hoc verum est loquendo de potentia ad formam substantialem vel accidentalem que faciat diversitatem in substantia illius cuius est et de huiusmodi formis intelligit Aristoteles. potentiam autem ad tales formas non habent corpora superiora sed ad situm et sic materia in eis non est sine privatione quamvis libere sed cum privatione sit. vel potest dici quod materia corporis superioris est annexa privatio forme substantialis secundum substantiam ipsius privationis non tamen secundum aptitudinem et appetitum delectans in materia. unde privatio quantum ad carentiam suam solum est in ea. — Ad aliud cum dicitur diversa est materia in inferioribus et in superioribus dicendum quod verum est et ista diversitas a parte privationis quia in superioribus est materia huiusmodi privationem sed etiam in inferioribus autem est materia huiusmodi privationem tam forme substantialis quam accidentalis et hoc tam accidentalis primo dicendum quod secundo. Et cum obicitur quod a parte privationis non potest esse diversitas quia privationem carentiam notat dicendum quod potest quia derelinquit aptitudinem in materia ad formam et per diversitatem aptitudinum ad formas iudicatur esse materia diversa in hiis et in illis. — Ad aliud cum dicitur materia non corrumpitur per corruptionem privationis et cetera. dicendum quod verum est non tamen sequitur quod materia est sine privatione sed sine hac privatione que in ipsa corrumpitur quia in materia sunt infinite privationes et omnes non possunt corrumpi in ipsa sed quando una corrumpitur alia generatur in ea. — Ad aliud cum dicitur privatio non est essentialis medietate et cetera dicendum quod licet non dicat aliquid de sua essentia nec fluat ab eius substantia ut ostenditur non tamen est essentialis medietate quia consequitur eius substantiam eo quod non est ponere materiam sine privatione. — Ad id quod queritur de corporibus celestibus utrum materia eorum habeat privationem dicendum solutio quia habent privationem forme accidentalis vel materia scilicet privatione sit et aptitudine ad talem formam et non habet privationem respectu

aliarum formarum et cum obiectum forma per suam presentiam
tollit sive corrumpit privationem non contrariam sed sibi
oppositam tamen est. Dicendum quod forma corporis superioris per
suam presentiam tollit non solum privationem sibi
appositam sed et omnes privationes respectu aliarum formarum
et accidentalium prima in non quantum ad carentiam quia esse
tamen carentiam habet earum sed quantum ad aptitudinem. Unde
quia tamen est substantialis haec forma nullam habet aptitudinem ad illas
formas et ita tollit omnes privationes tamen prius
existentes in privatione sit. Sed tunc dubitatur
unde hoc eveniat. Dicendum quod forma corporis celestis nobi-
lissima est inter omnes formas habitam materiam ideo materia
quia est sub illa forme propter nobilitatem forme illius
non appetit esse sub alia forma et ideo licet habeat
carentiam respectu aliarum formarum non tamen habet aptitu-
dinem ad eas propter nobilitatem forme qua informa-
ta est. Sed si ideo esset videntur sequi duo inconvenientia.
Primum cum forma ignis sit nobilior forma ae-
ris vel terre vel aque cum materia esset sub forma ignis propter
nobilitatem illius forme non haberet appetitum nec
aptitudinem ad aliquam aliam formam et tunc esset
impossibilis transmutatio ignis in aerem vel terram
vel aquam quia appetitus est principium transmutationis et non
haberet ad aliam formam a forma ignis appetitum
quia alie forme sunt viliores et ignobiliores
quam ista. Secundum inconveniens quod sequitur est cum forma
corporis superioris multo nobilior sit quam forma
ignis materia existens sub forma ignis ap-
titudinem et appetitum haberet ad formam corporis
superioris naturaliter quod cum frustra est quia cum materia ig-
nis non possit recipere formam corporis superio-
ris ille appetitus esset frustra in natura quod non
est ponere. Quia ut hoc positum sustinere videntur
primo inconveniens et dicendum cum forma ignis sit no-
bilior aliis formis inferioribus cum materia est sub
ea si sit forma illa in esse suo completo secundum speciem
tamen illa non appeteret esse sub alia inferiori et hoc propter
nobilitatem illius cum est in completo suo esse secundum
speciem. Sed quia illa forma debilis est et non est
in suo esse completo secundum speciem ita quod non potest ad
plenum resistere actioni alterius forme propter suam
debilitatem tunc materia appetit esse sub alia forma
non quia illa sit in se nobilior sed quia ipsa agens

in formam ignis est nobilior quam forma ignis
patiens quia agens nobilius est paciente. Ad
dubitationem aliam potest responderi sic scilicet quod materia corporum
superiorum non habet appetitum ad aliquam formam aliam
nec aptitudinem propter hoc quod forma illa totaliter
complet materiam quantum ad suam substantiam quia privatio et
aptitudo delinquuntur in materia et similiter appeti-
tus secundum quod sua forma est potens complere ipsam
materiam in inferioribus autem quia forma non complet ipsam
materiam secundum suam substantiam totaliter et ideo completam propter
hoc in materia delinquitur aptitudo ad aliam formam
et similiter appetitus ideo in illis forma non tollit
nisi suam privationem in corporibus autem superioribus quia forma
est potens complere totaliter et secundum substantiam ipsam
materiam et terminare totum suum appetitum ideo non de-
linquitur in ea aptitudo ad aliam formam
sed tollitur per presentiam forme omnis aptitudo
ad aliam formam dico ad formam complentem
materiam quantum ad substantiam et ideo omnis privatio non quantum ad
carentiam sed quantum ad aptitudinem ad formam
tollitur ad presentiam forme non dico privatio
forme accidentalis que est situs sed alie privationes.
Materia igitur corporum superiorum completa est quantum ad suam
substantiam in toto completur et si ad situm materia esset
completa quantum ad substantiam tunc corpora superiora non
haberent complementum in toto complementi et ita haberet
aptitudinem et appetitum suum materia ad formam il-
lius quia unumquodque appetit sui ipsius perfecti-
onem et completionem et tunc moveretur ad illa
quod cum sit frustra relinquitur quod intelligentie non
habent materiam et quod corpora superiora sunt in tanta ex-
cellentia in toto complementi et perfectionis quantum ad substantiam
ipsum quod est in toto et in summo unum est. Non
habent igitur privationem quantum ad aptitudinem respectu forme
substantialis vel accidentalis que causat aliquam diversi-
tatem in substantia rei motore ad ipsam. Sed quia quantum
ad situm non est completum corpus celeste ideo
potest moveri ad situm et causatur iste motus ex eo quod
habet carentiam situs et aptitudinem ad eum et
ideo habet privationem situs que est principium motus
et transmutationis carentiam habet situs ut patet de se.
Similiter habet aptitudinem ad situm quia causatur
illa aptitudo ex eo quod corpus celeste homoge-

neum est id est eiusdem nature in toto et in parte et ideo est
habere cuilibet eius parti debetur quilibet situs sive
locus ex quo eiusdem sunt nature partes. Locus di-
co in quo movetur corpus celeste et ideo habet materiam ad
situm. Sed natura non potest cuilibet parti simul
concedere quibuslibet situm sive locum quia plura corpora
non possunt simul esse in eodem loco nec idem
in pluribus locis simul. Ingeniata est igitur natura
quod cuilibet parti per successionem daretur quilibet
situs sicut ut hec pars nunc sit in oriente post-
modum in occidente. Sed hoc non potuit facere nisi per
motum et ideo eis concessit motum. Huius visis patet
quod et quare in inferioribus est motus ad formam
substantialem et accidentalem duplicem in superioribus
tamen unius motus scilicet ad formam accidentalem
secundum unam differentiam scilicet ad situm et patet quare materia ignis
potest recipere et similiter appetit aliam formam
ut aeris vel terre vel aque quia non est totaliter com-
pleta per formam ignis quantum ad suam substantiam et quod materia
omnis habet privationem aliquam sibi annexam et ideo intel-
ligentie non habent materiam. Et ulterius potest peti an
utrum ulterius privationes aliquam habeant ordinem in-
ter se et ostenditur quod non quia privatio dicit carentiam
et carentia est non ens sed ordo non est non
entium ergo nec privationum non est ordo. Minor os-
tenditur quia ordo est respectus unius ad alterum sive comparatio
eius autem ad eius respectum habet et comparationem et non non
ens ad non ens ergo ordo est tantum entium. Item
ordo distinguit unum ab alio sed in fundamento non
est distinctum et tamen in fundamento sunt privatio-
nes ergo privationum non est ordo. Oppositum osten-
ditur scilicet de generatione nature ergo privatio una habet hoc ordi-
nem est ordo sed privatio est aliqua quia est principium
nature ergo privatio una habet ordinem ad aliam.
Dicendum est quod in privationibus est ordo sed possunt ac-
cipi dupliciter vel per respectum ad materiam et sic non est
in eis ordo quia a parte materie nullus est in eis
ordo nec distinctio aliqua vel possunt accipi
in respectu ad formas et sic sicut una forma prior
est quam alia ita et privatio respectu illius prior est
privatione respectu alterius et sic est in eis ordo. Sed conclu-
dere sequi inconveniens quia cum situs sit ultima
forma inter omnes propter suam debilem essentiam unde dicitur

averroys non meminit situm esse predicamentum
generalissimum sed de eo quod ipsum perfecerat cum ita
sit sua privatio erit posterior aliis privationibus. Sed
posterius presupponit prius ergo privatio situs presup-
ponet alias privationes ergo quod habet privationem situs
habebit et alias privationes scilicet quod formarum substantia-
lium. Sed corpora superiora habent privationem situs ergo ha-
bent privationes alias scilicet respectu formarum substantialium et
accidentalium prima materia et si sic erunt generabilia et
corruptibilia quia quod habet privationem forme substantialis
appetitum habet ad eam quod est impossibile. Et dicendum ad
hoc quod situs est forma posterior aliis et similiter sua
privatio posterior. Sed cum dicatur posterius presup-
ponit prius dicendum quod verum est in hiis que se habent per mo-
dum positionis sive per positionem. Sed in hiis que se habent
per abnegationem non est verum quia posterius in talibus
potest esse sine priori ut patet quia si aliquid non sit animal
non sequitur quod non sit substantia immo potest esse substantia et
tamen non animal et tamen negatio posterioris potest esse non pre-
supposito negatione prioris sed si hoc est animal est substantia et tamen
positio posterioris ponit prius et sic est in proposito
quia quod habet situm habet formam substantialem sed quod habet pri-
vationem situs non necessario habet privationem respectu aliarum formarum
quia forma posterioris potest esse privata rema-
nentibus formis prioribus et sic corpora superiora
licet habeant privationem situs non tamen sequitur quod
aliarum formarum habeant privationes quia privatio respectu
situs non presupponit aliquam aliam. Ad primum obiectum
quod privationum non sit ordo cum dicitur ordo non est
non entium et cetera. Dicendum quod privatio est non ens simpliciter
ens tamen secundum quid et quia est ens secundum quid ideo potest habere or-
dinem ad aliam privationem vel licet sit non ens
tamen quia comparatur ad formam cuius est privatio cum forma
ordinem habeat ad aliam formam et privatio habebit
ordinem ad privationem. Ad aliud cum in fundamento et cetera
patet per dicta solutio.
Corporum que sunt alia quidam sunt natura a-
lia et cetera. Questio de primo libro phisicorum erit
que de se et que de quodam omne quod dicit aristoteles scilicet quod
homo generat hominem et sol. Probatur. Phisice per se
hec forma non generatur per se compositum sive aggrega-
tum per se generatur per accidens autem forma et dat
commentator [illegible] generatur ... per se generatur

q° 2ⁱ lib' phicorum q' incipit

illud aggregatum scilicet cuprea per se per actionem artis forma que est scilicet ergo per accidens. forma generatur vero per actionem generantis que generat formam. Si ergo homo generat hominem et sol, necesse est ergo quod homo generet formam qua homo est homo. et similiter sol. ergo si homo est homo per animam intellectivam necesse est quod homo generet animam intellectivam et sol, vel quod homo non sit homo per animam intellectivam. et ad huius intellectum prosequitur orationis querere utrum homo constituatur in specie alia per animam intellectivam aut per aliquid aliud quod sit in potentia materie eductum de ipsa potentia per actionem agentis. sed quod istud sit impossibile ostenditur quia sicut forma in potentia materie que educta de ea per actionem agentis constituat hominem in specie alia oportet quod illa sit nobilior quam forma generis per quam constituitur genus in suo esse que videlicet est anima sensitiva. alioquin constitueret rem per animam sensitivam. oportet ergo quod sit nobilior quam sensitiva cum ipsa sit potior quam sensitiva et aliquid addit super eam et ita nobilior. sed vita est nobilior non vita ut dicit Augustinus et vivens non vivente sed sensitiva anima est vita sive vivens. ergo oportet quod illa forma educta de potentia generis si sit nobilior quam sensitiva sit vita et quia vita nobilior quam sensitiva ergo ultra sensitivam est alia vita nobilior sive forma quam sensitiva que tamen non est eadem cum anima intellectiva quod est impossibile. ergo homo constituetur in specie alia non per illam formam sed per animam intellectivam. Item si homo constituatur in specie per formam illam eductam de potentia generis sive materie tunc dicetur completum in esse specifico per illam sicut tamen non sicut tamen anima intellectiva est ergo repositum in specie per illam formam. sed ulterius advenit anima intellectiva ergo adhuc constituet speciem ulteriorem ergo una species fuit in potentia ad aliam speciem constituendam per formam additam preter postquam fuit completum in esse specifico quod est impossibile. Item porphirius dicit quod animal rationale mortale est diffinitio hominis et similiter bos et asinus. quod animal rationale est eius diffinitio.

hominis et rationale et sensibile ab anima intellectiva sed irrationale est differentia reponens hominem sub specie alia. ergo sub specie alia reponitur per animam intellectivam et non per formam eductam de potentia materie. Oppositum ostenditur quia natura ulterius sensitivam inducit in materia de potentia ipsius materie formam nobiliorem sensitiva que tamen non est intellectiva per quam homo reponitur in specie alia. et ad hoc ostendendum ponatur quod natura operata fuit in semine hominis et induxerit de potentia ipsius seminis in ipso semine animam vegetativam sensitivam et ulterius operata fuit quantum potuit ad preparationem introductionis anime intellective ita quod illud generatum iam sit in principio sive in prima dispositione dispositum ad recipiendum animam intellectivam et ponatur per impossibile quod denegetur ei hec ergo per ponens animam vegetativam sensitivam et ulterius preparationem et dispositionem ab ipsa natura agente ad recipiendum infusionem anime intellective. intellectivam autem non habet inde arguitur sic generatum vocetur a. a. habet animam vegetativam ergo vegetativa operabitur suas operationes et hoc in non sit intellectiva et tamen operabitur quia vegetativa quantum ad suas operationes non ad intellectivam quia velit nolit intellectiva vegetativa operatur suas operationes sed operationes vegetative sunt nutrire augmentare et generare ergo ipsa nutriet a. et augmentabit donec perducet ad quantitatem perfectam et in conservare intendit de quolibet esse quod operatur. illud productum ad suam quantitatem habebit talem animam secundum speciem a membris cuiuslibet bruti ut patet sed dicit Aristoteles quod membra leonis non differunt a membris hominis vel asini nisi quia anima per quam movetur ad dispositionem membrorum que anima vel forma completa operatione sit forma rei differt ab anima in uno et in alio ergo a. et asinus aliam et aliam habent animam secundum speciem. sed a. cum hominibus habet membra eadem in specie cum hominibus dico habentibus animam intellectivam ut patet ergo a. differt equaliter et per idem ab eis in specie sicut differt huius animam intellectivam et per consequens constituetur in esse specifico tamen a. quod homo per

animam productam sive formam de potentia materie ulterius sensitivam reponetur homo in specie. Item sufficiat supponere quod virtus seminalis sit ista forma que format et movet ad formationem et dispositionem membrorum quia scito ad quod movet virtus agens sit sua operatio sed virtus seminis sit. ut anima sensitiva movet ad sentiendum ergo scito sensu cessaret sua operatio et non operaret ulterius. virtus agens ulterius erit ultima forma rei et non virtus sensitiva sive anima sensitiva. Adhuc si virtus seminalis formaret membra tunc esset in semine hominis formaret membra asini sicut et in semine asini vel sicut membra hominis unde est seminalis. ergo oportet animam formam ulteriorem seminalem que primo movet ad formationem membrorum et ultimo sit forma rei. Item ut sicut est vegetativa et ad intellectivam de suis operationibus sed a. habet vegetativam ergo in ipso erunt virtutes vegetative scilicet nutritiva augmentativa generativa habet ergo virtutem generativam generet ergo generabit aliquid aptum ad receptionem anime intellective quia generabit sibi simile et ipsum a. est tale tunc illud generatum ab a. cum sit aptum recipere animam intellectivam recipiat eam tunc est homo ut manifestum est tunc ergo a. est in potentia ad generandum hominem intelligentem sicut et ego vel tu. sed generans et generatum non differunt specie sed tantum solo ergo tamen a. quia generatum ab sunt sub eadem specie animalis. ergo sub specie alia non reponetur homo per animam intellectivam. Item potentia respondet actui et nobilissimo actui nobilissima respondet potentia. sed actus huius progenitur scilicet a. est nobilior actu cuiuslibet bruti quia a. est aptum ad recipiendum infusionem anime intellective per suum actum et suam perfectionem. nullum autem brutum est tale ergo potentia de qua educitur actus huius progeniti est nobilior potentiis de quibus educuntur actus brutorum. potentia autem de qua educitur actus sive perfectio huius quod est a. est in semine generantis ipsum et similiter alie potentie in suis seminibus ergo semen de quo producitur a. est nobilius aliis et id est semen hominis ergo semen hominis nobilius est aliis sed natura magis intenta est et magis sollicita in dignioribus et nobilioribus seminibus

quam in vilioribus ad productionem rei naturalis ad suum esse specificum ergo magis erit sollicita in semine hominis quam brutorum. sed in vilioribus seminibus ut in seminibus brutorum est ita sollicita quod in quolibet bruto ulterius sensitivam inducit formam nobiliorem sensitiva constituentem quodlibet brutum in suo esse specifico ergo multo fortius in generatione hominis vel de a. ulterius sensitivam inducet aliam formam ulteriorem nobiliorem sensitiva que constituet hominem et de a. in esse specifico sub alia. Si autem dicatur quod bruta non habent formam ulteriorem sensitiva specificam scilicet per quam differrant sed in eis omnibus est anima sensitiva ut ultima forma tunc sequitur maius inconveniens quam sequitur quod virtus sensitiva est eis differentia specifica et est propria et convertitur. quia ultima differentia est convertibilis cum specie ut habetur septimo methaphisice et ista eadem est communis homini quia homo habet animam sensitivam. ideo ergo est proprium et convertibile unius ut rationalis et commune alii quod est inconveniens. Ad hoc sequitur inconveniens scilicet quod omnia bruta erunt sub eadem specie specialissima et plura alia inconvenientia. Ad hoc si sic dicatur non tamen potest vitari per hoc conclusio quia species opposite oppositas habent differentias eductas de potentia generis ulterius formam generis quare differentia una constituat unam speciem in esse specifico et alia aliam unius generis per porphirium potest habere utriusque differentias actu vel nullam educuntur ergo dicere opposite de potentia generis ulterius formam ipsius sed ex propositis brutum et homo sunt species opposite ergo habent oppositas differentias eductas de potentia generis ulterius formam ipsius generis sed forma generis est anima sensitiva ergo ulterius animam sensitivam advenit tam in bruto quam in homine nova forma sive differentia educta de potentia generis constituens utrumque in esse specifico ergo adhuc sequitur si dicatur sic quod homo reponatur in specie alia per formam eductam de potentia generis ulterius formam ipsius generis. Item accipiatur a. prius et aratur illud generatum aut differt secundum speciem ab asino aut non. si sic. cum non possit differre secundum speciem ab ipso nisi per aliquam differentiam sive formam

superadditam formae generis, habeo propositum. Si quod addit aliquam rem per quam reponetur in specie; si non, eadem ratione non differt a leone secundum speciem nec a capra nec ab aliis brutis, et sic est sub specie leonis caprae et aliorum cum ipsum sit animal et non differat ab illis secundum speciem. Sed species de individuo praedicatur, ergo iste leo est capra et alia bruta praeter de isto quod est ingens cum sint species oppositae et est similiter ingens idem individuum esse in pluribus speciebus. Adhuc si non differat secundum speciem ab asino, eadem ratione nec a leone nec ab aliis brutis, et quaecumque uni et eidem sunt eadem inter se sunt eadem, ergo species brutorum non differunt inter se secundum speciem, et tunc ulterius sequitur quod non plus quam aliqua specifica differentia reponeretur inter bruta, et tunc adderet aliquam formam super formam generis eo quod brutum et homo oppositae debent habere differentias eductas de potentia generis ultra formam generis. Item accipiatur a. quod

90 adhuc vel mulus differt ab asino secundum speciem aut non. Si non, arguatur sic: non differt ab asino secundum speciem, sed asinus differt a leone secundum speciem, ergo a. cum sit asinus eo quod non differt ab ipso secundum speciem differret a leone secundum speciem, et si sic differt ab ipso per differentiam specificam ulteriorem differentiam constituentem genus. Si autem differat ab asino secundum speciem habeo idem propositum ut prius. Item a. differt ab asino ut patet eo quod ponitur in numerum; aut ergo differt ab ipso differentia materiali aut accidentali. Si accidentali, sed quae solum differunt differentia accidentali conveniunt in uno, idem est ergo a. cum asino, et tunc habetur propositum quod sicut asinus reponitur in specie per differentiam suae formae additam priori formae scilicet generis, sic quod a. reponetur in specie per eandem, et tunc addit formam. Si autem differat ab asino differentia materiali, aut ergo materiali aut formali. Si materiali, sed differentia materialis non facit diversitatem in specie cum materia solum actus dividit, id est sola forma facit diversitatem in specie; ergo erit in specie asini et tunc habetur propositum ut prius. Si autem differat differentia formali materiali ab asino, habebit ergo aliam differentiam formalem et materialem quam asinus. Sed asinus habet formam materialem generis; ergo iste propositum ultra formam generis addit differentiam formalem materialem, et sic habetur propositum. Et diceret aliquis quod talis per-

genitum est differens ab asino secundum esse sed non per essentiam, sed habet se adhuc in utroque quia genito cum utrumque habeat causam immediatam quae posita ponitur ipsum et quae remota removetur ipsum, quae sit causa per quam a. differt ab asino secundum esse et non per essentiam, id est quae sit causa illius esse quod facit differentiam, quae causa posita ponitur hoc esse et haec differentia vel materia scilicet; sed causa sit materia aut forma. Si causa illius esse sit materia, cum illa ut ostensum est quae solum differunt secundum esse causatum a materia possunt esse sub eadem specie, a. erit in specie asini et tunc ut prius. Si autem causa illius esse faciens hanc differentiam sit forma, aut ergo accidentalis aut substantialis. Si accidentalis, tunc sed non causabit diversitatem in specie, et tunc ut prius. Si substantialis, aut ista forma substantialis est in aequali cum forma generis aut in plus aut in minus. Sed haec forma non est in aequali cum forma generis quia sicut in forma generis non habet diversitatem immo magis perceptio rem et in non divisum esse, ita nec in ista habebunt diversitatem nec divisum esse eadem ratione. Non potest illa forma esse in plus quam forma generis; ergo erit in minus et inferior per additionem se habens ad formam generis, et sic habetur propositum. Sed diceret aliquis quod ista forma est substantialis et in minus quam forma generis et est incompleta et ideo est in potentia ad intellectivam; sed si sic dicatur habeo propositum quia non curo de eius incompletione quia per illam potest distinguere ab omnibus brutis, et illa forma est bene sufficiens facere hanc distinctionem ipsius a. a brutis et ipsum reponere in specie, quia modo de formis sive differentiis primi generis quae magis incompletae sunt tamen constituunt singulas species in esse specifico et una distinguit suam speciem ab alia. Item dicatur sic: a. est animal, sed praedicatur genus de suo inferiori; ergo aut de specie aut de individuo. Si de specie habeo propositum quia tunc a. est species et addit differentiam super genus. Si de individuo, cum talis praedicatio sit mediata erit species media per quam sed individuum a. recipiet praedicationem generis; ergo a. est in specie, sed species addit super genus differentiam quam dicitur est quae fundat species a quo ergo ut prius. Item inducta forma sensitiva in materia sed quae est homo natura non cessat operari motu; ergo aut ergo ad locum aut magni-

tudinem aut ad formam. Non ad locum nec magnitudinem ut patet de se; ergo movetur ad formam, aut ergo ad formam substantialem aut accidentalem sive passionem. Si ad formam accidentalem movetur sive ad passionem, sed in semine brutorum movetur ad formam substantialem, sed forma substantialis magis completa est quam forma accidentalis, ergo completius est quod fecit etiam in semine brutorum quam hominis; ergo brutum est aptum ad recipiendum infusionem animae intellectivae quam homo, quod falsum est; ergo inducta forma sensitiva in materia movetur ad formam substantialem ulteriorem et aliam quam intellectivam. Quod autem illa forma sit alia ab intellectiva ostenditur, quia quando natura movetur ad aliquam formam oportet quod illa forma sit aliquo modo in eo in quo inducitur ab operatione naturae, quia natura educit formam de potentia materiae et ita illa forma est aliquo modo in materia; sed intellectiva nullo modo est in materia quia infunditur ab extrinseco et est totaliter ab extrinseco; ergo illa quam educit natura de potentia materiae est alia ab intellectiva, et ut visum est natura educit de potentia materiae illam formam substantialem ultra formam generis per quam homo differt in specie ab aliis animalibus et reponitur in specie aliis, et est ultra sensitivam et alia forma ulterior et nobilior sensitiva quam homo est hoc per intellectivam, et hoc concedo.

solutio — Ad primum obiectum in oppositum cum dicitur: si esset ultra animam sensitivam ulterior forma faciens esse specificum, ista esset vita et vita nobilior quam sensitiva, sed ultra sensitivam non est alia nobilior vita nisi intellectiva; et est dicendum quod ultra sensitivam de potentia materiae educitur forma nobilior quam sensitiva per quam reponitur homo in specie, et ipsa est vita et vita nobilior sensitiva, et ipsa est alia ab intellectiva quia est quoddam medium uniendi animam intellectivam cum corpore, sed non est alia a sensitiva, immo sensitiva sit una et eadem per essentiam cum ista; unde sicut anima vegetativa et sensitiva non differunt per essentiam, immo constituunt unam essentiam et sunt una forma per essentiam, differunt tamen penes magis completum et minus completum, quod differre non facit diversitatem in essentia, sic ista forma non est alia a sensitiva sed sunt una forma in essentia, sed solum differunt penes magis completum et minus. Unde sensitiva de se est minus completa et vilior; ista autem super sensitivam addit ideo completior et quia perfectior

nobilior. Unde sensitiva prius fuit sub esse incompletiori et viliori, nunc autem est sub esse completiori et digniori quam completa est aliquid in perfecta; non est ergo illa forma alia vita per essentiam a sensitiva, et sicut forma per quam reponitur asinus in specie non est alia a sensitiva et tamen est nobilior quam sensitiva, ita est hic; et ideo ultra sensitivam non est alia vita nobilior quam intellectiva, quia forma ulterior sensitiva non est alia a sensitiva, et ideo est defectus argumenti in illo quod accipit alia a sensitiva. Sic tamen dicatur: ipsa est vita et vita nobilior quam sensitiva, verum est, non quam quaelibet sensitiva quia ipsa est sensitiva, et ideo peccat modus argumenti et solvitur per ... Sed opponet aliquis dicens quod illa forma est eadem per essentiam cum sensitiva et non differunt nisi penes magis completum et minus, quia sensitiva iam est sub esse completiori iam sub incompletiori; dicas sic: similiter videtur quod vegetativa et sensitiva non differunt nisi penes completum et incompletum et non per essentiam, et sicut in fine sensitiva nobilitata in sibi, sed est vegetativa nobilitata; sed videtur quod licet sensitiva non sit alia per essentiam a vegetativa, sed vegetativa est nobilitata actu, sensitiva addit super vegetativam novam potentiam, et hoc quia est sub esse nobiliori; ergo si sensitiva nobilitetur ulterius forma adveniens addet adhuc aliam potentiam super potentiam sensitivae, et hoc ideo quia illa forma est sub esse nobiliori; sed hoc est inauditum quod sit alia potentia animae post sensitivam nisi sola intellectiva. Sed dicendum quod haec ratio sophistica est ingens, id est concludit non solum in proposito sed etiam in brutis si applicetur, quoniam cum in brutis addatur super sensitivam forma nobilior sive ponatur quod differant specie sive non, quia licet non differrent specie inter se differunt tamen specie ab homine, et ideo quia homo cum eis convenit in forma generis oportet quod ultra formam generis novam formam addat nobiliorem forma generis, et si non differant specie inter se tamen addunt novam formam nobiliorem ultra sensitivam, et si differant specie inter se similiter addunt; ergo in brutis ultra potentiam animae sensitivae addet novam potentiam, quod tamen manifeste falsum est, et hoc concludit [illegible]

uero in(tellectiva) est q(uod) q(uod) sophistica est licet sit difficilis ad
soluendum. soluitur tamen sic. sciendum q(uod) anima proprie non
est noua sed actus huius s(cilicet) qui est animare vnde
proprie vocatur anima que est actus et perfectio corporis
non autem que est extra corpus et hoc patet per suam di-
ffinitionem que est anima est actus corporis phisici et cetera.
et ideo que conueniunt simul in isto actu dicuntur
vna anima et ideo sensitiua et intellectiua licet non
sint vna anima quantum ad essentiam ut quidam dicunt tamen
quia conueniunt in vno actu simul s(cilicet) in animare
corpus ideo dicuntur vna anima. patet ergo q(uod) anima non
est noua sed actus et sic non est noua
potentia proprie loquendo quia potentie conueniunt ipsi anime secundum quod
... autem animat corpus in operatione ad
actus suos. vnde isti actus qui sunt nu-
trire augmentare generare sentire et intellige-
re qui sunt actus anime non immediate egrediuntur
ab anima sed mediantibus potentiis et secundum diuersita-
tem actuum diuersificantur et distinguuntur
potentie quia potentie distinguuntur per actus. actus autem per
obiecta. quia ergo vnus est actus anime vegetabilis s(cilicet) ve-
getare qui tamen ulterius distinguitur ideo v-
na habet potentiam s(cilicet) vegetatiua. ab ista tamen anima
que nobilitatur per formam ulteriorem egreditur
alius nouus actus qui est sentire et ideo oportet
q(uod) ei correspondeat potentia noua et alia a pri-
ori et ideo anima sensitiua super vegetatiuam addit
nouam potentiam sed sensitiua cum nobilitatur
ulterius per formas ulteriores non egreditur
alius actus ab isto qui est sentire non
enim a sensitiua nobilitata per formam aliam ul-
timus alterius aliis egreditur alius actus ab
isto qui est sentire et ideo sensitiua nobili-
tata non addit nouam potentiam super sensiti-
uam quia frustra esset cum ei non correspon-
deret actus et sic restat q(uod) prior solutio bona
est. Ad aliud cum dicitur si forma adueniens
ulterius sensitiuam reponat istud in specie alia
tunc per aduentum anime intellectiue constituetur
alia species dicendum q(uod) non est uerum quia non quecumque
forma adueniens speciei constituit speciem sed
forma specialis educta de potentia materie sed anima intel-
lectiua licet adueniat homini post completionem suum

in esse specifico tamen quia non est educta de po-
tentia materie sed totaliter ab extrinseco non oportet q(uod) consti-
tuat nouam speciem et datur simile ad osten-
dendum q(uod) forma specialis que est ab extrinseco
totaliter non constituit nouam speciem. quia aer
recipit lucem que est forma specialis et tamen non
differt secundum speciem ab aere existente sine
luce quia illa forma specialis non educitur
de potentia aeris sed est totaliter ab extrinseco et
sicut lux non constituit in noua specie ita
nec anima intellectiua in homine. Ad aliud q(uod)
obicitur de diffinitione hominis dicendum q(uod) si detur per
mortale cum oporteat ultimam differentiam esse conuertibilem
cum diffinito tunc non est diffinitio hominis et similiter
cum tullius ponit sic medium inter alia et hominem
tunc unica differentia conuenit alia ad hominem et tunc non
dabitur per duas licet se possent inuicem
o(mn)es constare. si autem detur per rationale solum
tunc rationale potest nominare hanc formam que non
reponit in specie alia quod quidem forma est ul-
tima quam natura potest educere de
potentia materie et sic potest esse diffinitio hominis speciei quam con-
uenit cum specie ipsa dicitur et dicitur sed forma rationalis non ab
actu rationis sed quia ipsa est in potentia propinqua ad
animam rationalem. si autem rationale innotescat ac-
tum rationis tunc non sit ab anima intellectiua tunc
aliud rationale non est diffinitio hominis secundum q(uod) est species
aliis quia ista dicitur non educitur de potentia generis et
sic non conuenient cum homine. per porphirium
dicentem q(uod) rationale nobilis et diuersum et ideo aliud rationa-
le secundum q(uod) rationale sic accipitur non est dicitur hominis diffini-
ri. constituet hominem in specie per tamen debet
dari diffinitio ignota est. similiter de significato
hominis est dicendum uerum. s(cilicet) significat aggregatum ex
corpore et anima rationali aut ex forma generis
et ultimum rationali forma educta de potentia ge-
neris si significat aggregatum sed secundum primum et rationale
accipiatur ut indicat hanc formam tunc
recta est diffinitio hominis data sic. quia rationale si
autem significet aggregatum primo modo et rationale ac-
cipiatur ut indicat formam eductam de po-
tentia generis sic non est diffinitio hominis quia rationale sic est diffini-
tiua speciei solum secundum q(uod) reponit sub genere. quam in

dicat formam generis et ultimo rem formam re-
ponentem illud in specie sub alia et hoc sufficit ad
diffinitionem talis speciei sed q(uod) est huius generis sub speciei
[illegible] ei qui non est in correspondens
ulterior forma hominis s(cilicet) anime intellectiue sed autem
homo significat aggregatum sed primo modo rationale
dicatur ab actu rationis sic adhuc non est dif-
finitio hominis ut ostensum est et sic ho-
mo non potest diffiniri quia quamcumque accipiatur
differentia correlatiua anime intellectiue nunquam poterit
diffinire hominem cum non sit educta de po-
tentia generis sed secundum q(uod) sic signatur habet aliquid per diffinitione
s(cilicet) illud aliud rationale mortale quia in sunt due diffe-
rentie quarum quelibet excedit diffinitum et
simul alia differentiam per comparationem aut vnius per
aliam sunt inequales ipsi diffinito et indicant
totam suam essentiam cum genere et hoc
solum. et in hac descriptione accipitur rationale
prout dicitur rationale ab anima intellectiua.

questio
Quomodo queritur adhuc de ista propositione homo
generat hominem et sol. et queritur utrum sit uerum q(uod)
homo generet hominem et uidetur q(uod) non. generans est
agens. generatum passum siue paciens sed a-
gens et paciens sunt contraria ergo generans et genera-
tum sunt contraria. sed contraria per librum primum de generatione
conueniunt genere et differunt specie. ergo necesse q(uod) conue-
niunt genere et non vnum pati ab alio. eo aliud
q(uod) differunt specie vnum agit in aliud. ergo est
homo cum homine conueniat specie homo non
potest generare hominem. Item ostenditur
q(uod) homo si generet hominem sed solum est per
actiones et non per se. est methaphisice dicitur [illegible] gene-
rant calidum et frigidum vincentia unum.
ergo si homo generat sed est per ista ergo homini non
attribuitur generatio nisi per calidum et frigidum. sed calidum
et frigidum sunt siue operatores siue actiua
et ista generant per se ut visum est. ergo homo
generat per accidens. duo enim sunt modi per accidens
siue accidentalitatis. vnus quando attribuitur ali-
cui alicui per suum actum. secundus quando attribu-
itur alicui toti per partem uel econtrario. porphirius
dicit locus siue patria est principium generationis
quemadmodum et pater. sed patria non est principium

generationis per se. ergo nec pater. ergo si pater est prin-
cipium generationis sed solum est per accidens. Item
secundum methaphisicam semper generatio et naturalis est per
mutatio ab hiis qualitatibus s(cilicet) a calido et frigido
quia habent proportionem cum utraque natura in in-
rei generande et vincunt unum. si ergo in hijs
potest esse q(uod) proportionantur in elementis passiuis
fuisset calidum et frigidum et in proportione qua
habent in semine ab euentu nature uel constella-
tione uel aliqua alia causa ibi potest esse generatio
cum ergo illud sit possibile sine homine non requi-
ritur in generatione hominis naturaliter nisi per
accidens. Item commentator habet hanc literam
et forte sunt ex alia ex putrefactione
generata exponit eam q(uod) in ista sic putre-
facta est uirtus agens a sole tamen in semine
deciso est uirtus agens a patre et a sole.
si ergo uirtus agens possit esse in semine a
sole tamen et sine patre non est necesse q(uod) pater
sit in generatione et ita sic generat per accidens generat
cum generatio possit esse sine ipso. Item indeterminate quod
pater solum dat materiam et q(uod) ipse non generet.
quia pater dat semen decisum ab ipso solum
sed illud non fuit aliquid de substantia patris sed solum
superfluitas tercie digestionis et tale super-
fluum non est de substantia patris. sed ipse non agit
ad generationem nisi per illud et agens semper ad aliquid de-
bet per aliquid suum agere. illud autem ut uisum est
non est suum aliquid nec de sua substantia ergo ipse non
agit ad generationem sed solum dat materiam s(cilicet) semen
uel sequitur si agit q(uod) solum per accidens
agit. s(cilicet) per semen decisum ab ipso et illud
argumentum solum procedit secundum vnam opinionem
due enim sunt opiniones vna est q(uod) pater non
dat materiam sed mater dat illam generationi. pater autem
dat formam tamen et non abscinditur a patre q(uod)
materia rei generate cedat sed a matre solum et contra
hanc opinionem non procedit argumentum. alia est
opinio q(uod) non solum pater est agens sed et dat
materiam quia ab ipso abscinditur semen et similiter a matre.
et ista semina per calidum et frigidum conuer-
ta cedunt in materiam rei generande et ita pater dat
materiam et similiter mater et non solum materiam. si autem tamen

illo semine patris emittitur virtus agens et sic
cum semine matris et ita utrumque dat nutrimentum et similiter
virtute agente cum semine, sed virtus patris po-
tentior et principalior est. Virtus autem matris
minus potens et minus principalis et ideo dicitur
quod mater dat nutrimentum quia suum semen non est ita
formale sicut patris sed magis materiale et minus agens
et hoc est propter frigiditatem mulieris. Unde quidam
dicunt quod mulier non spermatizat propter frigidita-
tem. Semen autem patris magis formale et minus
materiale et hoc est quia frigidissimus homo calidior est calidissi-
ma muliere et contra hanc opinionem procedit ratio ter-
tia. Et hoc quod non queritur utrum homo faciat ad
generationem et utrum calidum et frigidum possint genera-
re et quomodo operentur ad generationem et utrum homo possit
generari ex putrefactione et sine patre sicut quedam
animalia. Oppositum ostendit, scilicet quod homo generet
hominem quia ultra animam generatione hominis esse ex conveni-
enti ita quod generans generet sibi convenientem. Unde VII et VIII
methaphisice quod generans et generatum solum differunt
numero, conveniunt autem specie et forma quia forma
non dividitur. Hec pars concedenda est, scilicet quod
homo generat hominem sicut dicit Aristoteles per se. Ad pri-
mam rationem in oppositum cum dicitur agens et patiens
sunt contraria etc. et contraria conveniunt genere et differunt
specie adiungit Aristoteles. Ad primam propositionem agens autem
assimilat sibi passum in specie et tamen ex hac auctori-
tate potius potest concludi oppositum. Unde cum in generatione
differunt secundum speciem in generatione autem agens assimilat
sibi passum. Aliud tamen defectum habet ratio quia cum dicitur
agens et patiens sunt contraria ista non contra-
ria secundum qualitates formales sed accidentales et non oportet
quod talia sint individua specie et ideo ratio non conclu-
dit sed si acciperet talia que conveniunt habent secundum
qualitates formales bene procederet. Ad aliud cum
dicitur per auctorem generantur calidum et frigidum nutrimen-
ta unum. Dicendum quod virtute calidi et frigidi non generantur
sed quia hii nec per se quia propria operatio calidi sed quod calidum
non est generare sed quod generat habet ab homine et homo
per se generat calidum autem per hominem, differentia enim est operatio
calidi secundum quod calidum et secundum quod calidum naturale. Unde
enim quod calor habet congregare homogenea et segrega-
re ethrogenea et calefacere et sic secundum quod calor non

educit aliquid speciem in calorem, sed secundum quod calor na-
turalis habet movere ad formam et habet digerere hu-
midum. Unde digestio est completio ex proprio et
naturali calore ex passionibus contrariis.
Unde hec operatio caloris non est solum secundum quod calor sed
secundum quod naturalis solum. Sed ratione conveniunt quia secundum quod calor
habet resolvere de humido secundum quod calor naturalis habet re-
solvere de humido secundum quod congenitus nature et sic secundum quod ca-
lor naturalis habet movere ad formam quia secundum quod natura-
lis est ille sic sunt calidum et frigidum in proportione conveni-
enti ad talem formam et dicitur naturalis calor aliquando
quia est conveniens nature et dicitur naturalis hinc
quia est congenitus nature hominis et sic in eo est digestio a
calore. Si igitur calor maxime calor generaret homi-
nem bene inferret ratio quia tunc homo generaret
per accidens. Nunc autem non generat calor nisi secundum quod ca-
lor naturalis in tali proportione et hoc recipit ab
homine et ideo per se generat homo. Quod autem hoc
recipiat ab homine patet. Alimentum receptum
primo digeritur per calorem proprium ipsius hominis.
Iste autem calor abiciens grossum sibi simile assi-
milat magis quam potest, sed plene sibi assimilare non
potest in hac prima digestione et ideo sequitur secunda diges-
tio in qua calor naturalis adhuc abiciens impurum
purum sibi assimilat magis quam potest et plus sibi assi-
milat quam in prima fecit sed totaliter nondum sibi
assimilavit et ideo sequitur tertia digestio in qua calor
sibi nutrimentum assimilat quia iam ille alimentum est in
proxima dispositione ad quodlibet membrum et tunc quodlibet
de illo accipit quantum ei sufficit. Vita vegetativa illius
operationis existente tertie que mittitur suas
operationes exercere scilicet nutrire et augmentare et si post
hoc aliquid superfluum fuerit vita vegetativa tertie huius
operationis quia suam tertiam operationem adimplere in-
titur que est facere generare sibi simile. Istud autem
singulis membris transmittitur ad vasa semina-
ria et ibi efficitur aptum generationi et tunc movetur
ad generationem non sibi dissimilis sed similis in specie et propter
hoc dicit commentator quod generatio aliud non est a casu.
Patet igitur quod calor naturalis existens in semine
quod debet moveri ad generationem habet ab homine quod sit
naturalis in tali proportione et quod possit generare
et ideo homo generat per se, calor autem generat eo quod est

Item quod naturalis ultimo habet movere ad talem formam.

est proportionatus et

est proportionatus et assimilatur calori ipsius hominis
et est assimilatus ei per ipsum calorem hominis ut
visum est. Sciendum autem quod illa deductio calo-
ris ad hoc ut fiat naturalis movet ipsum ad spe-
ciem ut dictum est et non solum est iste calor ad
digestionem humidi sed etiam ut possit facere ta-
le quale ipsum est quia cum ipsum transmissum ad
vasa seminaria et efficitur aptum generationi patet quod
habet in se calorem connaturalem illi cuius semen
est. Tunc si cadat in loco debito nullo alio im-
pedimento superveniente generat similem illi in
specie cuius fuit semen. Et notandum quod tunc ibi sunt
tres digestiones scilicet pepansis, optesis et ep-
thesis. Epthesis autem et opthesis proprie consistunt
in terminando et digerendo humidum. Pepansis
autem non, sed movet ad speciem et in hiis tribus
digestionibus semper est calor iste effectus con-
naturalis illi cuius fuit semen et assimilatus calori
illius et semper est movens. Et nisi esset ista assi-
milatio caloris quodlibet generaretur ex quolibet.
Prima autem digestionum in via generationis est
pepansis in qua est calor dictus deducens ad
speciem et in ista movet calor naturalis ad primam
formationem membrorum et hec prima formatio fit
in humido molli sed adhuc non est aliquod completum
quia membra non sunt indurata, sed quantum ad primum
actum est aliquod completum scilicet quantum ad formationem
membrorum et ideo sequitur hanc primam digestionem
secunda scilicet epthesis in qua est calor naturalis digerens
et consumens illud humidum quantum potest et quantum decens
potest sed non potest cito consumere quia est debilis eo
quod natat in humido terminato autem et desiccato
de humido est actio istius caloris magis in sicco
et ideo fortior et acutior et tunc est tertia diges-
tio que dicitur opthesis et digestione ista con-
pleta est aliquid primo completum, per primam enim diges-
tionem completur quantum ad primum actum qui consistit
in formatione membrorum vel quantum ad alias duas
digestiones completur quantum ad secundum actum quia tunc
membra sunt indurata. Et licet in via generationis
pepansis sit prima cum epthesis precedit ea
indigendo nutrimentum ex quo nutritur totum
et est semen illud autem nutrimentum sic digestum

non est per se principium generationis, sed per se est
ad nutriendum membra. Quod autem superfluum est
transmittitur ad vasa seminaria ut dictum est et
efficitur congenitus generationi et cum ibi transmissum fu-
erit a singulis membris non potest amplius re-
dire ad nutriendum membra. Hiis visis patet quod non
sequitur: si calor est per se generans quod homo sit
generans per accidens quia quod calor in semine sit ge-
nerans per se hoc habet ab homine non a se ut visum est.
Ad aliud cum dicitur potentia est principium
generationis per accidens etc. Credo quod falsum assumit
ratio quia potentia est principium generationis per se ut patet.
Hec enim cognationem naturalem generata in a-
liquo potentia cum ipsa potentia ut in quadam potentia
sunt albi longi et flewmatici et alia sunt nigri
et colerici et hoc a potentia. In quadam autem sunt dis-
creti in mathematicis vel in alia scientia et sunt
apti ad philosophiam, in quadam sunt discreti in
temporalibus. Sic igitur patet quod potentia non est per accidens immo
naturale principium generationis quia facit quantita-
tem et conducit ad speciem talem. Ad aliud cum
dicitur quod potest evenire per constellationem vel ab
eventu nunc vel aliquid alia causa quod proportionetur
calidum et frigidum in proportione quam habent in semine
etc. Dicendum quod si hoc posset evenire in alio quam in semine
hominis sive patris et matris et si in eo esset calor con-
naturalis manens ad speciem in tali proportione in
qua est in semine tunc homo posset generari
preter hominem sed hoc nullo modo potest evenire per
naturam et ideo non cogit ratio. Ad aliud cum dicitur
quod in putrefactione est calor qui movet ad formam et
etc. Dicendum quod calor non potest deducere ad talem
proportionem sicut est in semine humano.
Sed in generatis ex putrefactione potest deve-
nire ad proportionem convenientem, dicit enim Aristoteles
alibi nascuntur alia ex putrefactis eo quod acci-
dit quod calor putrefaciens venit ad talem
proportionem et iste eventus est casualis. Ideo ex
quibusdam putrefactis generantur musce et
alii vespe, sed quod deveniat ad talem proportio-
nem non est a sollicitudine nature. Cum autem
devenerit est ad talem proportionem convenien-
tem tali animali motus sequitur est a natura et sic motus

ad speciem. Et ideo dicit Aristoteles quod forte generatio ali-
num non est a casu sed per putrefactionem vel constel-
lationem vel aliquam aliam causam non potest deve-
nire ad tantam proportionem quanta est in semine
hominis quia ista species scilicet hominis valde similis
est et generatorum ex putrefactione et ideo ab eventu
devenit ad eam sed requiritur agens proprium
et ideo dicit Aristoteles quod necesse est hominem hominem prece-
dere et sic in infinitum quia homo non potest ge-
nerari ex ista putrefactione et putrefacta sunt
magis nulla et ideo sunt minoris virtutis. — Ad
aliud cum dicitur semen non est de substantia patris
etc. Credo firmiter quod homo non tantum est ex se-
mine matris sed et patris quia est ex ambobus
commixtis. Unde dicit Aristoteles quod necesse est generatio-
nem fieri per commixtionem seminis et quod accipitur
ex auctoritate Aristotelis quod virtus patris est agens
verum est et similiter virtus matris sed magis
principaliter virtus patris est agens quia quod de-
scendit a patre est magis et melius dige-
stum quam quod descendit a matre quia insuffi-
cienter est digestum quod descendit a ma-
tre. Et ideo dicitur quod est menstruum. Semen
autem patris sufficienter est digestum et est
magis purum quam semen matris et maioris vir-
tutis et caloris et ideo dicit Aristoteles quod virtus
patris est agens cum non ut sic agat. Dat
ergo pater nomen et similiter speciem. Et si daret solam
nomen. Unde credo quod non esset generans. Sed non est
ita quia cum semine dat et calorem conna-
turalem sibi similem in specie. Et ideo certum est quod ista
tota actio est primi agentis quia non agit
virtus in semine nisi quia sibi recepit a primo
agente non tamen tandem agit. Et primum quia
calor ille in semine connaturalis calori
patris potest agere licet pater deficiat et sic
agit per suum calorem. Unde dico quod homo generat
hominem per se. Virtus enim patris assimilat sibi
calorem et facit illum connaturalem sibi. Calor
autem iam factus connaturalis educit ad
speciem et sic pater dat nomen et similiter virtu-
tem agentem cum semine. Et similiter mater et
non tamen descendit semen a matre ut ponit

una opinio sed est a parte. — Quaeritur quid de eo quod dicitur
quod sol generat hominem sed autem ostenditur esse falsum
quia dicit Aristoteles quod generans et generatum conveni-
unt in nomine licet non sint eadem numero. Sed
sol non convenit cum istis inferioribus in nomine ergo
sol non generat hominem. — Item octavo huius
generans habet speciem generati sed sol non habet speciem
alicuius hominis ergo sol non generat hominem. — Item
septimo physicorum generans generat aliud propter
materiam et sunt in unum in forma quia forma
non dividitur sed sol non est idem in forma
cum illis inferioribus ergo sol non generat hominem.
— Item quarto metheororum congregant calidum
et frigidum miscencia materiam proportionem sed istud
habet sufficienter sine sole ergo si calidum et frigidum
sic proportionata sufficiant ad generationem
hominis non ad solem de cuius generatione. Minor
ostenditur. Visum est quod calidum et frigi-
dum proportionaliter miscencia naturaliter sunt in semine propter
virtutem eius a quo abscinditur semen et sic
sunt in sine sole. — Item sicut sol generat
hominem sic et leonem et alia animalia et similiter
plantas quia est pater omnium. Sol autem est corpus
uniforme et unius speciei ergo agit uniformiter
in omnibus et per unam speciem. Sed non potest uni-
formiter et per unam speciem agere in omnibus
nisi agendo valde universaliter. Ergo valde universaliter agit
in omnibus. Ergo si ad formam habet deducere habet
universaliter et non ad hanc formam vel ad illam et
ita si ad formam particularem deducat in
differenter deducet in semine hominis ad for-
mam asini et hominis vel alicuius alius. — Item
sicut sol habet suos effectus super haec inferiora
ita similiter et alii planetae quorum quidam dicuntur
benivoli et habent bonum aspectum quidam autem
habent malum aspectum et dicuntur malivoli sicut
quod legitur de marte. Si luminaria contraria
sint in facie gorgonis et martis et mars
respiciat ea tortuo vultu generatus in tali
constellatione cruciabitur manibus et pedibus
et suspendetur. Ergo aliae stellae a sole habent suos
effectus super inferiora. Quare ergo dicitur quod sol generat
hominem et propter quid et quare sol plus facit ad generationem

questio

ptolomeus dicit hoc

quam aliae stellae. — Solutio dico secundum Aristotelem quod praeter ista
agentia particularia quae sunt calidum et frigidum
sunt alia agentia universalia ad generationem et cor-
ruptionem scilicet corpora superiora et ista habent effectus
suos super ista inferiora et agunt sed inferiora
aliquando et semper per influentiam ipsorum inferiorum
superiorum. Unde dicit Aristoteles secundo de generatione allatio
quae est secundum obliquum circulum est causa generationis
et corruptionis in hiis inferioribus. Nunc autem allatio
per obliquum circulum dicitur esse quia aliquando de-
ducit generans aliquid deducat et vocat so-
lem generans et eius obliquus aliquando adducat
ipsum et aliquando reducat. Unde appropinquatio solis
ad nos est causa generationis et eius remotio est
causa corruptionis. Unde aliquando proximius est nobis aliquando
remotius et sic aliquando facit generationem per suum
accessum aliquando corruptionem per suum recessum. Sic
ergo vult Aristoteles quod sol facit generationem per accessum
ad nos et corruptionem per recessum. Sed autem est per eius
circulum et est causa generationis inferiorum per suam
peregrinationem in circulo obliquo et licet ipse de-
cursus sit uniformis et necessarius per circulum
obliquum et inducat semper idem quantum est de se
et sic iste ordo tenditur quod est inter et sit in-
feriorum a parte eius a quo habent ordinem a parte
tamen inferiorum non habet necessitatem. Unde sol plus
facit in illis inferioribus quam contingenter ad utrum-
libet et minus quam necessarium. Et ita non facit neces-
sitatem in inferioribus et hoc patet impedimentum. Nam ali-
quando suus ordo et sua influentia in hiis in-
ferioribus propter diversos eventus accidentales in ipsis
ut propter contrarietatem materiae sive maliciam. Unde habetur
secundo de generatione quod licet tempus generationis et corruptionis
sit equale eo quod allatio generat sed allatio in
obliquo circulo est equalis. Tamen propter maliciam
materiae aliquando cito corrumpitur quod generatur vel econverso.
Et ideo est hoc quia quod recipitur in alio recipitur
per modum recipientis et non per modum recep-
ti. Patet ergo quod impediri potest. Unde sapiens astro-
logus non dicit sed et illa eveniunt de necessitate
sed magis quam contingentia ad utrumlibet minus
autem quam necessaria. Sic ergo patet quod regula universalis cor-
porum superiorum impediri potest per maliciam materiae et etiam

uniformis omnium potest fieri difformis secundum diversi-
tatem recipientium. Et hoc patet per simile. Quia dicit
Aristoteles quod licet ad edificationem lapides dolentur
per lineam rectam et secundum hoc sit ars edifican-
di per lapides tamen in lesbia oportet materiam artem
edificandi mutare quia lapides non sunt do-
lobiles sicut in aliis patriis et sic muta-
tur regula universalis edificandi propter contrarietatem materiae.
Similiter est de consiliario prudenti qui mutat su-
um consilium universale quia ipse consulens particu-
lares eventus huius consilium generale mutat
modo secundum exigentiam particularium eventuum.
Sic similiter est de regula corporum superiorum
universali respectu inferiorum quae licet in se sit necessaria et
uniformis tamen impediri potest per materiam ut vi-
sum est et regula eius non est necessaria. Unde iudi-
cantes astrologi saepe male iudicant quia impe-
diri per istam materiam et diversitatem et similiter agen-
tium particularium quae sunt calidum et frigidum et hoc
vel per sapientiam alicuius disponentis materiam
sicut dicit ptholomeus quod sapiens homo dominatur
astris. Et dicitur ibi si aliquis sit dispositus ad
mortem vel ad infirmitatem per decretum universale
scilicet per corpora superiora cum sapiens medi-
cus sciens dispositionem materiae et eius proprietates
potest regulam universalem impedire
et sic regula universalis variatur in inferioribus et
hoc volens significare boetius figuravit
centrum et circumduxit centrum circulum mo-
tum et illi circulo adhuc circumduxit
circulum motum et sic ordinavit facile circum-
illud nominavit primam causam quia est immutabile
sicut prima causa circulum non sequentem nomina-
vit corpora superiora huius regulam universalem
et iste circulus est aliquo modo immutabilis sive
mobilis. Secundum non circulum dixit hic inferiora
quae semper sunt in motu et non sunt necessaria
sed contingentia et iste circulus magis est mobilis
quam primus. Et sic est inferiora. Unde propter suum
longe distare a primo principio incommuta-
bili id est de necessitate non accidit in inferiori-
bus. Sed corpora superiora quae sunt prope primum
principium ideo necessaria sunt. Ex hiis ergo patet

quod regula universalis impeditur in hiis inferioribus propter
diversitatem materie et agencium particularium que sunt
calidum et frigidum et propter dispositionem contrariis
sapientis media disponentis. Item secundo re-
gule universalis impeditur aut etiam alteratur scilicet per fortem
ymaginationem unde dicit auctor quod regina concepit
nanum propter fortem ymaginationem de nano pi-
cto nunc hoc fuit per virtutem corporum superiorum sed
per ymaginationem ut dictum est et similiter
avicenna quod quidam febris est lepre sue propter alteram
et ymaginationem eorum ymaginis lepre. Unde
faciunt aliqui ymagines quod faciunt contrarietates
sensibiles et ideo prohibetur in medicina habentibus
fluxum sanguinis ne aspiciant rubicunda.
patet ergo quod regula universalis impediri habet propter fortem
ymaginationem et alios eventus superius dictos.
Dicimus ergo quod secundum aristotelem ista inferiora habent suum esse
et fieri ab superioribus sicut dictum est et superiora cali-
tatem habent in inferioribus et movent ista inferiora
per quid ergo movent per suos motus quia dicit
aristoteles celum est corpus rotundum sempiterni
motus cum corporibus que sunt in eo et
cum motu cum corporibus que sunt in eo inflammat in-
feriora et excitat eorum calorem et in contrarietates
iste que sunt calidum et frigidum in in-
ferioribus essent in memoria a superioribus non age-
rent ad generationem vel corruptionem unde alibi dicit
si corpus illud non moveret inferiora non esse
possent nec generare quia orbis primi et corpora que
sunt in eo calefaciunt et inflammant quod sub
quod moventur motu circulari unde inferiora non
possent calefieri nec generare quia non est generatio
sine calore nisi medium esset calefactum et me-
dium non posset esse calefactum nisi corpora su-
periora moverentur sed cum moventur calefaciunt
medium et inferiora et quia omnis radius convertitur
ad medium scilicet ad terram et ideo ibi excitatur
maior caliditas et sic fit generatio generat ergo sol
per suam lucem sive per suos radios refle-
xos super terram. suam autem lucem multiplicat
per suum motum et sic generat sol. Sed opponetur
sol per suam lucem sive per radios reflexos su-
per terram potest calefacere non tamen potest generare

ut videtur quia calor ignis calor non generat sed
minuat et corrumpit. dicendum sicut dictum est quod ca-
lor ignis calor habet quedam opera scilicet infirmare
et corrumpere. Alia autem habet opera ignis calor na-
turalis et instrumentum nature sive anime vege-
tative quia habet ad esse conducere et conservare materiam. Sic
autem dictum est de calore similiter dicendum est de sole
quia sol habet aliud facere ignis corpus calefacere et ignis
instrumentum primi et licet sol ignis corpus calefaciat non
habeat ad formam talem conducere sed solum exci-
tare calidum. tamen ignis instrumentum primi non
solum habet excitare calidum sed excitare cali-
dum proportionale nature unicuique et sic habet ad for-
mam conducere et sicut dictum quod effectus corporum
superiorum impediuntur aliquando per contrarios even-
tus et ymaginationes sensibiles et huiusmodi sic
etiam aliquando adiuvantur isti effectus per virtutem
inferiorum existencia. huius visus patet quod homo
generat hominem et sol. Ad rationes in opposi- Ro ad rat
tum dicendum ad primam cum dicitur generans et genera-
tum conveniunt in materia et etc. verum est in generantibus
per se et per respectum ut quando ex aere generatur
ignis. Ad aliam cum dicitur generans habet
speciem generati. dicendum quod verum est et cum dicitur
ulterius sol non habet speciem hominis dicendum quod sol generat hominem
non est verum quia si non haberet speciem hominis non pos-
set generare hominem sed sol potest dupliciter considerari
scilicet unum sol vel ignis est instrumentum motoris pri-
mi. si autem consideretur ignis sol sic verum est
quod non habet speciem hominis. si tamen consideretur ignis in-
strumentum primi. sic aliquo modo habet speciem hominis
et illam recipit a primo quoniam in ipso primo
omnes species sunt actu et sol ignis est instrumentum
primi per suum calorem habet aliquo modo speciem hominis
quia habet calorem proportionalem unicuique. Ad aliud
cum dicitur generans non generat aliud nisi
propter naturam quia conveniunt in forma et etc. patet so-
lutio quia sol quodammodo convenit in forma cum
inferioribus scilicet ignis instrumentum primi. Ad aliud
cum dicitur generantur calidum et frigidum et
etc. et ideo potest homo sine sole dicendum quod si calidum
et frigidum essent sufficienter proportionata et
vincentia tamen possent generare. Sed illud non

potest esse sine sole quia licet sit calor in semine tamen
naturalis ille cuius sunt illud semen tamen non potest
agere nisi moveatur a virtute corporis superioris.
Ad aliud cum dicitur sol agit uniformiter in
omnibus inferioribus quia est corpus uniforme et etc. et
indifferenter ex semine hominis generabit hominem et ali-
mum. dicendum quod ratione ipsius solis verum est quod est sol
illa indifferencia tamen ratione motoris primi cuius
instrumentum est sol et ratione particularium agencium
recipiencium influenciam solis non est verum. sol
enim quia est instrumentum motoris primi necesse habet agere
secundum directionem motoris primi quia instrumentum agit secundum
voluntatem illius cuius est instrumentum ut patet. Nunc
autem in primo est iste ordo distinctus et omnis for-
me distincte sunt et ideo similiter in inferioribus sunt
omnes forme distincte secundum ordinationem primi sed
confuse sunt in virtute celesti et influunt ista
virtus in inferioribus. Nunc autem a motore secundum primum
procedit sed inferiora per solem et a sole in inferiora et
ideo secundum directionem primi fit tota sua influencia.
Similiter non est indifferencia a parte specialium a-
gencium recipiencium hanc influenciam. Nunc
autem ordo universalis descendit in particularem secundum quod in-
venit speciale agens et ideo non sequitur quod indi-
fferenter ex semine hominis generabit hominem et asinum
tamen quia instrumentum primi tamen quia descendit in speciale
agens secundum suam exigenciam. Exemplum patet huius de prima
ratione quia sapiens homo volens aliquid significare
pluribus per nuncium habens illud in corde suo distinc-
tum secundum quod illi plures debent recipere ponit illud
in ore nuncii sub verbo confuso. nuncius autem sub ver-
bo confuso defert et eis nunciat sic. Illi autem distin-
cte recipiunt secundum quod in corde sapientis distinc-
tum fuit quod quilibet eorum debet facere sic est
quod in primo omnes forme distincte sunt et quod
unicuique competit. ponit autem influenciam in inferioribus
recipiendam sub distinctione in virtute celesti sub
confusione virtus autem celestis defert inferioribus sub
confusione illam autem recipiunt distincte. Exemplum se-
cunde rationis est quia aqua per ductus meatus diffusa
distincta est. que autem similiter venit sub indistin-
ctione recipitur et est similiter indistincta. tamen autem
iterum refluit et ingreditur meatus terre sub distinctione

recipitur et secundum possibilitatem meatuum recipiencium. sic
est quod virtus influens in inferiora sub distinctione
est in primo. quam autem venit in virtute corporis
superioris ibi sub indistinctione recipitur et est ibi
indistincta et sub confusione. quam autem a superiori vir-
tute in inferiora recipitur in sub distinctione et secundum quod com-
petit unicuique recipiencium recipitur et sic
distincte recipiunt licet ab uno confuso reci-
piant. Ad illud quod queritur sol magis dicitur generare qo
hominem quam alie stelle cum tamen alie habeant suam
influenciam super inferiora dicendum quod est maioris virtu-
tis respectu inferiorum quam alie stelle. propter tria scilicet propter ma- distinctio
gnitudinem sui corporis propter velocitatem sui mo-
tus et propter approximationem eius ad nos. nulla enim
alia ita magni corporis est nec ita velocis mo-
tus licet alia aliquando sit propinquior nobis. alia est
ratio quia est communioris virtutis quam aliqua alia
stella respectu inferiorum et respectu stellarum. habet enim communi-
tatem cum omnibus stellis vel pluribus et non habet
semper ad unum modum sicut mars quia sol ma-
gis habet convenienciam ad omnia propter hec duo scilicet propter
maiorem communitatem in inferioribus et vehemen-
ciam sue actionis dicitur potius sol generans
inferiora quam alie stelle. Omissis aliis
questionibus intendimus querere de casu et fortuna et est questio nota de casu et fortuna
primo an sit casus et fortuna. Sed hic non oportet ostende-
re. scilicet casum et fortunam esse. quia hoc sufficienter
ostendit aristoteles in littera et hic concedunt omnes et
ideo oppositum scilicet quod non sit debet ostendi. Osten-
ditur autem hoc tribus viis. prima via ex compara-
tione causarum ad causata. secunda per rationem subiectionis
tercia ex natura fati vel providencie divine.
Ex comparatione causarum ad sua causata osten-
ditur casum non esse. sic. Quia habens causam ratio-
nalem legitimam et necessariam est a casu vel fortuna
sed omne quod fit habet causam rationalem legitimam et
necessariam ergo non fit a casu nec fortuna. Ma-
ior patet quia casus et fortuna sunt cause per acci-
dens tamen autem rationales et etc. non est causa per accidens et
ideo non sunt cause rationales legitime nec
necessarie. minor ostenditur quia dicit philosophus quod est
cuiuslibet ortui legitima et rationalis causa non precessit
et sic ungit post modum omne quod gignitur

ex causa necessaria sibi coniungitur. Ecce ergo per positum quod omne quod fit et est habet causam rationalem legitimam et necessariam. — Item omne quod est et non est sola causa est vel causatum. quia ens per se dividitur in causam et causatum. sed casuale si sit non est causa solum quia est vel causatum sed si sit causatum ipsum non est a causa quia casus nullius est causa et sic casus non est. — Item est ens per accidens et ens per se et causa per accidens et causa per se sed omne ens per accidens reducitur ad causam per se. quod non habet causam per se habet multas causas per accidens ut edificator est causa per se domus et si sit albus album est causa per accidens domus et sic de aliis accidentibus edificatoris omne enim quod accidit cause per se est causa per accidens sui effectus et omnes tales cause per accidens reducuntur ad causam per se sed licet sic ad habere plures causas per accidens cum cum habeat causam per se non dicitur tamen esse a causa per se. ergo quod est est a causa per se et est per se ergo non dicitur esse a causa per accidens sed a causa per se quia reducitur causa per accidens ad causam per se ergo casuale si sit dicetur habere causam per se et non dicetur esse a casu. — Item accipiamus aliquid casuale queritur que sit eius causa tu dicis quod casus est eius causa tunc quero aut casus est eius causa proxima aut remota si proxima tunc ipsa est necessaria respectu causati qua posita ponitur ipsum causatum et qua remota removetur ipsum et esse est causa per se sed casus non potest esse causa per se ipsius casualis ergo non potest esse causa proxima. si dicas quod casus non est eius causa proxima sed remota ergo habet aliam propinquiorem tunc quero de illa aut est causa prima aut non. si prima tunc est causa per se et tunc illud non est a casu et habetur idem quod prius si non est proxima tunc habet aliam propinquiorem et est quero de illa eadem que prius et sic ibitur in infinitum vel dabitur aliqua causa proxima et erit per se causa et non casus. casus ergo non est causa casualis et sic non est. — Item si casus est causa casualis tunc quero aut est ei causa per

se aut non. si sic cum illud habeat causam per se id non est casuale et ita casus non erit eius causa. si casus non sit eius causa per se cum casus non sit causa prima habebit ergo causam tunc quero aut eius causa est causa per se aut est casus si habet causam per se cum quicquid sit causa cause est causa causati tunc illa causa erit causa illius causati. sed casualis et si sic. cum causetur a causa per se non erit a casu. si autem causa casus sit casus cum casus non sit causa prima tunc iste casus habebit causam et erit eadem questio de illa causa et sic ierit in infinitum aut dabitur quod istud casuale non sit causatum a casu sed a causa per se et si sic ipsum non est casuale et casus non est. — Item accipiatur aliquod causatum illud ex quo causatum esse habet causam proximam talis autem est necessaria respectu sui causati et quero de illa causa aut est prima aut non. si non ergo habet causam et ita si non sit prima habet causam et sic usque devenietur finaliter ad primam causam. sed illa prima causa est per se causa sui effectus ergo et iste effectus est per se causa sui effectus et sic ulterius et si sic illud causatum est causa per se causatum et non a casu. — Item erit argumentum descendendo a causa prima usque ad ultimum causatum sic causa prima est per se causa sui effectus et suus effectus est per se causa ulterioris effectus et sic ulterius usque quo devenietur finaliter ad ultimum causatum et si sic id non erit a casu. — Item si casuale est aut ergo est preteritum aut presens aut futurum non est preteritum quia cum omne preteritum aut est verum aut falsum ipsum casuale aut erit verum aut falsum. si sic verum cum preteritum verum sit necessarium ipsum erit necessarium. si sic falsum cum preteritum falsum sit impossibile ipsum erit impossibile. sed tale non potest esse necessarium eo quod non semper est quia raro evenit nec impossibile quia aliquando evenit ergo non est preteritum. similiter non est presens quia presens habet causam in actu et tale habet causam in actu. similiter presens quod presens est est necessarium secundum quod dicit Aristoteles in

libro Periermenias. esse quod est quando est necesse est esse et sic sed esse necessarium ergo non est presens cum casuale non contingat habere causam sui in actu et esse necessarium. similiter non est futurum quia futurum aut est verum aut est falsum. si verum est necessarium. si falsum est impossibile ergo si illud sit futurum erit vel necessarium vel impossibile. sed nullum casuale contingit tale vel tale esse ergo non est futurum. diceret aliquis quod hoc non concludit quia futurum potest esse indeterminate verum vel falsum ut futurum in contingentibus ut patet ex libro Periermenias et tale poterit esse casuale. sed futura contingentia in quibus est indeterminata veritas et falsitas sunt in potentia simpliciter indeterminata ad esse et non esse. sed iam est determinatum ad unam partem si sic ergo casuale non poterit esse futurum vel ergo erit tale. — Item si aliquid sit casuale aut ipsum est necessarium aut impossibile aut contingens. non necessarium quia necessaria semper sunt casualia autem raro. non impossibile quia impossibilia numquam sunt. casualia autem aliquando sunt ergo si est est contingens. sed contingens vel quod est secundum suam naturam exigit et secundum quod naturale est ei esse est a casu tale sed contingens est secundum quod sua natura exigit et secundum quod est ei naturale esse ergo contingens non est a casu. minor ostenditur quia contingens est aliquando et aliquando non est et hoc exigit natura contingentie et est ei naturale ergo contingens est secundum quod sua natura exigit tale ergo non est contingens nec necessarium nec impossibile ergo non est ergo casus non est. — De ista questione antiqui senserunt differenter. tota enim antiquitas philosophorum diis omnia casualia attribuebat sed diversificantur in ponendo deos. stoici enim dixerunt deos non esse insensibilia et dixerunt eos non habere carnes et ossa. sed ut carnes et ut ossa et omnia casualia eis attribuebant epicurei vero dicebant deos esse incorporeos spirituales et attribuebant omnia decreto eorum. ecce ergo quod diversificabantur in ponendo deos. sed conveniunt in attribuendo omnia casualia eis. adhuc alii dixerunt idem quod attribuebant omnia decreto deorum. unde secundum eos omnia accidunt secundum decreta deorum

sive fata et non dixerunt tres deos fatales esse. primus autem fatare debuit de ingressu vite et vocabatur clotho. alia autem de progressu vite et illa dicitur lachesis. tertia de egressu vite et illa dicitur atropos. unde quidam poeta volens significare has deas tres earum opera exposuit versum hunc. clotho colum baiulat lachesis trahit atropos occat id est rumpit. unde dixerunt illa fata a deis vel a deabus non posse mutari in inferioribus ut decreta deorum mutarentur. unde dixerunt decreta deorum bene posse mutari secundum voluntatem deorum. unde dixerunt deos esse mollissimos et placabiles ad hoc ut mutarent sua decreta. unde primo duo divinantes iusserunt sacrificare iovi quod magnum fuit deorum capud agne albe ad hoc ut mutaret sua decreta et iusserunt hoc sibi sacrificari ut per capud significaret sapientiam iovis quia in capite regnat sapientia. per hoc quod fuit agninum significarent suam mansuetudinem quia agnus inter omnia alia maxime mansuetum animal est. per hoc quod fuit femininum sexus significaret mutabilitatem quia propter hoc sacrificatum est ut ipse mutet suum decretum. per femininum sexum nichil potest denotari nisi mutabilitas quia varium et mutabile semper femina. sic ergo iusserunt ei sacrificari ut mutaret suum decretum. illud autem decretum quidam appellabant fatum quidam fortunam ut adhuc multi laici vocant fortunam et secundum antiquos duas habet species secundum quod attingit in vita. unam secundum quod est ad bonum et dicitur eufortunium aliam secundum quod est ad malum et dicitur disfortunium et dixerunt ipsam fortunam esse divinum numen et ideo iusserunt ei fieri templum et sacrificari ei et iusserunt ipsam constitui in suo templo in medio rote propter suam mutabilitatem et iusserunt ipsam fieri cecam propter suam imprudentiam. Item iusserunt eius unam medietatem fieri albam propter unam eius speciem que est ad bonum scilicet eufortunium et aliam medietatem nigram propter aliam eius speciem que

est ad presens, scilicet dissortitum. Istam positionem licet antiqui tenuerint eam et adhuc quidam teneant, tamen peripatetici non tenuerunt eam, quia ista opinio non ponit omnia de necessitate evenire quam a decreto deorum et ponit quod fiant omnia a causis necessariis nobis tamen incognitis. Et tangit Aristoteles in textu, sed peripatetici posuerunt multa evenire a casu et non a causa aliqua necessaria. Item hec opinio est heretica quia tollit liberum arbitrium, si enim omnia de necessitate evenirent in meo libero arbitrio non erit quod hoc faciam vel non faciam. Si enim omnia evenirent de necessitate ut ait Aristoteles libro Peryarmenias non oporteret nos negociari neque consiliari, sive enim negociaremur vel consideremus consiliaremur evenirent et si non similiter evenirent. Tamen hec est quod ista opinio heretica est et est irrationalis quia secundum eam nichil est casuale quia casuale fit per accidens et raro evenit. Tale autem si eveniret a decreto superiori ut ponitur non per accidens eveniret quia ponit in eo necessitatem. Item frequenter eveniret. Item quod ponit quod habeat causam nobis incognitam non est ponendum quia tamen Aristoteles posuit istam opinionem istud tamen non reprobavit et reddit causam Averroys suus commentator et dicit quod dedignabatur reprobare quia voluit quod nulla esset causa alicuius inferioris que incognita esset simpliciter hominibus. Quarto quia casualia non sunt attribuenda decreto superiori antiqui quia non bene quantum ad hoc dixerunt. Quidam quarto modo dicunt quod aliqua eveniunt a casu et fortuna sed dicunt tamen casus et fortuna sint cause per accidens omne casuale et fortunitum habet aliquam causam per se et datur exemplum ut si paterfamilias sciens bovem suum esse in puteo vult quod extrahatur et mittit famulum unum ad illum locum non dicens ei de bove sed aliquid aliud. Similiter alium mittit ad eundem locum per aliam viam non dicens ei de bove sed aliquid aliud, unus non intendit ibi invenire alium. Sed cum simul ibi conveniunt bovem in puteo invenientes ipsum extrahunt et sic extractio bovis est a casu respectu illorum tamen quia hoc ibi non convenerunt. Non autem est a casu respectu patris familias sed a proposito quia eos misit ad illum locum habens de eo. Similiter dicunt quod est in casualibus et for-

tuitis quia aliqua sunt casualia respectu inferiorum cum preter eorum intentionem eveniant sed non respectu superiorum, immo de necessitate eveniunt respectu eorum. Sed hec est contra opinionem Aristotelis quia si sic esset nichil esset casuale nisi secundum quid, quia licet eveniat preter intentionem mei vel alterius, cum simpliciter preter intentionem non eveniat non debet dici casuale absolute sed meum vel alterius. Tunc autem multa sunt casualia absolute et simpliciter. Preterea quod ordinatum est a patre familias evenit sicut frequenter, casuale autem non evenit sicut frequenter sed raro et ideo non debet dici casuale. Item si esset ut ponunt tunc monstruositates et peccata nature evenirent ab ordinatione superiorum et hoc est inconveniens quia ista inferiora vilia respectu illorum non intendunt tale disforme ut sunt monstruositates et peccata nature ergo multo fortius nec superiora cum sint multo nobiliora hoc intendunt. Sed ergo est hoc dicere licet quidam latini hoc dicunt, ut lapidem cadentem interficientem hominem numquam ordinavit deus ut lapis interficeret ipsum hominem, dico non sed bene permisit. Dicendum ergo cum Aristotele casum esse in eis que raro eveniunt et preter intentionem agentis. Et ut decipiam videndum est quid significat casus. Sciendum autem quod casus aliquando sumitur pro casuali sicut dicat homo bonus casus evenit michi, id est bonum casuale, et dicitur casus quoniam non quod evenit a casu sed ipsa per accidens ipsius casualis sive accidentalis que pervenit a causa agente et hec est sua propria significatio casus ergo est causa per accidens casualis. Cum autem plures sint cause per accidens que causa per accidens est casus? Sciendum quod tamen causa agens nescio intendens aliquid, si enim agens sic intenderet nunquam ageret habet provenientiam sive intentionis tunc id est casus et tunc preter intentionis non dicitur casus. Et hoc patet per Aristotelem secundo Physice prima ubi dicit cause agentes per se sunt due scilicet ars et natura. Natura autem est principium in ipso, ars in alio, et adiungit alias causas et dicit cause vero residue scilicet accidentales sunt provenientes aliorum illorum. Ergo quod casus respectu nature et fortuna respectu artis, patet ergo per Aristotelem.

quod casus et fortuna sint provenientes causa agentis. Habet duo facere scilicet facere et intendere. Si enim non facit non est causa agens et si non intendit non agit. Et ideo ambo habet facere scilicet intendere et facere. Casus autem dicitur proveniens intentionis in natura, fortuna autem in arte. Sed opponet aliquis quid est quod dicis quod casus et fortuna proveniant intendere, et dicis si non intenderet non ageret. Dicendum quod agens semper aliquid intendit sed casus et fortuna non dicuntur provenientia intentionis simpliciter sed respectu huius quod sic quia agens potest unum intendere et aliud agere. Patet ergo quod casus potest esse et quod multa possunt esse a casu.

Responsio ad argumenta

— Hiis visis respondendum ad argumenta. Ad primum cum dicitur: nichil habens causam rationalem legitimam et necessariam etc. Dicendum quod causa legitima rationalis et necessaria potest esse dupliciter vel respectu intentionis et actionis insimul et quod tale habet causam non potest esse a casu, vel potest esse causa legitima rationalis necessaria non respectu utriusque sed respectu agere tantum et non intendere et sic talis causa non est per se causa illius sed per accidens et tale per accidens potest esse casuale. Et cum minor ostenditur per hoc nichil est cuius ortum non precessit causa legitima, verum est de causa inducente suum effectum solum, quoniam omne quod est habuit causam legitimam ipsum inducentem sed non ipsum intendentem. Et similiter ad id quod dicitur omne quod gignitur ex causa necessaria gignitur, verum est agente non tamen intendente ipsum et tale potest esse a casu. — Ad secundum cum dicitur omne quod non est sola causa est vere causatum etc. Dicendum quod vere causatum potest esse dupliciter, quia agens habet duo facere scilicet facere et intendere. Potest ergo sic vere causatum referri ad facere tantum et sic verum est quod omne quod non est sola causa est vere causatum, quia omne quod non est sola causa habet veram causam se ipsum inducentem, nichilominus tale potest esse casuale. Secundo sic vere causatum refertur ad intendere vel ad utrumque, sic non est verum quod omne quod non est sola causa est vere causatum, quia aliquid potest esse causatum a vera causa ipsum non intendente et tale potest esse casuale. — Ad tertium cum dicitur causa per accidens reducitur ad causam per se, dicendum quod verum est. Sed non oportet quod reducatur ad causam per se in ipso sed in alio et sic accidentalis que est in casu non habet

reduci ad necessitatem sive per se in ipso sed in alio, scilicet ad causam per se alterius effectus non consecuti quia agens non intendebat illud quod a casu venit sed aliud quod non est consecutum et sic illud quod est a casu habet causam per se ipsum inducentem sed non intendentem. Et casus respectu intentionis est causa per accidens et reducitur ad causam per se in alio. Quod autem per accidens non sit semper reducendum ad per se in eodem patet quoniam dicimus filius videtur per accidens. Ista autem accidentalitas non reducitur ad per se in ipso quoniam dicimus filius numquam videtur per se sed reducitur ad per se in alio scilicet in colore quoniam color videtur per se et sic casus habet reduci ad causam per se non in ipso sed in alio. Et cum dicitur ulterius licet aliquid habeat plures causas per accidens, tamen cum habeat causam per se, nunquam dicitur esse a causa per se. Dicendum quod causa per se accidens dicitur duobus modis. Uno modo dicitur causa per accidens cum agens agit aliquid preter intentionem illius quod agit. Alio modo dicitur per accidens causa quod accidit cause per se sicut dicitur in physicis policletus esse causam statue per se, musicum autem per accidens eo quod accidit policleto quod sit musicus. Causa autem per accidens sic dicta sicut dicit Averroys non facit ad hoc quod sit causatum, sed causa per accidens primo modo dicta dicitur aliquid facere ad hoc quod sit causatum et talis causa per accidens est agens preter intentionem, non dico preter intentionem simpliciter quoniam aliud intendit licet non consequatur sed preter intentionem illius cuius est causa per accidens. Et quod talem habet causam per accidens cum non habeat causam per se ipsum intendentem non debet dici a causa per se sed a causa per accidens. Sed autem quod alio modo dicitur causa per accidens cum id causatum habeat causam per se id intendentem, licet et habeat causas per accidens tamen debet dici a causa per se et non a causa per accidens. — Ad aliud cum dicitur si casus est causa casualis aut ergo propinqua aut remota etc. Dicendum quod casus proprie non dicit causam aliquam sed dicit proprie provenientiam cause quantum ad

sed que formaliter suo nomine significatur ut patet ex prehabitis. Unde dicit privationem in causa prima et est potius causa deficiens quam causa efficiens. Unde non est causa prima quam posita etc. positive dicta sed est causa defective dicta et cum obicitur si non est causa prima tunc casuale habet causam priorem etc. dicendum quod obiectio ac si casus esset causa positiva casualis. Unde ipsum casuale habet causam primam ipsum inducentem sed non intendentem et privationem cause intendentis nominatur casus et ita non est causa intendens positive dicta sed defective et non debet ordinari inter causas efficientes sed deficientes et ideo male queris cum queris si casus non est causa prima quomodo vel ipsum et causa cum cadit causa media vel si est prima causa quomodo ipse casus est in medio inter causatum et causam remotam. Ad aliud cum queritur si casus est causa casualis aut quomodo causa per se aut non dicendum quod casus non est causa proprie eo quod privationem cause dicit ut visum est et ideo non est causa per se aliquorum sed dicit privationem cause per se quam privationem intentionis et cum queris cum casus non sit causa prima quomodo habebit causam aut ista est causalis aut non. Si aliqua causa per se etc. dicendum quod tu queris causam illius quod non est. quia casus cum sit privatio cause intendentis est de genere non entium et tu queris causam non entis. Sicut autem non habet causam efficientem sed deficientem. Simpliciter id in quo est casus habet causam per se ipsum inducentem non tamen intendentem. Ad aliud cum dicitur illud causatum habet causam primam et sua causa causam et sic ulterius quousque devenitur sicut ad primam causam etc. dicendum quod ista ratio non concludit suum propositum scilicet concedendum quod causa illius prima necessario inducat suum causatum non sequitur ideo quod id non sit a casu quia licet habeat causam necessario illud inducentem non tamen intendentem et quod non habet causam intendentem

licet habeat causam ipsum inducentem est a casu ut visum est. Preterea ista ratio vult quod omnia sint ex necessitate quod non est ponendum quia ut non ponitur effectus nisi ponatur sua causa non est necessarium effectum evenire licet ponatur sua causa quia aliquando potest impediri. Sed hic videbitur ingeniis quia posita causa debet poni effectus. Dicendum quod aliquando non oportet quia dicit Aristoteles 2° de generatione quod motus sub obliquo circulo est causa generationis et corruptionis quia adducit et reducit generans. Unde per approximationem eius ad nos est causa generationis per remotionem eius a nobis est causa corruptionis et dicit quod equale debet esse tempus corruptionis tempori generationis quia equale est tempus adductionis solis ad nos et reductionis eius a nobis que sunt cause generationis et corruptionis et dicit postmodum quod aliquando non est equale tempus generationis et corruptionis propter materiam sed hic non est propter materiam. Unde materia quia in se habet per indifferentiam ad hoc quod sit sub hac forma et sub alia. Unde materia est per quod unumquodque potest esse et non esse et ideo materia in se habet inequalitatem sed in ipsa materia sunt agentia contraria quorum utrumque vult expellere reliquum. Unde tempus generationis et corruptionis posset esse equale per motum approximationis et remotionis generantis et sic a parte motus. Sed per agentia contraria potest impediri et sic ponitur ubi causa scilicet approximatio et remotio solis et similiter indifferentia a parte materie non tamen ponitur effectus quia impeditur eo quod contrarium agit in contrarium et resultat inequalitas et sic posita causa potest poni effectus et potest impediri propter contrarium in rebus naturalibus. In rebus autem que sunt a proposito similiter est quia intellectus voluntatis potest velle quod vult et sunt alie sub suo imperio et licet potest velle quod vult non tamen potest facere quod vult quia potest impediri et ideo ubi poni potest causa non tamen ponetur effectus immo potest impediri. Ad aliud cum dicitur causa prima est per se causa

sui effectus etc. quero an loqueris de prima causa in genere an extra genus. Si extra genus cum ipsa causa agat per suam voluntatem et cum eius esse ad ipsum sit contractum non sequitur si causa prima est quod omnia causata sint ex necessitate quia non semper causa prima est quod aliquid aliud est. Si autem loquaris de prima causa in genere cum ut visum est difformiter se potest habere tamen non in eo quod motus sed quod agentium contrariorum non sequitur quod si hec causa est quod de necessitate sit causatum immo causabitur et sic non sequitur quod omnia sint de necessitate. Ad aliud cum dicitur si casuale est aut quomodo est presens aut preteritum aut futurum etc. dicendum quod casuale potest esse presens preteritum et futurum non tamen quod cum sit preteritum sit a casu quamvis tempus est necessarium vel impossibile sed tamen quod id quod preteritum est evenit a casu et accepit suum esse a casu et patet solutio ad obiectum. Similiter presens potest esse a casu non quia cum sit sit a casu sed quia eius esse est a casu et tale presens cum est est necessarium ut bene ostenditur. Non enim suum esse traxit a casu et licet habeat causam in actu non tamen intendebatur sed solum inducebatur et effectus potest impediri. Et patet solutio ad obiecta. Similiter futurum potest evenire a casu et cum obicitur futurum aut est verum aut falsum etc. respondetur sicut contingens futurum quod est verum vel falsum indeterminate et cum obicitur casuale non est in potentia simpliciter indeterminata ad esse vel non esse etc. dicendum quod licet non sit in potentia indeterminata simpliciter tamen potest esse et non esse quia tamen eius esse intendebatur ideo tale futurum potest evenire a casu. Ad aliud cum queritur utrum casuale sit necessarium aut impossibile aut contingens dicendum quod contingens et cum obicitur ipsum est secundum quod ei est natale etc. dicendum quod maior illius rationis potest habere duos sensus scilicet hunc vel quod est secundum quod ei naturale est a casu quia potest esse sensus quod id non est a casu

quod est secundum quod sua natura exigit et sic propositio habet falsitatem quia casuale est secundum quod sua natura exigit quia est non necessarium et non impossibile et non est semper nec nunquam nec frequenter. Sed aliquando est a casu non est ex hoc quod exigit sua natura et tamen est a casu et ideo maior ipsius sententia est falsa vel potest esse sensus quod illud quod est secundum quod sua natura exigit vel secundum quod ei est natale est a casu tale et sic maior est vera quoniam casuale non est casuale a casu nec contingens est contingens a casu quoniam necessarium est casuale nunquam tale quod evenit preter intentionem agentis et ideo casuale non est a casu. Similiter quod est duplex eadem duplicitate. Quoniam ostenditur casum non esse per via superius tacta scilicet per rationem futurorum et est duplex via hic ostendendi. Prima est hec omne futurum de necessitate eveniet omne quod erit est futurum ergo omne quod erit de necessitate eveniet. Vel voluit sic arguatur: nichil quod de necessitate eveniet est a casu sed omne quod erit de necessitate eveniet ut ostensum est ergo nullum quod erit erit a casu et sic casus non est. Ista deductio videtur sufficiens si maior primi sillogismi sit vera et ideo probatur sic cum dico futurum eveniet idem de se ipso predico ut patet quia idem est futurum et quod eveniet quia quod eveniet est futurum et quod est futurum eveniet cum autem idem de se ipso predicatur oratio est necessaria hec ergo est necessaria futurum eveniet vel omne futurum eveniet quando autem propositio est necessaria a propositione in necessitatis ad hoc est vera ergo hec est vera omne futurum de necessitate eveniet. Item Aristoteles libro primo peri hermeneias dicit quando quis vere dicit quoniam hoc erit non potest hoc non fieri vel non fore et si hoc non potest non fore vel si necesse est ipsum fore et si necesse est ipsum fore ipsum non eveniet a casu. De contingentibus ergo verum est dicere quoniam erit illud de necessitate eveniet et non a casu. Quoniam ergo de contingentibus futuris sit verum dicere quoniam erit non erit a casu. Item dato aliquo futuro aut eveniet aut non eveniet. Si eveniet ipsum eventurum esse est verum et si sic

quia hic dicens dicit determinate sic esse et si sic oratio sic dicens dicit determinate sic esse veram. Sed veritas determinata in futuris expollet necessitatem et est necessarium ipsum quod evenire est necessarium non quod a casu eveniet. Si non eveniet quod ipsum non eventurum esse est verum et si veritas determinata expollet necessitatem ipsum non evenire est necessarium et si est necessarium ipsum non evenire impossibile est ipsum evenire quod contingunt; quod tale non est a casu. Alio modo ostenditur quod si non eveniet ipsum evenire est impossibile. Sic si non eveniet ipsum venire est falsum determinate. Sed falsitas determinata in futuris convertitur cum impossibile sicut veritas cum necessitate; ergo si non eveniet impossibile est ipsum evenire, ergo tale non est a casu. Si quod est a casu in futuris et sic sic cum non hic modo presens quam fuerit futurum non evenit a casu. Sed omnia de necessitate; hec autem quod non contingit nisi quando sententias est de futuris contingentibus. — Ad hoc dicitur aliquando quod oratio de futuro neque vera neque falsa est et similiter si dicatur A erit neque verum neque falsum est et similiter si dicatur A non erit. Et hec opinio videtur confirmari per rationes hic. Sicut res se habet ad esse et non esse et oratio se habet ad veritatem et falsitatem. Sed res de futuro contingentes neque se habent ad esse neque ad non esse, ergo oratio de futuro neque se habet ad veritatem neque ad falsitatem. — Item certum quod res est vel non est, est causa quod vera vel falsa. Sed res de futuro neque est neque non est, ergo oratio de futuro neque vera est neque falsa. — Sed ista opinio videtur esse reprobata ab Aristotele libro primo Physicorum ibi de vero quam necesse est verum non contingit dicere. Rationes et hec quod sic quando una est hec. Si nulla oratio de futuro est vera vel falsa, tunc omnis propositio dicens orationem de futuro esse veram est falsa quod dicit illud esse verum quod non est verum. Si omnis propositio de futuro dicit aliquid de futuro esse verum ergo omnis de futuro est falsa. Probatio assumpti: omnis oratio indicativa est affirmativa vel negativa; sed omnis talis de futuro est oratio indicativa, ergo est affirmativa vel negativa et sic dicit se ipsam esse veram. — Item si oratio de futuro neque vera neque falsa est, ergo non est falsa quia copulativa

opinio

Rationes contra opinionem

constat ex suis partibus. Sed si non est falsa cum sit propositio ipsa est vera quod vera et falsa sunt contraria immediata circa propositionem quorum necesse est alterum inesse cuilibet propositioni, ergo non est verum quod neque vera neque falsa est. — Item si A erit A fore est verum. Sed A fore per istam positionem neque verum neque falsum est, ergo tunc idem consequens quod dicit A fore est verum est falsum ergo cum falsum non sequitur nisi ex falso et antecedens erit falsum scilicet A erit, et tu non potes negare quin ista de presenti scilicet A fore est habet veritatem vel falsitatem determinatam cum sit de presenti ut ostensum est et suum antecedens erit falsum scilicet hec A erit non ergo est dicere quod oratio de futuro contingenti neque vera neque falsa est. — Propter hoc est alia positio que ponit omnem propositionem de contingenti esse impossibilem quia cum dico A erit significo veritatem determinatam in futuris. Sed veritas determinata in futuris convertitur cum necessitate et est necessitas per Boetium et Aristotelem. Et si sic significo tale de necessitate evenire, et si significo hoc de necessitate evenire cum hec sit contingens oratio per quam hoc factio est impossibilis ergo ut ponitur omnis oratio de futuro contingenti est impossibilis per quam significo quod contingens eveniet quia de necessitate evenire patet per simile in presenti ut si verum sic Sortem sedere quia tamen est contingens verum hoc est impossibile Sortem necessario sedere tamen dicitur quod est ibi et hoc confirmatur per Boetium dicentem in commento super librum Peryarmenias aliquis dicit cras erit navale bellum et necesse eveniens predicat quod si evenerit non tamen verum dixit hic predicans et quod contingenter evenit necessario eventurum predicat. Verum non est in rei eventu sed in predicationis falsitas invenitur. Sic ergo hoc navale bellum erit licet eveniet quia tamen per ipsam orationem dicitur quod de necessitate eveniet falsum est et impossibilis quia licet contingat quod sit non tamen ex necessitate eveniet quod tamen denotatur per modum predicandi et ideo impossibilis. — Item dicit et Boetius qui dicit certum hoc erit quandam necessitatem in ipso ponit et qui dicit forte mentitur non quia hoc non eveniet sed propter modum predicationis. Cum ergo modus predicandi in orationibus de futuro contingenti de-

notet illam rem fore venturam de necessitate que tamen est contingens et si eveniet contingenter eveniet manifestum est quod omnes orationes de futuro contingenti sunt impossibiles. — Sed et ostenditur per rationes prima est si determinata veritas et necessitas convertuntur in futuris ergo qui dicit aliquam orationem de futuro si dicit determinatam veritatem dicit et necessitatem. Sed simpliciter proferens orationem de futuro si dicit determinatam veritatem dicit et necessitatem. Sed simpliciter proferens orationem de futuro dicit determinatam veritatem quam oratio indicativa est affirmativa vel negativa ergo dicit necessitatem. Ergo simpliciter proferens orationem de futuro dicit eam esse necessariam. Et si res de necessitate eveniet propositio hoc denotans est necessaria et vera. Si autem res de necessitate non eveniet propositio de futuro predicans eam de necessitate eventuram est impossibilis; ergo omnis oratio de futuro nisi sit necessaria est impossibilis; ergo orationes de futuro contingentia sunt impossibiles. — Item omnis oratio dicens aliter quam sit in re falsa est. Sed omnis de futuro contingentia dicit aliter quam sit in re, ergo omnis de futuro contingenti est falsa et si falsa sic de necessitate est impossibilis ergo omnis de futuro contingenti est impossibilis. Minor ostenditur quia propositio de futuro dicit determinate rem fore si sit affirmativa et non fore si sit negativa et ita determinat se ad esse determinate vel ad non esse determinate. Sed res non magis se habet ad esse quam ad non esse immo indifferenter ad utrumque cum sit contingens, ergo propositio de futuro contingenti dicit aliter quam sit in re. — Item accipiamus aliquod futurum contingens ut A erit. Si modo est verum dicere A erit et heri fuit verum dicere A erit et similiter ante millesimum annum fuit verum dicere per Aristotelem et similiter ab eterno. Et si sic tunc eius veritas non est inchoata sed veritas non inchoata est necessitas et si sic tunc hec A erit est necessaria quam res potest impedire ne eveniat. Oratio autem determinate pretendit veritatem et necessitatem ut visum est ergo ipsa est impossibilis. — Item si hec A erit habet veritatem aut ergo permutabilem aut impermutabilem. Si impermutabilem cum illud quod habet veritatem impermutabilem sit necessarium

tunc hec est necessaria A erit. Sed positum est quod est contingens ergo non habet veritatem impermutabilem; permutabilem ergo. Si autem sic est ponamus quod permutetur. Tunc arguo: sed ut positum est habet veritatem permutabilem ergo habet veritatem et si sic tunc verum est dicere A erit et semper ante verum fuit dicere A erit. Sed positum est quod veritas sua est permutata ergo verum est dicere modo A non erit. Si modo est verum dicere semper ante fuit verum dicere quod A non erit per Aristotelem contra eum si est verum nunc futurum et semper ante fuit verum et in millesimum annum ergo semper fuit verum dicere A erit et A non erit quod est impossibile cum sint contradictorie neque hoc impossibile sequitur propter positionem quia positio possibilis est scilicet hec habet veritatem permutabilem possibile est quod permutetur et si est possibile bene potest poni in esse; posito autem in esse non accidit propter ipsum impossibile. Ergo propter positionem non accidit illud impossibile ergo propter orationem ergo ipsa est impossibilis. Ratio huius quod est habere veritatem impossibile est ergo oratio de futuro contingenti. — Ad hoc ostenditur quod non habet veritatem permutabilem et si sic autem est necessaria futura de contingenti aut impossibilis non necessaria ergo impossibilis ostenditur. Sic non permutatur quod est quod autem futurum est non est ergo rem futuram non possibile est permutari et si veritas omnis mutatur ad mutationem rei et non mutatur nisi re mutata. Res autem futuri non potest permutari ut ostensum est ergo oratio de futuro omnis habet veritatem impermutabilem ergo ut prius. — Oppositum ostenditur per Aristotelem quia Aristoteles concedit istam navale bellum fore vel non fore cras. Sed si neutrum posset esse possibile tunc hec non esset concedenda ergo non est verum quod omnes de futuro sunt impossibiles quia ista quam concedit Aristoteles non esset vera nisi altera pars eius esset vera. — Item ipse concedit hanc futurus quis incedere non incedet concedit ergo orationem de futuro affirmativam veram esse et similiter negativam quam necessarium est de futuro ergo per Aristotelem orationes de futuro contingentia non sunt impossibiles. — Iterum ostenditur rationes prima sed sicut in contingentibus de futuro non est determinata veritas sic nec est in eis determinata falsitas ergo in eis non est impossibilitas ergo non sunt impossibiles. — Item

oppositum

39

ar. intendit dare differentiam veritatis siue determinationis
propositionum de contingenti presentis et futuri. in illo
capitulo: In singularibus et futuris. Si propositiones
de futuro essent impossibiles tunc non haberent
differentiam veritatis ab hiis de presenti. quoniam
non essent vere relinquitur ergo quod non sunt impossibiles.
— Item si propositiones de futuro essent impossibiles esset
hec impossibilis sor movebitur sed sequitur si
sor movetur movebitur et movebatur. sed hec est
possibilis sor movetur. si ergo hec est impossibilis sor
movebitur impossibile sequeretur ad possibile quod
est impossibile relinquitur ergo quod hec non est impossibilis
sor movebitur ergo orationes de futuro contin-
genti non sunt impossibiles. — Ad primum dicendum
casum et fortunam esse. — Ad obiecta sophismatis dicendum. ad
primum cum dicitur omne futurum de neces-
sitate eveniet etc. Dicendum quod hec maior omne
futurum eveniet duas importat compositiones
unam videlicet implicationis et aliam
principalem. cum enim dico futurum dico
contractum ex accidente et albo. et cum hoc quod est
futurum refertur ad predicatum tunc ap-
te sibi implicatur futuritio in aliqua re et est
compositio futuritionis cum illa re et hec compositio
non est compositio principalis ipsius orationis
sed implicationis sed aut quod hec tota implica-
tio loco unius sibi refertur ad predicatum
tunc est ibi alia compositio scilicet predicati cum ipso
et hec est compositio principalis. sunt ergo ibi due
compositiones prima implicationis et illa est
contingens. secunda principalis et illa est necessaria
quoniam in illa idem predicatur de se et est si-
mile cum dico album est album. Ali-
quid enim apte sibi positum unam habet compositionem
in se. quoniam ipsum est contractum et est ibi compositio
huius forme que est albedo cum illa et est idem
quod res alba sed quod res alba refertur ad aliquod
predicatum. quando sic implicatur aliquid esse al-
bum est ergo in compositione implicationis et est contin-
gens quoniam accidit rei quod disponatur albe-
dine et est ibi compositio principalis cum
contracto et illa est necessaria quoniam idem de se predi-
catur et recte simile est in proposito. cum ergo

dicitur omne futurum de necessitate eveniet
dicendum quod ista est falsa et cum probatur nulla determinatio
idem predicatur de se ergo est necessaria quod modi-
ficata etc. Dicendum quod ratione principalis compositionis idem
predicatur de se et ratione huius compositionis est neces-
saria. sed ratione implicationis est contingens ut
visum est et ideo non sequitur quod modificata
modo necessitatis est vera immo potius falsa. quoniam
referendo de necessitate ad principalem compositionem sic
est oratio necessaria et referendo ad implicationem
que est contingens non est necessaria immo ma-
gis impossibilis et sic patet quod non semper quando idem
predicatur de se est oratio necessaria ut quando ali-
qua implicatio cadit in illo ut hec album
de necessitate est album cum non sit necessaria
nisi ex suppositione si aliquid est album et necessitas
ex suppositione non est necessitas simpliciter. similiter
dixit quidam quod hec maior omne futurum
etc. potest esse de re vel de dicto. si de re ipsa est
falsa si de dicto ut dicatur de dicto cum est
de re sub tali dispositione ut sub futuritione sic
est vera et sic futurum necesse erit inquantum fu-
turum. Ad hunc dato quod sit verum argumentum
hoc deficit procedit enim argumentum per mixti-
onem necessarii et inesse in prima figura habens enim
maiorem de necesse minorem de inesse et vult
concludere conclusionem de necesse. Ad hoc autem quod talis
mixtio valeat oportet quod maius de necesse non solum
quod sumitur minorem de inesse sed de inesse simpliciter.
quando enim sumitur de inesse ut nunc non sequitur
conclusio de necesse sed de inesse ista patent ex libro
priorum. cum ergo in proposito minor sit de inesse ut
nunc quoniam dicitur omne quod erit etc. intel-
ligitur de eo quod erit contingenter et sic minor
est de inesse ut nunc quoniam potest accipi cum
modo contingentie sic. omne quod erit contingen-
ter contingenter est futurum et sic intelligitur
minor. vel aliter tunc propositum esset de inesse ut
nunc propter de inesse simpliciter licet maior conce-
datur non sequeretur conclusio de necesse sed de inesse.
minor est hec omne quod erit est futurum
et est de inesse ut nunc quoniam accidit ei quod
erit ut a. quod sit futurum et ideo non sequitur

conclusio de necesse sed de inesse et similiter maior est falsa.
— Ad aliud cum dicitur per aristotelem quod quamquis
verum dicit quando hoc erit non potest hoc non fore etc.
Dicendum quod absolute loquendo non sequitur si aliquis verum dicit
quando hoc erit non potest hoc non fore et istud patet
nec vult aristoteles quod sequatur absolute loquendo sed arguit
ex quadam suppositione accepta a contradicentibus
que est quod eodem modo est veritas determina-
ta in illis de futuro sicut in illis de presenti
qua ypothesi habita bona est sua consequentia.
sicut enim sequitur de necessitate si aliquis vel quando
aliquis verum dicit hoc est ipsum non potest non esse
sic habita illa ypothesi sequitur incipere sequitur
si verum dicit quando hoc erit non potest hoc non fore et
sic arguit aristoteles. — Ad aliud cum dicitur de
aliquo futuro aut eveniet aut non e-
veniet etc. Dicendum quod quodam eveniet quodam
non et cum opponitur ipsum eventum non esse
verum dicendum quod verum est et oratio dicens quando erit verum
est et cum dicitur ulterius si verum est istud fore
eventurum tunc oratio dicens hoc dicit determina-
te se esse verum dicendum quod hic est peccatum quoniam multiplex est
secundum compositionem et divisionem. cum enim dico oratio dicit deter-
minate se esse verum ibi sunt duo determina-
bilia scilicet duo verba scilicet dicit et esse. in autem utroque
est determinatio determinate potest inter duo
verba potest ergo determinare primum vel secundum si deter-
minet primum scilicet hoc quod est dicit sic oratio est vera et est
sensus oratio dicit determinate se esse verum et sic
non sequitur ulterius quod determinatam habet veri-
tatem. si autem determinet hoc quod est esse sic sic
est falsa et est sensus oratio dicit se esse verum de-
terminate quod falsum est quoniam indeterminate est vera et
ista veritas in futuro non convertitur cum necessi-
tate sed veritas determinata convertitur cum necessi-
tate videndum est ergo quid appellatur veritas
determinata in futuro et quid veritas inde-
terminata dicitur ergo ut communiter appellatur veritas
determinata tamen scire nunc in quod id quod nos sci-
mus fore venturum sic veritatem determinatam
et similiter de veritate indeterminata et hoc quod
non. quia si sic esset tunc quedam presentia non
haberent veritatem determinatam eo quod non

cadunt sub apprehensione hominis quod tamen falsum est ut astra
esse paria vel imparia. si ergo dicatur quod veritas determi-
nata est respectu indeterminata respectu scire nunc et
determinatum est apud unum verum alterum sunt
paria. sed hoc nichil est quoniam determinatio talis ve-
ritatis non potest esse in contingentibus de futuro
quoniam indeterminatum est natura utrum ista res
eveniet vel non. si ergo dicatur quod determinata ve-
ritas est per distinctionem a falsitate ut verum appel-
letur futurum contingens quod eveniet et non
est ei annexa falsitas hoc non sufficit quoniam omnis
veritas futuri contingentis cum distincta sit a
falsitate sibi opposita esset veritas determinata
quod falsum est. sed est veritas determinata in futuris
veritas in qua non relinquitur possibilitas ad falsitatem
in eodem respectu eiusdem temporis et hec veritas in futuris
convertitur cum necessitate et tali veritate determina-
ta non est oratio de futuro contingenti. est sed verita-
te indeterminata et est veritas indeterminata quando
tamen hec quod est veritas relinquitur post hanc possi-
bilitas ad eius falsitatem respectu eiusdem temporis
et hec veritas est in omnibus contingentibus de fu-
turo verum licet aliquis sciret que pars contradictionis
eveniet in contingentibus de futuro tamen illa
pars non fit vera nec necessaria quoniam posset impe-
diri licet non impediretur sciret istud fore
verum sed non veritate determinata quoniam illa in futuris
convertitur cum necessitate ut dictum est et istud fu-
turum non eveniet de necessitate sed contingen-
ter et ideo dictum est quod absolute loquendo non valet
consequentia aristotelis hec scilicet quando quis verum dicit quando hoc erit non
potest non fore sed per ypothesim valet. visum
est ergo quid sit veritas determinata et quid
indeterminata et patet sed differt veritas in oratio-
ne de presenti et de futuro in contingentibus. quoniam
in oratione de presenti est veritas determinata
quoniam ibi est veritas ita quod non est ibi possibilitas
ad falsitatem eius respectu eiusdem temporis in fu-
turis autem de contingenti est veritas indetermi-
nata quoniam ibi cum veritate relinquitur pos-
sibilitas ad eius falsitatem respectu eiusdem temporis
non ergo appello veritatem determinatam quod ego scio
quia licet sciam tamen potest impediri et ideo non est

Solutio

veritas determinata vel quia oratio dicat determinate se esse
veram quando enim falsa fuit adhuc determinate dicit
se esse veram nec propter distinctionem veritatis a
suo opposito quia omnis veritas sive determinata
sive indeterminata distincta est a falsitate sibi
opposita secundum rem nec quia sub disiunctione sit ve-
ritas quia et aliquando sit altera pars contradictionis est
vera sed quia nescio que sit illa ideo non concedo a-
liquam nisi sub disiunctione et si scirem que esset vera
deberem eam concedere nec est aliud nisi determi-
natio que pars erit vera cum esse[?] se habeant
ad esse sed appello veritatem determinatam ut
visum est et indeterminatam similiter appellatur
autem falsitas determinata eodem modo et in-
determinata per dicta patet solutio aliarum adduc-
tarum sub argumenti. De opinione prima

Responsio opinioni[?]

que ponit quod necesse[?] sit contradictionis in futuris
contingentibus sit vera credo quod non valet quia
in contradictione necesse est unam partem esse veram
et alteram falsam. Ad primum obiectum cum di-

Responsio ad aliud[?]

citur sicut res se habet ad esse et non esse ita
oratio ad veritatem et falsitatem et cetera dicendum quod verum
est et licet res de futuro non se habet ad esse vel non
esse actualiter tamen se habet ad futuritionem et oratio
dicit illam rem futuram esse et res se habet ad
esse vel non esse pro futuro et cum dicitur sicut
se habet res et cetera non intelligitur quod semper oporteat
esse rem actualiter ad hoc quod oratio sit vera sed oportet esse
convenientiam rei ad rem vel hoc sub presenti tem-
pore vel sub preterito vel sub futuro. Ad
aliud similiter cum dicitur quod eo quod res est vel
non est et cetera dicendum quod non oportet semper rem actualiter
esse ad hoc quod oratio sit vera sed oportet convenientiam esse rei
ad rem pro quo oratio pretendit et hoc potest esse pro presen-
tis preteriti et futuri cum ergo dicitur ex eo
quod res est et cetera est ibi debet sumi sub confu-
sione ad fuit et erit et est vel ad non fuit
non erit non est. De alia opinione que

Responsio opinioni[?]

ponit omnem orationem de futuro contingen-
ti esse impossibilem credo quod non valet nec oratio
de futuro dicit se esse veram determinate sed de-
terminate dicit se esse veram ut visum est
et ideo male ponunt qui ponunt quod simpliciter

impossibiles quia per Aristotelem sunt possibiles. Ad obiecta solvendo[?]
et primo ad auctoritatem Boetii dicendum quod Boetius illud

Bo ad[?]

quod dicit non dicit asserendo sed supponen-
do eandem propositionem quam supposuit Aristoteles scilicet hanc
quod eodem modo est veritas determinata in illis
de futuro contingenti et de presenti et sic non
intelligit quod idem sit dicere a erit et a de
necessitate erit quia non est similis veritas
in futuris et presentibus sed supposita propositione idem
erit dicere quod hoc a erit habebit veritatem de-
terminatam. Ad primam rationem cum dicitur
simpliciter presens orationem de futuro dicit determi-
natam veritatem et cetera dicendum quod falsum est quia non dicit
veritatem determinatam sed determinate
dicit veritatem. Unde in ea non est determinata
veritas ut visum est cum altera pars pos-
sit evenire sed altera tamen eveniet et qualibet
potest evenire et ideo est veritas indeterminata
et si sciremus que eveniet deberemus eam
concedere quando est vera sed non determinate et cum
ostenditur quod habet veritatem determinatam
quia est affirmativa sive de dicto patet quod non valet
quia sequitur quod dicat determinate se esse veram et
non sequitur quod dicit se esse veram determinate.
Ad aliam cum dicitur oratio dicens aliquid
esse sic in re et cetera dicendum quod minor illius rationis
falsa est hoc scilicet omnis oratio de futuro contingenti
dicit aliquid esse sic in re et ideo non sequitur
conclusio et tamen probatur minor sic oratio de futuro
dicit determinate rem fore ista est duplex ut
visum est potest enim li determinate referri ad di-
ctum et sic verum est quod determinate dicit suam rem fo-
re sed non dicit rem fore determinate et in non
determinat se ad esse et licet talis oratio in-
differenter dicat se ipsam esse veram quia tamen non di-
cit se esse veram determinate non sequitur quod sit im-
possibilis si autem referatur ad esse verum sic est falsum ut
prius visum est. Ad aliud cum dicitur
si accipiamus aliquod futurum eius veritas
non est initiata et cetera dicendum quod non sequitur
sicut eius veritas non est initiata quod oratio est
necessaria quia licet semper fuit verum dicere quod hoc fu-
turum erit tamen quia semper cum hoc quod habuit ve-

tatem huius pos

ritatem huius possibilitatem ad eius falsitatem
pro eodem tempore non sequitur quod propositio sit
necessaria nec vere determinate sed indeterminate vera
si a erit etiam semper verum fuit dicere quando a
erit et sua veritas non est initiata et tamen non
est determinata veritas nec necessitas. Ad
aliud cum dicitur si hoc a erit habet veritatem
aut ergo permutabilem aut impermutabilem et cetera dicendum quod habet ve-
ritatem permutabilem sicut oratio de futuro
contingenti et cum opponitur sic habet veritatem
permutabilem ergo veritate vera est ergo semper fuit verum
dicere a erit verum est et cum dicitur velud habet
veritatem permutabilem ergo potest permutari verum est
ponamus ergo quod permutetur tunc illud sit
possibile dicendum quod licet illa positio in se sit possibilis
ut ostenditur tamen ipsa est impossibilis pro tempore
eo quod prima ponit istam a erit habere veri-
tatem permutabilem tamen secunda ponit ipsam
habere falsitatem pro eodem tempore et ideo iste
positiones sunt impossibiles non est mirum si se-
quatur inconveniens. Unde ista positio non habet
poni non quia non sit possibilis sed quia est pro tempore in-
compossibilis et inconveniens non accidit propter positum
in se quia ipsa est possibilis sed propter impossibili-
tatem positorum accidit contradictio et est simile
ponamus quod Sortes currat hoc est possibile si ponamus
iterum Sortem non currere hoc et est in se possibilis
sed impossibile est hoc positio pro tempore sic est id est Unde quia
ibi posito uno alterum est ei impossibile ideo
non valet id. Ad aliud cum dicitur non
permutatur nisi quia est et cetera dicendum quod idem pro idem quod non est
esse potest et ita potest esse permutabile. Quoniam osten-
ditur casum et fortunam non esse tertia via
superius tacta scilicet per causas superiores et sunt

q°

aliquando ista via a fato aliquando ab ordinatione
universi aliquando a prima causa dimittamus ad pre-
sens illam viam a fato quoniam postius ha-
betur ab ordinatione universi ostenditur
casus et fortuna non esse primo methaphysice
in principio de Aristoteles motor autem rerum ordinatarum
est tertia determinatarum sicut sunt plante et
genitura et generatio et nive[?] et que sunt eis
similia in alterationibus suis et suis mutatio-

nibus est factus ex rebus superioribus et que faciunt
per ipsa mutationes. Unde ergo in Aristotele quod ea que
sunt facta in inferioribus sunt facta a superiori-
bus. Item viii phisicorum dicit motus su-
periorum est motus principalis celi etc. et causa omnium
inferiorum. Item in libro de generatione dicit
similiter ordo talis[?] infima et productus sit
in hiis inferioribus per allationem solis in
obliquo circulo. Habeo ergo per Aristotelem quod omnia que
fiunt in hiis inferioribus fiunt ab ordinatio-
ne corporum superiorum sed nulla talia sunt
a casu nec a fortuna ergo nichil est a casu ergo
casus non est. Item ubi non potest aliquis
casus evenire respectu principalis agentis in
operatione aliqua ibi non potest aliquid esse opera-
tum a casu sed in operatione horum inferiorum facta non
potest aliquis casus evenire respectu principalis
agentis ergo idem est horum inferiorum operatum a casu.
Maior patet minor declaratur sic in operati-
one horum inferiorum facta agentia inferiora non
sunt principalia agentia quoniam non agunt nisi
per influentiam corporum superiorum ergo corpora superiora
sunt principaliora in ista operatione sed ista non
agunt nisi per influentiam receptam a primo
motore primus ergo motor maxime princi-
palis est in ista operatione sed respectu illius non potest
aliquis casus evenire ergo et cetera quia ipse presciat
providet et preordinat omnia. Et ex hoc
sequitur difficultas ad illud argumentum id est sic
omne prescitum fore a prima causa de necessitate
eveniet omne futurum est prescitum fore
a prima causa ergo et cetera. Minor patet maior ostendi-
tur quoniam non possunt simul stare iste a
est prescitum fore a prima causa et potest non
evenire quoniam si potest non evenire ponatur
quod non eveniet sed iste non stant simul a est
prescitum a causa prima et a non eveniet
quoniam sic falleretur deus in sua provisione
et scientia quod non est possibile ergo quod prescit deus ne-
cessario eveniet vel sic non stant simul
a est prescitum a causa prima et non eveni-
et ergo oppositum sequitur scilicet est prescitum
ergo eveniet. Item idem ostenditur quia

te sive praedestinationis sic omne praedestinatum a causa prima de necessitate eveniet. omne futurum est huiusmodi ergo etc. et est eadem probatio praemissae quae prius. — Item a. sit aliquod futurum contingens. unde arguitur sic. a. est praescitum a causa prima ergo de necessitate eveniet. minor est bona ut patet per praedicta. et tunc arguitur ulterius antecedens est necessarium ergo consequens est necessarium quia sicut ex vero non sequitur falsum sic ex necessario non sequitur non necessarium. quod autem antecedens sit necessarium ostenditur sic. si a. est praescitum a causa prima non potest non esse praescitum a causa prima quia in omnibus de praesenti est veritas determinata et ideo in eis non est possibilitas ad utrumque respectu eiusdem temporis quia esse quod est quando est etc. sed ista est de praesenti a. est praescitum a prima causa et est vera ergo non potest non esse vera et a. non potest non esse praescitum a causa prima et ita est necessarium. — Item si scit a. et potest non scire a. in eo est variatio possibilis quod cum sit prima immutabilis est quod sed est necessaria deus scit a. — Item si scit a. et simul cum hoc potest non scire a. cum in eo est potentia ad illum actum non scire a. quando hoc potest non scire a. dicitur potentia respectu illius actus non scit a. actus autem generatus huic potentiae posterior est ipsa potentia quod concedis ergo potentia esse ante actum in primo sed in nono metaphysicae quaecumque habent potentiam ante actum est generale et corruptibile ergo primum est generale et corruptibile quod cum sit impossibile sequitur quod si scit a. quod non potest non scire a. et ita antecedens ad hoc est necessarium. — Item in perpetuis non differt esse et posse. si ergo primum sciens a. potest scire a. non scit a. et prius datum est quod scit a. ergo scit a. et non scit a. quod est impossibile. — Item causa prima scit a. et concedis quod potest non scire a. ergo causa prima sciens a. est potens non scire a. sed hoc est impossibile scilicet quod causa prima et maior vera scilicet quod causa prima scit a. ergo minor impossibilis scilicet quod causa prima potest non scire. relinquitur ergo quod antecedens est necessarium hoc scilicet causa prima scit a. sed si scit a.

de necessitate eveniet quia si non eveniret sciret falsum quia tunc a. fore esset falsum. Item sequitur quod falleretur et erraret in sua scientia sed autem est impossibile. non potest ergo concedi quod primum scit a. scilicet antecedens et negari a. fore quod est consequens. — Item tertia via arguitur ad idem a parte scilicet suae voluntatis sic. si a. erit prima causa vult a. fore quia non stant simul a. fore et ipsum non velle quia non potest fieri contra suam voluntatem. sequitur ergo si a. erit ipse vult a. fore et si vult a. fore a. non potest non fore quia oppositum consequentis non potest stare cum antecedente scilicet quod velit a. fore et a. possit non fore quia nihil potest accidere contra suam voluntatem. sequitur ergo si vult a. fore a. non potest non fore et si non potest non fore sequitur quod de necessitate eveniet. sequitur ergo a primo ad ultimum si a. erit necesse est a. fore et sic in aliis de futuris. ulterius non potest esse casus sed omnia de necessitate eveniunt. — Item secundum boetium V° de consolatione philosophiae duo sunt quae inducunt caliginem in hac materia et duo errores. primum quod inducit caliginem est quod omnia futura sunt praesentia aspectui dei quia sicut ego video rem praesentem et ipsa cadit sub visione mea sic omnia futura cadunt sub aspectu causae primae. secundum est quod quicquid scit prima causa infallibiliter scit. ex quo sic arguitur. si visum praesentialiter non potest non esse tunc quod cadit sub iudicio visus praesentialiter non potest non esse et de necessitate est. sed omnia futura cadunt sub iudicio visus primae causae praesentialiter ergo omnia futura de necessitate evenient. — Ex secundo sic arguitur omnia infallibiliter scit et si aliter evenirent quam ipse scit tunc falleretur in sua scientia quod non est ponendum ergo omnia evenient sicut scit et ita de necessitate omnia. — Ex his acceperunt gentiles antiqui opiniones quibus dixerunt omnia de necessitate evenire et illas tenent adhuc multi laici sed haec et secundum catholicam veritatem non est ita

immo multa eveniunt a casu et fortuna quibus possent occurrere alias enim non oporteret consiliari nec negociari in rebus humanis etc. similiter homo non posset mereri quia nihil esset voluntarium quia omne meritorium est voluntarium et solum voluntarium est meritorium. sed secundum istam positionem voluntarium est de necessitate et quod de necessitate evenit est violentum, quod cum sit contra fidem dicendum est quod multa sunt a casu et fortuna et a voluntate et non omnia de necessitate. — Ad primum obiectum cum dicitur quod corpora superiora sunt causae istorum inferiorum etc. dicendum quod superiora causalitatem habent in his inferioribus et sunt causae universales non diminuentes ad talem finem per se et propter hanc operationem vel ad talem sed per accidens. unde verum est quod nihil producitur etc. in inferioribus a causis superioribus nisi hoc est mediantibus causis inferioribus quia superiora non movent ad aliquid hic inferius immediate sed mediantibus agentibus particularibus ut qualitatibus elementaribus habentibus contrarietatem et quia huius contrarietatis ideo possibile est causas superiores impediri in suis operationibus impedimento autem contingente frustratur ista actio a suo fine et tunc si aliquid evenit illud est a casu et hoc apparebit melius quando loquemur de fato. sic ergo superiora non habent necessitatem in his inferioribus et non agunt in eis nisi per actiones et per aliud et ideo dicit ptholomeus quod superiora agunt in his inferioribus per actiones quando per qualitates elementares et quia huius contrarietatis possunt impedire operationes superiorum. — Ad secundum cum dicitur ubi non potest aliquis casus evenire respectu principalis agentis in aliquo potest etc. dicendum quod causa prima quaedam facit se ipsa, facit quaedam sed ministerio naturae vel artis. unde quaecumque facit natura causa prima facit quia natura sibi hoc virtute quae data est ei a causa prima et ideo cum naturaliter dicitur natura facit sed non deficit causae primae quia quicquid potest facere natura sic et causa prima. et est simile de domino aliquo et suo ballivo quia quaedam facit ille dominus se ipso statim. quaedam sed ministerio sui ballivi et quod facit ballivus

[Margin: non ergo est nullum voluntarium esse meritorium quod cum]

ivus facit potestate sibi concessa a suo domino. nunc autem ea quae fiunt ex speciali mandato domini et statim a se ipso sicut dominus potens fuerit non possunt non evenire. cum autem praestatur domini suo ballivo committuntur esse potest inde quod iste ballivus impediri. eodem modo est in proposito quod causa prima immediate agit vel facit vel operatur se ipso vel de suo mandato speciali sed non potest impediri unde si videbit quod eternus videat necesse est ipsum videre et in talibus non potest esse casus sed cum commisit naturae et arti suam operationem possibile autem est artem et naturam impediri in suis operationibus et sic potest aliquid evenire a casu vel fortuna. quia licet prima causa sit agens principale tamen non est immediatum agens et sic respectu principalis agentis potest aliquid evenire a casu. — Ad aliud cum dicitur omne praescitum a causa prima de necessitate eveniet etc. respondetur uno modo sic quod quia conclusio non erit a praemissis sed virtute maioris propositionis dicitur quod conclusio non sequitur nisi cum reduplicatione ibi maioris propositionis in suo consequente sic omne praescitum a causa prima de necessitate eveniet sed omne futurum est huiusmodi ergo omne futurum inquantum praescitum a causa prima de necessitate eveniet et dicitur quod sic sequitur conclusio sed si sic inferatur sine reduplicatione ibi maioris propositionis in suo consequente dicitur ut si sic dicatur ergo a. de necessitate eveniet vel omne futurum de necessitate dicitur quod non sequitur conclusio sed est paralogismus secundum quid et simpliciter ex omissione determinationis ibi maioris propositionis in suo consequente. sed istam solutionem non reprobo nec multum eam approbo quia secundum aristotelem primo priorum in mixtione necessarii et inesse non est necesse determinationem ibi maioris propositionis reduplicare in suo consequente quia hoc non docet sed docet simpliciter inferre conclusionem. ideo aliter dicitur sic quod duplex est necessitas una quando praedicatum inest subiecto et non potest non inesse sive subiectum sit sive non sit et haec est necessitas simpliciter et hoc modo est haec necessaria homo est animal quia sive homo

sit siue non sit semper est verum dicere homo est animal. Alia est necessitas non simpliciter sed cum suppositione et est quando predicatum inest suo subiecto existente ut caliditas inest igni si sit ignis et isto modo est hec necessaria ignis est calidus scilicet ex suppositione si ignis sit et similiter hec homo est risibilis. Tertio modo est necessitas quando predicatum inest suo subiecto non simpliciter nec ex tali suppositione sed ex quadam conditione siue reduplicatione predicatur et hoc modo est necessaria sortes currit necessario dum currit. Dicitur ergo quod in mixtione necessarii et inesse non sequitur conclusio de necessario nisi maior sit necessaria primo modo necessitatis et ideo dicitur quod si in maiori accipiatur necessitas conditionata siue cum reduplicatione uel necessitas cum suppositione et inferatur conclusio de necessitate absoluta non sequitur conclusio quia concluditur necessitas absoluta ex necessitate non absoluta quod non contingit ut non sequitur sortes currit necessario dum currit ergo necesse est sortem necessario moueri uel de hoc in igni dum est est necessario calidus sed est ignis ergo hoc est necessario calidum non sequitur ut dicitur et ideo dicitur quod in tali mixtione oportet accipere propositionem necessariam primo modo necessitatis sed in proposito ut dicitur sumitur necessitas non simpliciter sed conditionata ut cum dicitur omne presciturum etc. in quo non autem infertur necessitas simpliciter siue absoluta et ideo dicitur quod non tenet illatio. Aliter potest responderi scilicet quod maior falsa est hec scilicet omne presciturum a causa prima de necessitate eueniet et ideo hec est quia sua prescientia necessitatem non imponit rebus. cum enim causa prima sciat aliquod futurum contingens sicut scit ipsum esse futurum sic et scit ipsum esse contingens et scit ipsum non necessario euenturum sed contingenter futurum alioquin falleretur causa prima in sua prescientia. si enim aliud futurum eueniet contingenter et causa prima sciret ipsum fore euenturum necessario et non contingenter: presciret aliter quam erit et ita falleretur in sua prescientia quod non est possibile. scit ergo futurum tale non necessario futurum sed contingenter quod contingenter eueniet sua ergo prescientia non facit illam rem necessariam nec in aliquo ipsam ligat. Stante ergo ista

duo simul scilicet hoc est presciturum a causa prima et non de necessitate eueniet. eo quod non est presciturum ab eo de necessitate euenire sed contingenter. Aliter arguitur ad philosophum hec scilicet quod non possunt stare simul quia si non necesse est illud euenire possibile est ipsum non euenire et si sic possibile est ipsum non euenire ponatur quod non eueniet et tunc et tunc falletur prima causa in sua prescientia. dicitur quod prima causa non fallitur in sua prescientia quia si hoc futurum eueniet prima causa presciuit hoc fore uenturum per contingentiam rei et si non eueniet scit hoc non fore uenturum et si contingenter eueniet scit hoc contingenter fore uenturum et cum possibile ad alteram partem et ideo siue euenire uel non euenire siue possibilitas in isto contingenti ad utrumlibet ad utramque partem contradictionis non inducat aliquem errorem in prima causa. unde stante simul prima causa scit a fore uenturum et possibile est a non euenire et cum obicias ponatur inesse dicitur quod non habet poni inesse quia forte sic repugnaret antecedenti quia primum scit a fore quia eueniet et cum aliter obicias primam quia si scit a fore uenturum sequitur quod a eueniet dicitur quod non sequitur forte sicut ostendetur postius. sic ergo patet quod maior est falsa. Item minor est de inesse ut nunc hec scilicet omne futurum non contingens est presciturum a causa prima uel hoc a est presciturum a causa prima et ideo non sequitur conclusio de necessitate quantum ad hoc quod mixtio necessarii et inesse sit utilis et conclusio de necessario oportet quod illa de inesse sit de inesse simpliciter ut patet ex libro priorum. Nunc autem ista minor est de inesse ut nunc quia concedimus quod est contingens et hoc si est contingens futurum non est necesse ipsum euenire et potest non euenire et si non eueniet prima causa presciuit ipsum non fore euenturum et sic non scit ipsum fore uenturum. non est ergo necessarium causam primam hoc scire scilicet quod a eueniet quia scit uel contingentia rei et hoc potest euenire et non euenire. sic ergo hec minor est contingens. Eadem est solutio ad aliud sillogismum. unde stante nulla coactione cogitur a ad eueniendum uel non eueniendum immo potest

et euenire et non euenire. sic et causa prima nulla necessitate cogitur prescire a euenire et et si non eueniet scit ipsum fore non uenturum cum sua scientia libera sit. Similiter in eventu quod est a est presciturum a causa prima ergo de necessitate eueniet est difficultas hec uidetur. Respondeo ad hoc distinguendo ex eo quia si de necessitate potest dicere necessitatem consequentie et sic est verum quod ipse concedit quod consequentia est necessaria et tunc est sensus a est presciturum a causa prima ergo de necessitate eueniet hoc est de necessitate sequitur a est presciturum a causa prima ergo eueniet. Si li de necessitate dicat necessitatem consequentis sic dicitur quod est falsa et est sensus si a est presciturum a causa prima tunc habebit euentum necessarium et est simile si sortes currit necessario sortes mouetur. hec est duplex quia si li necessario dicat necessitatem consequentie est uera et est sensus si sortes currit necessario sequitur quod mouetur. Si consequentis falsa est et est sensus si sortes currit necessario mouetur id est motus sortis est necessarius. Aliter respondent theologi distinguentes de prescientia dei dicentes enim quod duplex est eius scientia una est simplex notitia cause prime. Alia est notitia approbationis de simplici notitia dicunt quod causa prima scit multa que nunquam euenient uel euenerunt. de notitia approbationis subdistinguunt quod duplex est quia quedam est ratione esse quedam ratione posse esse. Si autem sit notitia approbationis ratione esse sic dicunt quod tale de necessitate eueniet quia de albo (?) approbauit prima causa ipsa esse necesse est illa euenire. si autem sit notitia approbationis ratione posse esse tale non de necessitate eueniet sed contingenter et potest non euenire. Unde prima causa scit contingentia notitia approbationis ratione posse esse et ideo possunt euenire et non euenire. Istam solutionem nec reprobo nec approbo sed eam non intelligo. unde si prima causa non aliquid necessarium de contingentibus nisi ratione posse esse cum ego habeam notitiam de contingentibus ratione posse esse quia scio quod possunt esse sequitur quod prima causa non sciet plus de futuris contingentibus quam ego quod est falsum (?)

ergo necesse uidetur concedere quod prima causa habeat noticiam approbationis ratione esse de contingentibus et tunc uidetur sequi secundum eos quod contingentia de necessitate eueniet. Visum est etiam in questione octaua Boetii est insufficiens cum sic arguitur a est prescitum a causa prima ergo de necessitate eueniet concedo consequentiam esse necessariam et ideo concedit illam secundum quod li necessario dicit necessitatem consequentie. negat autem secundum quod li necessario dicat necessitatem consequentis. Et tunc arguitur ex concesso consequentia bona est ut dicitur sed antecedens est necessarium ergo ex necessario non sequitur non necessarium per aristotelem in libro posteriorum probantem si premisse sunt necessarie similiter conclusio erit necessaria et similiter si ex necessario posset sequi non necessarium similiter eadem ratione ex vero posset sequi falsum cuius oppositum ostensum est in priorum. ergo consequens est necessarium ergo omnia de necessitate euenient. non uidetur ergo hoc ingenium et ideo dicitur distinguendo quod triplex est necessitas sicut ante apparuit. et dicitur quod ex necessario primo modo non potest sequi non necessarium sed semper ex ipso sequitur necessarium. ex necessario autem secundo modo dicto uel tertio bene sequitur contingens et hoc manifestatur sic. hec est necessaria tertio modo necessitatis sortes currit dum currit ergo et sequitur ergo sortes currit. consequens autem est contingens. antecedens autem est necessarium tertio modo necessitatis. similiter est hic. hec est necessaria secundum quosdam homo albus est homo et sequitur contingens ex ea sic sequitur homo albus est homo per conuersionem ergo homo est albus. et ultimus cum hec sit predicatum coniunctum ex coniunctis aut per aristotelem libro periarmenias licet infra diuisa non sit determinatio distrahens uel oppositum in adiecto sequitur homo est homo albus ergo homo est albus et per conuersionem sequitur ultimus homo est albus ergo album est homo. Sequitur ergo per locum a primo ad ultimum homo albus est homo ergo homo est albus et album est homo et iste due sunt contingentes. potest ergo sequi ex necessario contingens. sed non dicitur in proposito hec est necessaria a est prescitum a prima causa non primo modo necessitatis et ideo ex ipsa potest sequi contingens ita dicitur sed nec ista homo albus est homo est necessaria quia licet quidam ad

principales compositionem sunt necessarie cum quod ad implicationem sunt contingentes et falsificari possunt dato quod non sit homo albus, sed est falsa ratione implicationis homo albus est homo quia implicat aliquid esse album et cum sic sint consequentes contingentes a parte implicationis non possunt esse necessarie licet sint necessarie ratione principalis compositionis, sed sunt contingentes et ideo quod ad hoc male dicitur. Similiter de alio exemplo sortes currit de currente forte est necessaria simpliciter sed ex ipsa non sequitur ergo sortes currit quia in antecedente non affirmatur absolute sed sub conditione sortem currere. Sic ergo ipsi concedent de aliqua oratione quod esset ita vera quod non posset falsificari et sic est necessaria, impossibile est quod sequeretur ex ea contingens et in proposito ista a est prescitum a causa prima est contingens ut ostendetur et ideo aliter improbabitur secundum bo.

Ideo visum est mihi quod debeam dicere quod sua scientia sive prescientia nullam imponit necessitatem rebus et quod non oportet si causa prima scit a fore quod necesse sit ipsum evenire nec sequitur causa prima scit a fore ergo eveniet et ideo non valet consequentia quam concedit boecius. Non enim eveniet res propter suum prescire sed quia in sua natura erit sic sed eveniet vel non eveniet quia suum prescire in nullo ligat rei eventum et quia consequens ligat antecedens vel antecedens ligat consequens loquendo de consequentia naturali, dico quod non sequitur causa prima scit a fore ergo eveniet quia non ligat cause prime prescientia rei eventum et ideo non sequitur ad ipsum. Nec est simile si sortes erit de necessitate sequitur quod morietur quia ibi antecedens ligat consequens et ideo consequentia est bona sed sic non est hic ut dictum est sic ergo in terminis consequentiam dando. Et quando tenet consequentia sequitur quod omnia de necessitate evenient que fient de antecedente et sic non notabitur ingenius quod credidit mutare boetius quod autem sequitur sed ingenius sic ostenditur tu dicis quod hec consequentia est bona et necessaria a est prescitum a causa prima ergo eveniet. Tunc arguo in omni consequentia bona sic est quod antecedens non potest esse verum sine consequente ergo [...] ta veritate in antecedente necessarium est eam ponere in consequente et veritate retenta in antecedente impossibile est falsificari consequens quod dicitur est veritas in ipso antecedente licet ipsum antecedens sit contingens ut patet quamdiu hoc est verum sortes currit impossibile est falsificari istam sortes movetur. Si sic est cum verum sit dicere ab eterno prima causa prescivit a et a est prescitum a prima causa dato quod a eveniet licet contingenter et semper erit verum dicere a est prescitum a causa prima quousque eveniat et sic semper sit veritas in antecedente licet ipsum non sit necessarium quousque consequens eveniat sequitur quod impossibile erit falsificare illud consequens a eveniet et si impossibile sit ipsum falsificari cum semper remaneat veritas in antecedente sequitur quod non potest impediri et sic de necessitate eveniet et sic omnia futura de necessitate evenient vel evenerint quod est erroneum.

Ponendum ergo quod consequentia non est necessaria loquendo de consequentia naturali in qua antecedens ligat consequens. Dico tamen cum hoc quod antecedens non est necessarium sed contingens. Hec enim a est prescitum a causa prima quia nulla necessitate est prescitum a causa prima quia sua scientia in nullo ligat rei eventum maxime quantum ad illud quod scit esse fore. Unde scientia prime cause duplex est quia quedam est que cadit super se et in tali idem est sciens et scitum. Alia est que cadit super rem extra et in prima scientia est necessitas sicut in ipsa scientia quia sic sua scientia est ipsa et in hac nulla cadit diversitas. Sed in scientia que cadit in rebus extra cadit diversitas non a parte sua sed a parte rei nec est necessitas in ista scientia nisi illa sit a parte rei scite sicut est in necessariis, sicut est exemplum de luce. Ipsa actio lucis est lux sed in actione eius super terminos huiusmodi actionis in luce non cadit contingentia immo necesse est ipsum lucere quia non potest non lucere. Sed in actione eius super res extrinsecas cadit contingentia ut quod luceat super hunc lapidem sed est contingens quia potest super ipsum lucere et non lucere quia lapis potest variari sive actionem vel non et si sibi opponatur suo radio lucebit super ipsum, si non, non, nec tamen propter hoc est variatio in luce. Similiter est in proposito de scientia cause prime quia in scientia eius in se qua scit se ipsum nulla cadit diversitas nulla permutatio. Sed in scientia eius qua cadit super res extra potest accidere diversitas non a parte scientis sed a parte rei et sicut est possibilitas a parte rei ad hoc quod sit vel non sit sic prima causa scit illud fore cum possibilitate ad alteram partem et sic a scitum a prima causa nulla necessitate est scitum evenire et ideo antecedens non est necessarium et ideo similiter consequentia non est bona quia sua prescientia non ligat res ad alteram partem. Et ad confirmandum ad hoc quod antecedens est contingens potest argui sic. Si a eveniet causa prima scit a eventurum et si non eveniet causa prima scit ipsum non eventurum sed ipsum evenire vel non evenire est contingens quia possibile est ipsum evenire et non evenire ergo primam causam scire a fore vel non fore est contingens quia si scit unam partem cum altera possit evenire possibile est ipsam primam causam scire alteram sicut ipsa potest evenire et sic antecedens est contingens.

Item sequitur si a erit causa prima scit a fore sed hoc a erit cum sit verum contingente indeterminata eo quod est contingens et quod in ipsa derelinquitur possibilitas ad falsitatem eius pro eius tempore stat ista possibile est a non fore. Nunc autem sequitur si a non erit causa prima scit a non fore quia ergo sequitur si a erit causa prima scit a fore et si a non erit causa prima scit a non fore sequitur si a fore et non fore est possibile quod causam primam scire a fore et non fore est possibile et ita licet causa prima sciat a fore cum sit ad alteram partem possibile est quod sciat non fore quia scit rem sicut est possibilis.

Huius autem evidentia potest haberi. Sequitur si a erit causa prima scit a fore. Ista autem stant simul a erit cum contingentia erit verum contingente indeterminata et possibile est a non fore quia quod autem stat cum antecedente stat et cum consequente sed ergo possibile est a non fore quod stat cum hoc antecedente a erit stabit cum suo consequente quod est causa prima scit a fore. Stant ergo simul causa prima scit a fore et possibile est a non fore. Ad hoc sic possibile est a non fore stat cum antecedente et consequente primo. Sed sequitur si possibile est a non fore possibile est causam primam scire a non fore sed hoc idem antecedens stat cum antecedente primo scilicet cum hoc a erit et cum suo consequente scilicet cum hoc causa prima scit a fore ergo et consequens istius antecedentis scilicet possibile est a non fore quod est possibile est causam primam scire a non fore stabit cum primo antecedente et cum suo consequente quod est causa prima scit a fore. Stant ergo simul causa prima scit a fore et possibile est causam primam scire a non fore. Ergo ista causa prima scit a fore non est necessaria. Antecedens ergo non est necessarium.

Hoc est visum est mihi propter hoc quod si causa prima scit rem istam scit eam secundum naturam et qualitatem rei scilicet secundum quod est contingens et cum hoc modo sciat sua prescientia scientia non ligat rem ad eventum et si sua scientia non ligat rem ad eventum multo fortius eventus rei non ligat suam scientiam. Unde sua scientia libera est et ideo licet res eveniet et scit quod eveniet quia tamen contingenter eveniet rei eventus non ligat scientiam primi et ideo scit sicut res eveniet scilicet contingenter et cum possibilitate oppositi et ideo quod scit de tali contingenti nulla necessitate scit. Antecedens ergo est contingens et hoc similiter patet per boecium quia ipse concedit quantum esse necessarium et negat consequens esse necessarium. Sed si antecedens esset necessarium et consequentia bona et necessaria similiter consequens esset necessarium quia non necessarium non sequitur ex necessario sicut falsum non sequitur ex vero ut patet per aristotelem libro priorum et posteriorum. Relinquitur ergo quod antecedens non est necessarium et hoc est planum. Sed de consequentia non est ita planum videtur enim quod teneat quia sequitur si ego scio a

ligitur ergo inconveniens sequetur. causa prima scit a fore, ergo eveniet, cum sua sciencia sit multo certior quam mea. Sed dicendum quod consequentia non est bona, quia si esset bona, sive antecedens esset contingens sive necessarium, dummodo esset verum, sequeretur, ut dictum est, quod omnia evenirent de necessitate, quod est inconveniens. Item oppositum consequentis cum modo possibilitatis stat cum antecedente, ergo consequentia non est bona, quia si consequentia esset bona, impossibile esset oppositum consequentis cum modo possibilitatis stare cum antecedente quamdiu esset consequentia, licet esset contingens, ut patet dicendo quod Sortes curret cras, licet contingenter, sed sequitur Sortes curret, ergo movebitur, et oppositum consequentis non potest stare cum antecedente cum modo possibilitatis quamdiu est veritas in antecedente, ut non possunt simul stare Sortes curret et possibile esse ipsum non moveri quamdiu est veritas in antecedente. Et ideo quia consequentia ligat consequens. Quod autem in proposito oppositum consequentis stat cum antecedente patet, quia simul stant causa prima scit a fore et possibile est a non fore, quia ista possibile est a non fore stat cum ista a erit, et sequitur a erit, ergo prima causa scit a fore, ut patet ex predictis. Quod autem consequentia non sit bona, id est quod non sequatur causa prima scit a fore, ergo a erit, non est ex defectu cause prime, licet providit a fore venturum. Non dico providit sed providit, quia differt providentia et prudentia divina, quia providit fore ventura non possunt non evenire. Que autem providit fore ventura, si non sint necessaria sed contingentia, possunt impediri et non evenire. Et quia sic est, ideo non sequitur providit ea eventura, ergo evenient. Et ideo non tenet consequentia, visa quod antecedens non est necessarium sicut dictum est ad oppositum. Ad primum cum dicitur si a est presens a causa prima, non potest non esse presens a causa prima, quia est de presenti, etc. Et eodem est arguere de illa de preterito. Dicendum quod ista licet sit de presenti, et de non tamen est necessaria, quia non est solum de presenti sed est dependens ab illa de futuro, et ideo sua necessitas dependet ab illa de futuro. Non autem illa que est de presenti vel preterito que est necessaria, et hec ideo quia habet causam determinatam sue veritatis, et ideo non est possibilis ad contrarium pro eiusdem temporis. Illa autem de presenti vel preterito cuius veritas dependet ab illa de futuro non habet causam determinatam sue veritatis, et sic non habet causam determinatam ad alteram partem contradictionis future ad quod dependet, quod potest evenire et non evenire, et ideo sua veritas non est determinata. Hoc autem sic est intelligendum, quia argueret aliquis quod scio de presenti vel video non potest non esse, ergo multo fortius quod causa prima scit, cum eius omnem habeat scientiam. Dicendum quod non sequitur, quia defectus iste non est a parte sua sed a parte mea, quia dato quod oculus meus sit tante potestatis sive perspicacitatis quod posset providere futura et quod caderent sub suo iudicio sicut faciunt presencia, numquam provisio mea induceret necessitatem super rei existentiam. Dico quod non plus quam modo, quia presencialitas cause inducit necessitatem in causato et non visio de futuro. Unde per accidens verum est quod omnia que videmus necesse est esse et que scimus, sed non per visionem nostram sed quia causa eius quod videmus est iam determinata ad esse, quam solum presens videmus, que habet eam determinatam ad esse. Unde visum a nobis necesse est esse, sed nostra visio non inducit rei esse si sua causa, et si nos possemus videre futura non sequeretur quod que videremus necesse esset esse. Aspectu autem prime cause omnia preterita, presencia et futura sunt presencia, ut dicit Plato in Thymeo. Dicimus autem ut est, sunt et erit, ut illi soli competit esse veram sinceritatem quia totum. Attendamus quod esse prime cause sit in nunc eternitatis que tota est simul. Secus autem est de tempore, sive ponamus ipsum finitum sive infinitum ex parte ante, quia semper ponimus unam partem post aliam. Eternitas autem complectitur tempus et excedit ipsum utrimque extremo. Eternum ipsa tamen tota est simul, quia quicquid est de eternitate est in nunc uno indivisibili. Et sicut eternitas est tota simul, sic eterna sunt omnia presencia, preterita et futura, scilicet prime cause. Sicut ergo visio nostra non facit necessitatem in re, sed presencialitas cause, et causa prima videt futura ut presencia quorum futurorum causa non est presens, sic et non oportet quod visio sua ponat necessitatem rebus. Unde quod provisum est ab eo nulla necessitate est provisum ab ipso et nulla necessitate eveniet. Et ideo non est simile de provisione mea vel presentis et de provisione dei vel futuri, quia visio mea solum cadit super rem cuius causa est presens, et ex defectu meo non possum videre aliquid cuius causa non sit presens ut futurum. Et ideo visum a me est necessarium respectu ad causam. Sed visio cause prime non solum cadit super rem cuius causa est presens sed super rem cuius causa non est presens ut super futurum. Et ideo sua non imponit necessitatem rebus nec obligat ad hoc quod sed post sit plus quam sua opposita. Ad aliud cum dicitur si scit a et potest non scire a, in eo est variatio possibilis, etc. Dicendum quod duplex est scientia prime cause, ut visum est. Una est sui et sciti, que est in sciendo se ipsum. Sed autem scientia non est alia a sua substantia. Unde idem est sciens et scitum, et in hac scientia non est possibilis permutatio sive variatio. Alia autem est scientia eius respectu rei extra, et in hac possibilis est permutatio, non a parte scientis sed a parte rei scite. Et ideo stant simul causa prima scit a et potest non scire a. Nec tamen in ipso accidit error nec diversitas, sed in re, et est simile de luce, ut visum est. Ad aliud cum dicitur si prima causa scit a et potest non scire, tunc in eo precedit potentia actum, etc., patet solutio per dicta, quoniam prima causa semper intransmutabiliter se habet, et ista diversitas penes actum et potentiam non est in ipsa prima causa sed in re extra. Ad aliud cum dicitur in perpetuis non differt esse et posse, etc. Dicendum quod istud scire et posse non scire non facit diversitatem in primo sed in re scita. Ad aliud cum dicitur si prima causa scit a et potest non scire a, ergo sciens a est potens non scire a. Dicendum quod forma arguendi non valet. Unde sicut non valet hoc argumentum: Sortes est albus et potest esse niger, ergo Sortes albus potest esse niger. Quamvis Sortes potest esse niger, tamen Sortes qui est dispositus albedine non potest esse niger, et ideo non licet implicare in subiecto predicatum prime compositionis. Simile est in proposito, quia licet prima causa scit a et potest non scire, tamen ipsa disposita sic per sciens a non potest non scire a, quia sub dispositione per unum oppositum non potest convenire aliud secundum quod est dispositum per primum. Et cum videtur arguere dato quod aliquid sit necessarium, etc., tamen consequentia non est bona, ut visum est, et ideo non sequitur quod omnia eveniunt de necessitate. Ad aliud cum arguitur per suam voluntatem, dicendum quod sicut sua scientia est duplex, sic et sua voluntas est duplex. Una est pura et mera et immediata voluntas qua vult rem esse determinate, et quod sic vult esse de necessitate erit, ut si velit quod celum moveatur, movebitur. Alia est eius voluntas non mera nec pura nec immediata sed mediata, scilicet mediante natura vel arte, quia scilicet voluntate vult quod natura vel ars operetur aliquid secundum suam possibilitatem et secundum qualitatem rei, secundum quod vult contingens sed sicut contingenter erit. Et loquendo de prima voluntate bene sequitur vult sic fore, ergo erit, sed de secunda non oportet. Hac autem voluntate vult sic contingentia. Unde ista non eveniunt vel non eveniunt secundum suam voluntatem, quoniam vult ea contingenter evenire et cum possibilitate oppositi. Quoniam ostenditur quod casus et fortuna non sunt prima via superius tacta, scilicet per nomen fati, et quod sic sit a casu sed a fato et de necessitate.

dicit caladius secundum platonem procedit providencia et ex se sequitur fatum quod inevitabile fatum possumus interpretari et legem inmutabilem et causam inevitabilem. Et igitur fatum est lex inmutabilis necesse est omnia que eveniunt a fato esse de necessitate. Item dicit seneca capitulo de tormentis: fata nos suum peragunt nulla commoventur prece nec minis flectuntur nec gratia sed immutabile. videtur ergo fatum esse et inducere necessitatem rebus. Item dicit tertia fatum est necessitas omnium rerum omnium que actionum quam nulla vis disrumpere potest neque nulla valet ratione impediri. videtur ergo quod necessitatem inducat in rebus. Item epicurei dicebant fatum esse legem inevitabilem ex superiori motu res inferiores ad eventus inmutabiles obligantem. volunt ergo quod inducat necessitatem in inferioribus. Item huius videtur consonum quod dicit hermes in libro de natura deorum: fatum est connexio causarum ex divina providencia dependens. Astrologi similiter concedunt volunt quod fatum sit colligancia sive concordia causarum ex astrorum motu proveniens. Item boecius quarto de consolacione philosophie dicit fatum est inherens rebus mobilibus disposicio per quam providencia suis queque nectit ordinibus. Certe ergo quod omnes isti videntur concedere fatum esse nexum inevitabilem vel legem ex quo videntur concedere quod inducit necessitatem eis que sunt. multe sunt questiones de fato que querere debemus scilicet an sit et quid sit sed simul cum questione proposita determinatur quia secundum quod iste auctores sonuerunt fatum est et non est nisi istorum inferiorum quem habent ex providencia divina et disposicio eorum inesse et cum ista disposicio sit per motum corporum superiorum et secundum diversitates eorum, sicut vult tota philosophia sequitur quod fatum sit aliud quod productus de qua debeat agi. sed de questione quod si illa non sit necessitas sequitur quod in fato non est necessitas. Item si fatum non sit nisi ista disposicio quam habent inferiora a superioribus sed in inferioribus non est necessitas quia superiora sicut iste

bo

de fato

actor et ptholomeus planum est si fatum sit quod non imponit necessitatem eis que sunt illud verum est et ut intelligamus quod dictum est considerandum quare debet dici fatum et dicitur fatum aliquid quasi mors proveniens secundum naturam productum sic dicimus de mortuo quod de se descendit in fato. unde in claudiano legitur post fata quiescit dicitur et fatum ordo et disposicio esse ipsius universi. sed iste ordo potest considerari vel secundum quod est immediate ordinantis scilicet cause prime et sic non aliud est quam providencia divina et sic non dicitur proprie fatum. sed in eo tamen locum sunt de fato. illam autem providenciam crediderunt non posse mutari. hinc consideracionem huius tertia ponitur et de talibus. illi autem in duobus erraverunt et in his scilicet quod posuerunt esse fatum et in hoc quod dicebant quod fatum imponeret necessitatem rebus. quia fatum est in hiis quod dicebant non imponit necessitatem rebus sed recipitur in inferioribus secundum qualitatem recipiencium. Epicuri dicunt quod fatum non est nisi ipsa sentencia deorum diffinita. quorum deorum summum dicunt Jovem et dicit seneca secundum opinionem illorum: fata nos suum peragunt nulla commoventur prece et cetera. sed idem opinantur stoyci esse fatum scilicet sentenciam deorum sed in hoc discordant ab aliis quod dicunt quod sicut ista providencia sive sentencia ligat res ex sua voluntate et flecti potest per sacrificia vel preces. unde invenerunt sacrificia Jovi qui mactari erat inter omnes deos de capite agne albe immaculate ut visum est supra ut per caput significaret sapienciam, quam sapientissimus maxime debet mutare suum decretum per speciem talis agnis significaretur mansuetudo per fatum mutabilitas per albedinem et immaculacionem Jovis innocencia et dixerunt tres esse deas fatales ut insinuatum est supra. ista opinio duravit usque ad tempus peripateticorum qui non intellexerunt fatum esse divinam providenciam et hii dixerunt duplex. uno modo dicimus quondam fatum esse ordinem sive disposicionem quam

habent inferiora a corporibus superioribus. Alii dixerunt illum ordinem et disposicionem derelictam secundum providenciam cause prime esse fatum. unde dixerunt eciam stoici ut caladius quod secundum platonem providencia divina completa est omnia et fatum est eius factum et procedit providencia et sequitur fatum et dixit illum ordinem rerum inevitabilem esse. boecius et qui secutus est platonem in multis dixit fatum esse ordinem inferiorum ex providencia divina sed in hoc diversificatur a caladio quod ipse ponit fatum fallibile caladius autem ponit infallibile. Aristoteles autem et sui sequaces dixerunt hoc fatum prodium minimum et infinitum in hiis inferioribus et hoc attribuebant corporibus superioribus unde dixerunt nihil esse in inferioribus a corporibus superioribus et similiter astrologi dicunt idem et utique sermo habet suam veritatem quia influit iste ordo a causa prima in corpora superiora et ab illis in inferiora. unde est a providencia divina sicut a causa remota a motu corporum superiorum sicut a causa prima propinqua et quia receptum est in recipiente secundum naturam recipientis et non secundum naturam recepti et ordo corporum superiorum recipitur a causa prima in ipsis corporibus superioribus ipsa autem corpora superiora sunt incorruptibilia ideo quod in eis recipitur incorruptibiliter recipitur et ideo in eis non est casus et fortuna. sed licet illa superiora sint incorruptibilia et influunt in inferioribus quia tamen illa influencia recipitur per modum recipiencium recipiencia autem sunt corruptibilia ideo in eis bene potest aliquid esse a casu et fortuna. unde influencia cause prime in corporibus superioribus recepta habet uniformitatem. videtur autem in inferioribus recepta habet multitudinem et diversitatem secundum diversitatem recipiencium et ideo in ipsis est casus. unde corpora superiora non imponunt necessitatem inferioribus quia procedunt mediante eo quod non potest ponere necessitatem in ipsis scilicet natura et materia. Item a parte inferiorum est causa quare superiora non possunt

eis imponere necessitatem et est quia inferiora habent contrarietatem et ideo leges et ordines quos influunt superiora in inferioribus possunt impediri per contrarietatem repertam in recipientibus ut visum est ante et ideo fatum potest impediri. unde boecius competencius et melius diffinivit fatum quam alii philosophi cum dixit fatum est inherens rebus mobilibus disposicio et cetera. unde referendo fatum ad primam causam est immobile, tamen per relacionem ad inferiora in quibus recipitur est mobile quia recipitur per modum recipiencium et dat boecius exemplum de circulis circa duetis centrum continue motus ut visum est ante et appellat centrum primam causam quia centrum est immobile sicut prima causa et circulum proximum centro appellat corpora superiora et alium ulteriorem ulteriorem appellat hec inferiora. nunc autem circulus propinquior centro minus mobilis est et minus movetur. longior autem a centro magis mobilis. unde quanto plus elongatur a centro tanto mobilior est et magis movetur et circuli non habent stabilitatem nisi secundum quod referuntur ad centrum immobile secundum quod dicit aristoteles in libro de celo et mundo et secundum quod dicit averroys in libro de substancia orbis quod oportet quod fixio terre sit forcior quam virtus movens celum. unde motus rotandi semper est super centrum et nisi esset fixio huius ordinacionis relata ad centrum destrueretur universum et ponit boecius exemplum de nunc eternitatis quia dicit quod tempus non posset esse fluens nisi referretur ad nunc eternitatis quod est immobile. fatum igitur licet a parte illius a quo procedit sit immobile tamen a parte inferiorum recipiencium permutabile est et impediri potest quia impediri potest ordo ordo quem influunt in inferioribus superiora a parte inferiorum licet non a parte prime cause a quo procedit sed quia iste ordo in inferiora in inferiora procedit a providencia divina procedit secundum duplicem modum solis ut habetur secundo de generacione et ex hoc patet quod iste quod appellatur ibi prodium minimum et infinitum debet dici fatum. concedimus ergo fatum esse hoc modo dicto et non sequitur fatum est. ergo de necessitate sunt

omnia ut visum est q̄ impediri pot. ⁊ cum
probatur p̄ dc̄as auct̄. dd̄ q̄ male intelligunt
de fato ul' si ipsos ceterrime volum⁹ pot dici
q̄ appellaūnt fatum ipsam puidentiam
diuinā. nos aut̄ appellam⁹ fatum ordinē
rerum inferiorū sub puidentiā diuinā sic dicm̄ ē.
– Questio de casu utrum sit q̄ im̄ consequens
est utrum necē sit aliq̄ ēē a casu ⁊ uidetur q̄
nō dicit ar̄. pmo celi ⁊ mundi in ppetuis
nō est casus nec fortuna. cum igr̄ sint necīa
sunt ppetua g° in necīis nō est casus nec
fortuna g° nō est necē aliqd ēē a casu. – Itē
secdo phicorum pmo ens p accns nec semp nec fre
quent est. casuale aut̄ est ens p accns
g° casuale nō est semp ul' frequenter g° casus
nō est i necīis g° nō est necē casuale ul'
fortuitū ēē. – Item in h̄ caplō distingit
q̄ quedam sunt semp quedam frequent
⁊ in eis nō est casus sz necīa sunt semp
ul' frequent g° casus nō est i necīis g° nō
est necē aliqd ēē casuale ul' fortuitum.
– Item q̄cqd est necē ēē h̄t causam determi
natā sz nullum casuale h̄t causam determinatā
g° nullum casuale necē est ēē g° nō est ne
cesse aliq̄ ēē casuale ul' fortuitum. – Itē
qd̄ euenit in minori pte nō est necē eue
nire ut pz q̄ qd̄ eueniet i maiori pte si
est necē euenire q̄ pot impediri ⁊ mag
ēē uidet̄ de ipso qd̄ sit necē euenire q̄m
de eo qd̄ eueniet i minori pte g° mltofortis
qd̄ eueniet i minori pte nō est necē
euenire sz casuale ē h̄ ut pz p diffonē
casus g° ⁊ c̄. g° uidetur q̄ nō sit necē
aliqd ēē casuale ul' fortuitum. – Oppom
ostenditur si aliq̄ sunt nō necīa aliq̄
est a casu sz aliq̄ ēē nō necīa est necīm g°
aliq̄ ēē a casu est necīm. pbo aūns. pba
tum .n. est ab ar̄. vi. phicorum pmo q̄ necē
est aliq̄ esse nō necīa. aliē pbatur aūs
sic si aliq̄ est contingens eueniens nō oīa
sunt de necītate sz necē ē aliq̄ ēē contingē
ter eueniens g° necē est nō omnia ēē de
necītate. – Sic g° m̄ est aūs. s. aliq̄ ēē nō

ex necītate pbo oñe huiꝰ. s. si aliq̄ sunt
nō necīa necē est aliq̄ ēē a casu. q̄ si
aliq̄ nō sunt necīa non sunt semp
si nō sunt semp cause eorū impediunt
⁊ frustrantur sine intento. si aliq̄
euenit ipm̄ euenit a casu. si g° aliq̄ nō
est necīm necē est aliq̄ ēē a casu. – Itē
si aliq̄ est contingens aliq̄ est a casu sz
necē est aliq̄ ēē contingens g° necē est ali
q̄ ēē a casu. pbo aūns. s. q̄ necē sit ali
q̄ ēē contingens q̄ necē vniuersum ēē pfcm̄
sz si nō eēt contingens sic vniuersum nō
eēt pfcm̄ q̄ nō contineret omne genus en
tis q̄ ens diuidit in ens p se ⁊ in ens p
accns ⁊ nō contineret ens p accns sequitur
g° si necē est vniuersum ēē pfcm̄ q̄d
necē ē esse aliquid contingens siue p
accns sz casuale est ens p accns siue
ens p accns a casu ē g° necē est aliq̄ ēē
a casu. – Solutio dd̄ q̄ sicut uidemus
in contingentib; q̄ nullum contingens necē
est verum sz tn̄ necē est aliq̄ contingens ēē
verum. q̄m alterum oppositorū sit nullum casuale
ē eueniens de necītate ⁊ tn̄ aliq̄ ēē
casuale est necīm. vn̄ sicut sortem fie
ri nō est necīm nec ipm̄ nō fieri est
necīm tn̄ ultez sic contingens ⁊ eē alterum
horū ēē est necīm sic est de casuali q̄ sz
casuale nō necīo eueniet nec id sz qd̄
euenire a casu est necīm. vn̄ sicut con
tingens sz q̄ contingens nō eueniet de ne
cessitate q̄ pot impediri. sz p̄p̄ disiunctio
nem que cadit inē opposita necē est
alteram ptem contingentium euenire nō
tn̄ diuisim sz ul' illd̄ necē est euenire.
similr̄ est de casuali q̄ nullum casuale diui
sim accipiendo ut h̄ ul' illd̄ est necīm
euenire q̄ h̄ nō de necītate eueniet
tn̄ possit impediri nec illd̄. sz tn̄ ad h̄
q̄ impediatur ens in maiori pte ue
niat penitus sicut necīm oz q̄ casu
ale sit ⁊ aliq̄ a casu. – Rōnes aut̄ ad
pmam ptem pbantuo q̄ nullum casu

ale necē est euenire q̄ nō h̄t causam de
terminatam ⁊ non est in ppetuis ⁊ nō est
necīm nec frequent eueniens oz nō pba
ūnt q̄ non sit necē aliq̄ euenire a casu
nec q̄ nō sit necē casuale ēē immo h̄ est
necē q̄m cum ens i maiori pte tantū
sub necīo ⁊ cū sequit̄ si ens i maiori pte
eueniet ⁊ similr̄ ens in minori pte debet
euenire. q̄m cum ens in maiori pte possit
impediri frustrē h̄ eēt h̄ pō nisi aliqn̄ re
duceretur ad actum frustra aut̄ n̄ est in
natā oz g° q̄ aliqn̄ impediat̄ ⁊ tūc eueni
et ens in minori pte ⁊ ideo sequitur si ens
in maiori pte est in natura necē est
ens in minori pte esse in natura. ⁊ sic
cum casuale sit ens i minori pte necē ē
casuale ēē. vn̄ cum aliq̄ h̄t causam p se ip̄m
intendentem est ens in maiori pte ⁊ nō
in minori ⁊ si nō h̄t causam intendentem
est ens i minori pte ⁊ casuale ⁊ h̄ est
necīm ut visum est. s. q̄ aliq̄ sit q̄ nō
h̄eāt causam intendentem ut cum agens
frustratur sine intento necē est g° casu
ale ēē ⁊ bene stant simul q̄ necē est ca
suale ēē ⁊ nullum casuale ē necīm. – Conse
quenter querit̄ utrum possibl' sit sciencia de
casu ⁊ fortuna ⁊ uidetur q̄ nō q̄ d̄r ar̄. vi.
phicorum pmo nō est scire nisi ex causa de
terminata sz casuale nō h̄t causam determina
tam g° de casuali nō pot ēē sciencia. – Itē
vi. phicorum pmo pbauit ar̄. q̄ ens p accns
nō h̄t certam scienciā sz casuale ēē ens
p accns g° casuale nō h̄t certam scienciā.
– Item sciencia est de eo q̄ est semp ul'
frequent sz casuale nō est semp nec fre
quent g° de casuali nō pot ēē sciencia.
– Oppm̄ ostenditur q̄m. vi. phicorū traditur
sciencia de ente p accns casuale est ens
p accns g° ⁊ c̄. – Item in h̄. l. determinat
ar̄. de casu ⁊ fortuna. – Item de eo q̄ semp
ul' frequent eodem modo euenit est scia
quia sciencia est eorū que sunt semp ul'
frequent. sz casuale semp ul' frequent eodem

modo euenit q̄m semp ul' frequent euenit
in minori pte g° de casuali pot ēē scia.
– Solutio dd̄ q̄ si questio ista querat utrum
euentus fortuit⁹ ul' casualis pot sciri dd̄
q̄ nō. q̄ nō h̄t causam determinatam scien
cia est aut̄ p causam determinatā. si aut̄
querat q̄stio utrum aliq̄ possit sciri de casuali
dd̄ q̄ immo q̄ pot sciri q̄ i minori pte eue
niet ⁊ sine causa intendente ⁊ h̄ sciri q̄
casuale est casuale. vn̄ refert scire casu
ale ⁊ scire casuale ēē casuale pot g° sciri
de casuali q̄ sit casuale. – Ad rōnes ad p
mam pte cum dicitur nō est scire n̄ ex
causa determinata ⁊ c̄. dd̄ q̄ casuale non
pot sciri ⁊ h̄ ostendit rō tn̄ nominis pot
sciri ēē casuale q̄ q̄m scio q̄ nō pot sciri
eo q̄ nō h̄t causam determinatam tunc
scio si eueniet eueniet sine causa inten
dente ⁊ scio ipm̄ nō posse sciri ⁊ tūc ipm̄
ēē casuale. – Eadem est solutio ad aliud
cum dicitur ens p accns nō h̄t certam
scientiam ⁊ c̄. dd̄ q̄ casuale ul' ens p accns n̄
h̄t certam scienciā q̄ sciatur casuale ēē ca
suale ul' ens p accns sz pot h̄re sciam in
qua scitur casuale ēē casuale ul' ens per
accns ēē ens p accns. ul' dd̄ q̄ licet non
h̄t certam sciam pot tn̄ h̄re sciam pua
tiuam. – Ad aliud cum dicitur casuale
nec est semp nec frequenter ⁊ c̄. dd̄ q̄ rō
bene concludit q̄ casuale nō pot sciri eo
q̄ nō est semp nec frequent. tn̄ possibile est
de casuali q̄ sciatur ēē casuale q̄m pot
sciri q̄ nec semp nec frequenter eueniet sz
i minori pte. vn̄ talis sciencia puatiua pt
ēē de casuali. – Ad rōnes in oppm̄ dd̄ q̄
nō concludunt n̄ q̄ casuale pot sciri esse ca
suale sciencia puatoria ⁊ h̄ est concessum.
vn̄ q̄m ar̄. dat sciam de casuali ul' ente p
accns nō docet n̄ uidere q̄ ipm̄ est tale.
– Ad aliud cum dicitur de eo q̄ semp ul'
frequent eodē modo eueniet pot ēē sciencia
⁊ c̄. dd̄ q̄ tale pot sciri ipm̄ semp ul' fre
quenter euenire i minori pte ⁊ h̄ est ipm̄ sci

re non semper nec frequenter evenire in maiori parte
et hoc est scire quod de ipso non potest esse scientia et sic ca-
suale potest sciri et sic de eo potest dari scientia.
Habitum est utrum sit casus vel for-
tuna et visum est quod necesse est casum esse.
Sed contra istud videtur Averroys qui dat differentiam inter
ens in maiori parte et ens in minori parte
et dicit quod non est differentia inter ista eo quod ens in
minori parte sit impeditum et ens in ma-
iori parte non. Sed ens necessarium est in cuius na-
tura non est quod non sit impedimentum ei.
Ens in maiori parte est in cuius natura est
quod sit ei impedimentum unde potest impedi-
ri et necesse est ipsum impediri aliquando quoniam
cum in sua natura sit quod ei sit impe-
dimentum et quod possit impediri si aliquando non
impediretur frustra esset potentia in natura
quod non est ponere et ideo ipsum necesse est
aliquando impediri et cum impeditur eve-
nit ens in minori parte et ideo necesse est
ens in minori parte aliquando evenire sive
ens a casu et sic patet quod necesse est casum
vel fortunam esse. Quibus visis quaestio est
de quo quid significet casus aut substantiam
aut accidens et videtur significare substantiam
quia casuale substantia est ut monstruositas scilicet
duo capita in animali et sextus digitus in oc-
casionatis. Sed casus est causa casualis.
causa autem dignior est suo effectu. accidens
autem non est dignius substantia ergo cum casuale
sit substantia oportet quod casus significet substantiam.
Oppositum ostenditur sic casus est causa
eorum que fiunt per accidens in minori parte et
ita casus est in eis que sunt in minori
parte casus ergo est in alio. Substantia autem non est
in alio ergo casus non significat substantiam. Item
diffinitio casus est ex additamento ut patet cum
dicitur casus est causa eorum que fiunt per
accidens in minori parte accipitur enim ibi
casus in diffinitione eius sed diffinitio ex additamento
solum est accidentis ergo casus significat
accidens. Sed istam quaestionem debet alia praecedere
scilicet utrum casus significet aliquid positive

vel non et videtur quod sic quia casus est causa
sed non entis nullius est causa ergo casus aliquid
positive significat. Oppositum ostenditur
dicit Aristoteles in secundo: ars est principium in alio
natura in ipso. unde ista duo sunt causae
per se et dicit causae residuae sunt privationes
istarum causarum per se ut hic casus et fortuna
casus ergo non positive dicit sed privative.
Concedo quod id quod casus nominat formaliter
est privatio sed quia privatio ut dicit Aristoteles quinto metaphysicae
requirit aliquid de quo positive di-
catur et in quo sit scilicet suum subiectum quod sit posi-
tive dictum et in quo exigit esse cum in se non
possit sustentari eo quod est non ens. ideo
casus dat aliquid positive dictum intelligere.
Et ideo dico ad primam quaestionem quod casus si-
gnificat privativam casualitatis causam et
non est proprie causa sed privatio causae et
non dicit aliquid positive et ideo non significat
substantiam que sua sit sed dat intelligere
substantiam illam in qua est et cum opponitur
ipsum est causa casualis dico quod est causa
privativa et non causa per se et casuale ad
quod est substantiam significat. Dico quod substantiam dat in-
telligere non tamen significat sicut verbal(e)
verbum de suo significato sed solum priva-
tionem causae in aliqua substantia et ut in aliquo est
sit nostri gerentium non sic est de casu. ca-
suale ergo non significat substantiam sed de modo
significandi dat intelligere ipsam tanquam
a causa prima causalitatem causa dico pri-
vatoria praeter intentionis illius. Et cum
opponitur quod casus significet accidens quia
diffinitur per esse in alio et sua diffinitio
est ex additamento dico quod hoc est non quia sit
accidens sed quia privatio sive causa privatoria.
Et patet solutio ad sequentia. Consequenter
quaeritur utrum casus sit causa et osten-
ditur quod sic per litteram Aristotelis qui dicit quod est
causa per accidens etc. Item ostenditur per
diffinitionem casus. Item omne quod accidit
aliquid evenire a casu a quo autem aliquid
evenit id est causa illius casus ergo est

causa eius quod evenit a casu. Oppositum
ostenditur quia casus evenit ab alio. tale
autem est a casu et non causa casus ergo non
est causa quod eveniat ab alio patet per Boetium
diffinientem casum sic: casus est inopi-
natus rei eventus ex causis confluentibus
praeter intentionem agentis ergo cum sit even-
tus est ab alio et causatum. Item quae-
ritur dato quod sit causa in quo genere causae de-
bet dici et ostenditur quod in nullo genere causae
debet dici causa quoniam non debet dici causa
materialis quia causa materialis est id ex quo res fit.
sed ex casu non fit ergo etc. similiter non debet di-
ci causa in genere causae formalis quia forma
constituit rei esse et nominat aliquid positive dictum
sed casus nullius esse constituit et id quod nomi-
nat privative nominat. nec in genere cau-
sae finalis quia finis movet efficientem et
si in intentione evenit est intentum ab ipso
per se sed casus non movet efficientem et sine
intentione evenit nec in genere causae effi-
cientis quia efficiens movet materiam casus
autem non movet ut patet quoniam privatio cum sit
non ens non movet sed casus est privatio ergo
casus non movet ergo non est causa efficiens
et non est in alio genere causae ut visum
est ergo in nullo genere causae est casus. Quod autem
cadat in genere causae finalis ostenditur
quia illud est finis quod ex aliis causis procedit
sed casus ex causis confluentibus procedit ergo
etc. Item Aristoteles in littera exemplificat de ca-
su et dicit finis repertatio pecuniae non
est in se ipsa causa inventus ergo quod sit finis.
Consequenter quaeritur de eo quod additur
in diffinitione casus scilicet de hoc quod est per accidens
et per accidens dicatur duobus modis ut patet
ex secundo. primus modus est quoniam aliquid at-
tribuitur accidenti causae per se quod est causatum
a causa per se. Secundus modus quoniam attribuitur
parti quod est totius vel toti quod est partis et
sic duobus modis est causa per accidens quaeritur
cum dicatur casus esse causa per
accidens aut hoc est primo modo aut secundo. sed non

primo modo quia cum musica accidat aedifi-
catori et dicatur esse causa per accidens aedificii
tunc musica esset casus respectu aedificii quod nullus
diceret nec secundo modo potest casus dici cau-
sa per accidens quia tunc aut pars aliqua sui aedifica-
ret casuale aut per se totum efficeret aliquid
casuale. sed neutro modo potest casus dici ca-
usa per accidens casualis ergo nullo modo est causa per
accidens. Ideo cum per accidens opponatur ei quod
est per se vel ei quod est primo si casus est ca-
usa per accidens aut opponetur ei quod est per se
aut ei quod est primo. Si ei quod est per se cum
musica sit causa aedificii quae opponitur
quae opponitur ei quod est per se tunc musi-
ca erit casus respectu aedificii sed hoc est falsum. Si ca-
sus est causa per accidens quae opponitur ei quod
est primo tunc cum non sit aliquid dare sic
aliquid esse causam per accidens quoniam quod inter ipsum
et causatum alia causa propinquior cadit
et sic aliquid erit medium inter casum et suum
causatum et si sic eadem ratione inter id et
causatum et sic ulterius procedendo in infini-
tum quod cum sit inconveniens relinquitur quod
casus nullo modo est causa per accidens. Item
si casuale dicitur casuale quia est a causa per
accidens et dicatur ideo esse a casu cum omnia
naturalia sint ultimis causis per accidens eo
quod multa accidunt causae per se tunc omnia
naturalia dicentur esse a casu. Solutio
ad primum dico cum quaeritur utrum casus
sit causa patet quod sic eo quod multa eveniunt
a casu. Et cum quaeritur si sit causa in quo
genere causae debet dici causa dico quod hoc redu-
citur ad causam efficientem sicut vult Aristoteles et cum
opponitur quod non potest esse causa quia est ca-
tum quoniam est eventus causatus dico quod Boethius
ibi accipit casum pro casuali casuale enim
est inopinatus rei eventus etc. et ideo im-
proprie accipit ibi casum pro casuali. sed Aristoteles
hic accipit casum non pro casuali sed pro
accidentali a quo provenit casuale et ideo
sermo Aristotelis magis est proprius. Ad aliud
cum obicitur quod non sit in aliquo genere cau-

se dicendum quod habet reduci ad genus cause efficientis et cum opponitur quod est privatio etc. dicendum quod licet sit privatio et privatio non sit de se tamen requirit aliquid in quo sit et illud movet et cum id frustratur a fine intento et aliquid evenit id evenit a casu. Et tunc subiectum movens in quo est casus reducitur casus ad causam efficientem. — Ad primum quod obicitur quod cadat in genere finalis cause dicendum ut dictum est quod Boetius accipit ibi casum pro casuali. Et licet casus non possit esse finis casuale tamen potest. — Ad secundum de reportatione pecunie eodem modo respondendum etc. — Ad aliud dicendum quod casus non est causa per accidens sicut accipitur causa per accidens in illa divisione accepta a quinto quia sic dicit Avicenna casus causa per accidens est que non facit ad hoc quod causatum existat sed quia dicitur per accidens quia accidit cause per se. Et isti duo modi per accidens accipiuntur penes facere et non penes intendere. Unde sed bene ostendunt rationes quod casus dicitur causa per accidens alio modo quia cum causa per se habeat duo facere scilicet intendere et facere quod ipsa fraudatur a fine intento intento et aliud quam intentum facit tunc ista privatio intentionis dicitur casus et tale factum dicitur casuale et talis causa per accidens facit ad esse causati licet sit preter intentionem agentis et cum tale causatum eveniat preter intentionem agentis dicitur aliquando frustra et actio frustra dicitur frustra. Sed actio dupliciter dicitur frustra uno modo quando est ea non accidit et tunc idem est frustra quod vanum et ociosum et tunc idem significant ista tria. Vocatur scilicet frustra vanum et ociosum sed diversimode quia actio dicitur frustra ratione finis quia non sequitur finis. Vana autem ratione utilitatis quia non utile sequitur. Ociosa autem ratione delectationis quia non sequitur desideratum vel ratione intentionis quia intentum non sequitur. Alio modo dicitur actio frustra quando finis sequitur actionem non tamen ille qui intendebatur et sic ab hoc quod est frustra derivatur casus secundum quod dicit Aristoteles in littera. Unde casus secundum quod sic derivatur a frustra est causa per accidens sed ista accidentalitas

non est nisi privatio intentionis in agente sed opponens impossibile est quod agens intendat aliquid sicut dicit Aristoteles alibi. Quia efficiens non movet nisi moveatur a fine finis enim movet efficientem etc. Dicendum quod verum est quod efficiens non potest esse ita privatum intentione quod nihil intendat quia sic non moveret machinam sed dicitur privari intentione cum intendit aliquid facere illud autem intentum non sequitur circa operationem sed aliud quod non intendebatur et sic dicitur illud evenire a casu et casus est eius causa per accidens. — Ad aliud cum dicitur causa per accidens aut opponitur ei quod est primo aut ei quod est per se etc. Dicendum quod casus opponitur ei quod est per se et cum opponitur de univoca dicendum quod per se est duobus modis uno modo ratione facere et sic procedit obiectio. Alio modo ratione intendere et sic opponitur casus ei quod est per se quia casus est causa per accidens ratione intendere et dicitur accidentalitate ratione talis per se. — Ad ultimum dicendum quod ibi equivocatur causa per accidens sicut prius quia naturalia mixta habent causas per accidens respondentes cause per se ratione facere non tamen habent causas per accidens oppositas cause per se ratione intendere et ideo non sequitur quod fiunt a casu. Et nota quod casus sive accidentalitas ista est in efficiente quod tamen quidam negaverunt dicentes quod ista accidentalitas in casu non est in efficiente sed in effectu. Sed contra hoc est Aristoteles quia in ipso agente est ista accidentalitas eo quod inducit casuale preter suam intentionem. — Viso ergo quod casuale fit a causa per accidens quia fit a causa non intendente consequenter queritur utrum intendatur ab alia causa cum non intendatur ab illa ut ab efficiente et ostenditur quod sic quia impetus non est casus ut vult Aristoteles. Si ergo casus est preter intentionem agentis ergo impetus non est preter intentionem eorum et nihil fit ab eis preter eorum intentionem sed ista inferiora fiunt ab illis ergo in aliis inferioribus nihil fit quin intendatur a virtute superiori et sic casuale habet

bit aliam causam

bit aliam causam intendentem. Item accipiamus aliquid casuale sicut sex digitos vel duo capita sic secundum primo eorum intentio nature particularis est facere quinque digitos in hac materia. Intentio nature universalis est perficere istam materiam et complere. Habitis autem quinque digitis adhuc superfluit ibi materia ergo natura universalis intendit et faciet ulterius ibi sextum digitum et hoc contra intentionem nature particularis. Illud ergo licet sit contra intentionem nature particularis est tamen cum intentione nature universalis et sic casuale habebit aliam causam intendentem. Item preter intentionem cause prime non potest evenire si ergo casuale eveniat preter intentionem cause inferioris non tamen evenit preter intentionem cause prime. Item omne per accidens presupponit causam per se sed casuale est causa per accidens ergo erit aliqua causa per se. — Oppositum ostenditur quod sic non est casuale simpliciter sed alicui scilicet non intendenti. Item tunc omnia monstra intenderentur a causis superioribus et non evenirent nisi cum intentione eorum quod est inconveniens quia cum hec inferiora sint vilia respectu superiorum et tamen non intendunt talia difformia ut sunt monstra inconveniens esset si superiora ipsa intenderent. Solutio quedam opinio sollempnis est quod licet casuale non intendatur a causa proxima sed eveniat preter intentionem eius tamen ab aliqua causa superiori intenditur et datur exemplum de patrefamilias sciente bovem suum in puteo ut visum est supra. Sed ista opinio falsa est ut visum est supra quia est contra Aristotelem et similiter tunc nihil esset casuale simpliciter et absolute sed secundum quid et respectu cause proxime. Et similiter tunc monstruositates evenirent a casu cum non intenderentur a causa proxima et ex eo male assumitur quod quod ordinatum est a patrefamilias evenit sicut frequenter casuale autem evenit in minori parte. Unde non est necesse ad hoc quod aliquid non sit a casu quod agens proximum et agens remotum superius habeant unam intentionem ut patet de eo quod ordinatur a patrefamilias

sine intentione famulorum quod tamen id non est a casu cum sicut frequenter eveniat et tamen agens proximum ut famuli et agens remotum ut paterfamilias non habent eandem intentionem concordantem. Ergo quod casuale non eveniat preter intentionem cause prime non intenditur ab aliqua causa superiori nec ab aliqua alia. — Ad obiecta respondendum ad primum cum dicitur impetus non est casus etc. dicendum quod impetus non est casus. Unde eis non evenit a casu tamen ab eis bene potest aliquid evenire a casu quia cum sint agentia universalia agunt in inferioribus non immediate sed mediantibus contrariis primis que contrarietatem habent adinvicem et agunt et patiuntur ab invicem et ideo superiora per has qualitates possunt impediri in suis operationibus et ideo in inferioribus preter intentionem causarum superiorum potest aliquid evenire et sic a casu. Unde non sequitur quod licet in ipsis non sit preter intentionem causarum superiorum preter aliquid evenire et sic a casu. Unde non sequitur licet non sit in ipsis preter intentionem et sic non a casu in ipsis quod ab ipsis non possit evenire preter eorum intentionem et a casu. — Ad aliud cum dicitur de sexto digito quod intenditur a natura universali etc. dicendum quod monstrum quomodo intenditur a natura universali et particulari et quomodo non sicut patebit inferius suo loco. — Ad secundum dicendum quod nihil evenit preter scientiam cause prime quia omnia futura scit tamen preter suam intentionem et ordinem aliquid potest evenire. Sed intentio et ordo dupliciter sunt uno modo quando aliquid intendit et ordinat immediate quod autem sic est intentum et ordinatum a causa prima non potest impediri et in talibus non est casus. Alio modo intendit et ordinat aliquid non immediate sed mediante natura et arte et que sic sunt ordinata a causa prima bene possunt impediri quando ars et natura mediantibus quibus ista intendit et ordinat bene possunt impediri et ideo in istis bene potest aliquid e-

Ro ad obiec

uenire a casu 7 preter intentionem cause prime.
7 licet ipse precipiat illa impediri non tamen ordi
nat ea ut quod non possunt impediri. 7 licet
preciat quod per impedimentum illius quod inten
dit per artem 7 tamen eueniet quod casuale uel
fortuitum non tamen illud intendit sed aliud
quod impedimentum est intendit mediante
natura uel arte. Ad aliud dicendum quod casuale
licet non sit a per se ipsum intendente est
tamen a causa per se ipsum inducente 7 sic ca
suale quod est a causa per accidens presupponit
causam per se non intendentem. Viso de
prima particula diffinitionis casus scilicet de hoc quod
est causa per accidens consequenter queritur de 2a scilicet
de hoc quod est causa eorum que fiunt in mino
ri parte 7 queritur primo utrum aliquid sit ra
ro uel in minori parte 7 ostenditur quod non.
quia dato quocumque quero aut habet causam
aut non. Si non tunc ipsum non erit ut patet
per diffinitionem cause quia causa est ad cuius esse
sequitur aliud quare si hoc erit cum non po
terit esse ex nichilo oportet quod sit aliqua causa 7
sic quod non habet causam non potest euenire. Si
habet causam tunc ipsum erit in maiori parte
per illam 7 in minori ergo non erit in minori
parte. Item causa est cuius esse sequitur
aliud cuius ergo causa est in maiori parte
ipsum eius in maiori parte sed eius per accidens
causa est in maiori parte ergo eius per accidens
est eius in maiori parte. Probatio minoris di
cit Aristoteles quarto Phisicorum id quod est in maiori par
te est intentum 7 causa eius per accidens uel
accidentis eius per accidens quare ut dicit eius
frequenter uel semper est causa eius per acci
dens 7 id est in maiori parte ergo causa
eius per accidens est in maiori parte 7 sic
nichil erit in minori parte. Oppositum pla
num est sensu ut hominem inuenire
cauesce in minori parte 7 raro euenire
est manifestum sensu. Item idem ostenditur
quoniam nisi aliquid sit in minori parte omnia de
necessitate euenirent quoniam probat Aristoteles VI Meta
phisice prime quia si omnis causa est necessaria
respectu sui causati id causatum non erit in mino
ri parte 7 si ipsum non sit in minori parte est
a causa necessaria respectu sui 7 sic omnia de necessitate e
uenient 7 sic omnia de necessitate euenient quod
tamen sit falsum relinquitur quod aliqua causa non est
necessaria sui causati sed potest impediri in natura
sed in natura non est frustra nec ociosum ergo cum
sit possibilitas in natura ad impedien
dum in aliqua causa respectu sui effectus oportet quod aliquando re
ducatur id impedimentum ad actum sed hoc ra
ro contingit 7 in minori parte 7 ideo sic cau
satum a causa impediente respectu sui effectus
euenit in minori parte 7 raro. Concedendum est ergo quod
aliquid est raro eueniens 7 in minori parte.
Sed tunc queritur utrum hoc cum aliquid eueniat
in minori parte 7 sint contingentia in pauci
oribus utrum in talibus sit casus uel non.
7 uidetur quod non per illud Aristotelis prius tactum quod est
quod eius in maiori parte est intentum 7 causa
eius in minori parte 7 sic sic tunc tale non est a
casu cum habeat causam existentem in ma
iori parte. Oppositum ostenditur per Aristotelem VI Meta
phisice prime dicentem quod casuale est quod raro
euenit 7 in minori parte 7 omne ergo quod per ipsum est
in contingentibus in paucioribus 7 dicit similiter
in isto capitulo quod casus 7 fortuna sunt
in eis que sunt raro ergo etc. Iuxta dicta queri
tur utrum omne id raro euenit 7 in minori parte
sit a casu uel fortuna 7 uidetur quod sic ex dicto
Aristotelis in hoc ubi uult pluuiam in hyeme
non fieri a casu sed in estate ut apud Atheniensium
canis 7 uult etiam de caumatibus quod in hyeme
sunt a casu non tamen in estate 7 tamen eadem est
causa pluuie in hyeme 7 in estate solum
differens penes hoc quod sepius pluit in hyeme
quam in estate 7 similiter de caumatibus ergo etc.
Item omne quod habet causam determinatam
frequenter euenit secundum illam ergo a destructione conse
quentis quod non frequenter euenit secundum suam causam
non habet causam determinatam sed quod raro eue
nit euenit non frequenter secundum suam causam ergo
non habet causam determinatam sed omne ca
suale tale euenit a casu uel fortuna ergo omne
quod non frequenter euenit euenit a casu uel
fortuna. Item omne quod euenit aut eue
nit a natura aut ab arte aut a casu uel
fortuna sed quod euenit a natura uel arte
euenit frequenter ergo omne quod raro euenit
euenit a casu uel fortuna. Oppositum osten
ditur quia uidemus multa raro euenientia
magis euenire secundum intentionem quam multa que fre
quenter eueniunt ut patet in artificio 7 ubi in
doctrinis 7 artibus que autem secundum intentionem a
casu non sunt ergo etc. Item per eandem
causam 7 necessitatem uidetur fieri pluuia in
estate per quam fit in hyeme 7 similiter per eandem
intentionem quia eadem intentione intendi
tur unum genus pluuie est a natura semper
siue fit in estate siue in hyeme pluuia ergo
non est a casu in estate. Similiter est de caumatibus.
Item si omne id quod raro euenit esset a casu
tunc eclipsis solis 7 lune esset a casu propter quod
est contingens cum in superioribus nichil a casu
est sed omnia de necessitate. Solutio ad primam
questionem dicendum quod aliquid euenit in minori parte et
raro 7 tale appellatur contingens in pauci
oribus. Ad obiecta dicendum ad primum cum dicitur
dato quocumque aut habet causam aut non etc.
dicendum quod habet causam 7 cum obicitur ergo frequenter
penes eam eueniet dicendum quod tale eius in mino
ri parte habet causam non ipsum intendentem
sed solum inducentem 7 ideo raro euenit quia
quod euenit preter intentionem cause raro e
uenit quia est a causa impedita quod autem
euenit a causa ipsum intendente frequenter
euenit 7 ideo non est uerum uniuersaliter quod id quod habet
causam frequenter eueniat secundum eam sed so
lum habet ueritatem de causa intendente.
Ad aliud cum dicitur eius per accidens
causa est in maiori parte ut ostenditur
per Aristotelem dicendum quod uerum est quod ea que sunt in maio
ri parte uel ea que sunt semper uel frequenter
sunt intentum uel causa eius per accidens
cum impediuntur eorum effectus tunc enim de
ficiunt a suo proprio effectu quod tamen non inten
dunt 7 quia raro impediuntur ideo id quod sic
causant raro euenit 7 in minori parte 7
si non impediuntur tunc inducunt su
os effectus in maiori parte 7 sic causant ea
per accidens 7 ideo secundum hoc ad primam propositionem cum
dicitur cuius causa est eius in maiori parte
ipsum est eius in maiori parte uerum est si
sit cuius causa ipsum intendens 7 frequenter
inducens sed ea que sunt semper non sunt
sic cause respectu euentuum per accidens quia ea non inten
dunt nec frequenter inducunt eo quod non
frequenter impediuntur in suis effectibus.
Ad questionem sequentem cum queritur utrum in con
tingentibus in paucioribus possit esse casus
dicendum quod sic ut uisum est quia tale euenit preter
intentionem agentis ut uisum est 7
obiectum contra hoc solutum est. Ad questionem sequen
tem que querit utrum omne raro 7 in minori parte
eueniens sit a casu dicendum quod raro euenire est
duobus modis. Uno modo quod raro eue
nit quantum ad tempus ut quod aliquid in minori
parte temporis euenit. Alio modo est raro
euenire respectu sue cause sic scilicet quod a tali causa
raro euenit talis effectus. Quod autem primo
modo raro non oportet quod ipsum sit a casu sed quod
secundo modo raro euenit id est a casu na
turalia enim quedam primo modo raro eueni
seminis in debito modo in membris a parte generantis scilicet secundine continentis semen. Et hoc potest esse per rupturam quia secundum eius rupturam contingit se semina et geminantur gemini. Et si ita quod continuantur pueri vel discontinuantur. Si continuentur hoc est in parte superiori vel inferiori vel secundum totum et si sic accidit quod videntur unum aliquando in inferioribus, in superioribus autem sunt plura capita debito et humeri vel talia vel econverso. Propter etiam rupturam secundine accidit accidit aliquando quod generantur pueri totum quia propter rupturam fluit semen in locis non debitis et sic ibi generantur pueri. Similiter aliquando accidit peccatum propter fluxum seminis in matrice et ista eveniunt aut propter rupturam secundine ut visum est aut propter nimiam caliditatem sive delectationem sive contra mulieris propter fluxum scilicet seminis in locis non debitis aut modo non debito inde accidunt diversitates quedam scilicet sunt mulieres in quibus propter causam delectationem movetur semen et dividitur et similiter virtus emissa cum semine et semine sic moto in locis non debitis vel non modo non debito vel diviso fiunt aliquando plures oculi vel brachia vel capita vel ora vel lingue vel diversa situatio eorum et consimilia. Similiter aliquando accidit peccatum propter grossitudinem seminis vel subtilitatem. Cum enim semen fuit nimis grossum propter viscositatem tunc calor fortis resolvit materiam de fumis terrestribus et ideo aliquando accidit anticipando tempus ut quod nascuntur pueri cum dentibus. Hic autem est peccatum non quia si non debet habere dentes sed quia non debet habere tempore quo et talia eveniunt ex fortitudine caloris resolventis fumos terrestres. Similiter ex vicio matricis aliquando propter superfluitatem aliquando propter diminutionem. Aliquando propter complexionem accidunt peccata ut aliquando visa fuit puella nata cum mamillis pendentibus. Respondeo dicendum ergo ad questionem quod in istis omnibus casualibus est error efficientis solum proprie loquendo de errore. Sed si accidat cui est peccatum sine impedimento. Dicendum quod illud quod impeditur est efficiens impeditur scilicet in suis operationibus. Sed quod impedit est aliquando in aliquo continens et sic de aliis ut visum est et sic semper impeditur efficiens et semper errat. Sed peccatum est in efficiente et impediente similiter et error solum in efficiente et potest aliquando esse peccatum in se ipso solum. Sic ergo patet quod potest impediri per causas visas. Potest similiter causa efficiens impediri et errare aliquando propter causas celestes ut propter superiora corpora aliquibus scilicet figuris sive constellationibus existentibus in ariete non est possibilis generatio hominum ut dicit Ptholomeus. Patet ergo per dicta quod error solum est in efficiente nec sic negatur error. Sed dicatur peccatum aliquando fieri in utroque. — Ad primum obiectum cum dicitur agens naturale etc. Dicendum quod error est solum in efficiente sed occasionem errandi accipit aliquando aliunde ut a materia vel alio et licet de se bonum intendat tamen impediri potest et sic errat et sic impedimentum et peccatum est similiter in ipso et impediente, error tamen solum in ipso. — Ad aliud similiter solvendum quod propter superfluitatem vel diminutionem accipit occasionem errandi aliunde tamen est error solum in ipso. — Sed ad tertium quod si materia esset obediens non erraret et sic occasionem errandi capit aliunde. — Sed opponeres si materia sit superflua numquam agens potest abscindere et diminuta addere sicut est in arte cum ars mutet materiam et econverso et sic agens non accipiet occasionem errandi ab alio sed a se tamen sic non faciat. Et dicendum quod quantum ad hoc non est simile et de arte et natura quia non est agentis naturalis descendere vel augere materiam cum sit agens intrinsecum sicut est agentis per artem. Sibi scilicet agens est extra in naturalibus autem agens est virtus mediator emissa cum semine et ideo non est simile nec in hoc potest naturam imitari artem et ideo in natura non est totum peccatum imputandum agenti vel in ipso solo sit peccatum sicut in arte est totum imputandum artifici. — Quis debet esse quo tertium in carne secundum speciem posset fieri occasio sed hec permutatur quia non pertinet ad locum istum. Sed queritur utrum generatio femine sit occasionata vel ab occasione et videtur quod sic quia dicit Aristoteles quod femina est mas occasionatus. — Item generatio casualis est occasionata sed generatio femine est casualis ergo etc. Minor ostenditur quia quod fit preter intentionem generantis generatio eius est casualis. Minor ostenditur quia natura semper intendit melius et perfectius. Mas autem est melior et perfectior femina ergo natura semper intendit marem. Ergo si generetur femina eius generatio est preter intentionem nature. — Item per diffinitionem occasionatorum videtur, ostenditur quia illa sunt occasionata que sunt disconvenientia in membris a generantibus sed femina est disconveniens in membris a generante ergo est occasionata ergo etc. — Oppositum ostenditur quia si generatio femine est occasionata sunt casualia et casualia sunt raro preter dispositionem cursus ergo generatio femine esset raro quod cum sit pluries videtur quod generatio femine non sit occasionata. — Item cuius generatio est occasionata vel casualis est preter intentionem in natura sed femina non est preter intentionem in natura sed magis necessaria cum sine illa non possit fieri generatio ergo generatio femine non est occasionata. — Solutio. Dicendum quod occasio potest accipi scilicet proprie vel communiter. Si proprie accipiatur occasio sic occasionatum est quod est preter intentionem simpliciter et nullo modo intenditur et sic generatio femine non est occasionata quia aliquo modo intenditur ut patebit. Si autem communiter accipiatur occasio pro quod illud dicitur occasionatum in cuius generatione accidit impedimentum vel cuius generatio accidit ex aliquo impedimento licet ipsum intendatur aliquo modo sic generatio femine est occasionata quia eius generatio accidit ex aliquo impedimento cum scilicet semen decisum fuit a patre natura intendens quod melius et perfectius est intendit ex illo semine generare marem cum perfectior sit quam femina. Sed aliquando sic accidit impedimentum ut defectus caloris quo accidente natura non potens generare quod principaliter intendebat generat feminam ex intentione licet eam non principaliter intendat sed aliquo modo. Unde generatio femine accidit ex aliquo impedimento sicut ex defectu caloris sicut cerebrum et generatur ex defectu caloris et sic communiter loquendo de occasione generatio femine est occasionata et ideo dicit Aristoteles quod femina est mas occasionatus sic scilicet intellectu scilicet quod generatio femine non principaliter intenditur sed aliquo modo et quod eius generatio accidit ex aliquo impedimento. — Ad aliud obiectum patet solutio quia licet natura intendat melius et perfectius principaliter cum tamen accidit aliquod impedimentum ut defectus caloris propter quod natura non potest generare quod principaliter intendebat potest aliquo modo intendere generationem femine licet non principaliter et generare feminam cum intentione tali et sic intenditur femina et ideo natura principaliter intendit quod perfectius est et cum ipsum potest sequi generatio cum et tamen non potest sequi principaliter intentum propter aliquod impedimentum potest aliquo modo aliud intendere. — Ad tertium dicendum quod disconveniencia in membris duplex est. Una est quando membrum modo in quo est disconveniencia generati a generante non est conveniens speciei ut quando in manu sunt sex digiti sextus digitus non est conveniens speciei vel plura capita vel consimilia et talis disconveniencia facit occasionem et occasionatum. Alia est disconveniencia in

membris quam illud membrum in quo est disconveniencia generati a generante bene est conveniens speciei et talis disconveniencia non facit occasionem nec occasionatum et talis disconveniencia est in femina vel sue generantis quia membrum muliebre in quo est disconveniencia generati a generante non est contra debitum speciei sed est ei conveniens et ideo similiter talium membrorum generatio est per intentionem nature et ideo non sequitur quod propter disconvenienciam in .i. membro sive instrumento sic generatio femine occasionata cum ibi non sit disconveniencia primo modo dicta. — Et cum disconveniencia natorum ad parentes possit esse in membris vel in dispositionibus membrorum quoniam disconveniencia dicitur esse dissimilitudinem natorum ad parentes. Dicto de disconveniencia in membris nunc de disconveniencia in dispositionibus membrorum videndum

q° est. Et gratia huius primo queritur utrum assimilatio pluris ad patrem vel matrem sit a natura vel quod habeat causam naturalem et quod non videtur quia motus dicitur natura quia est via in naturam illud ergo in quod motus via ergo in ad aliquid non est natura. Sed ista assimilatio pluris ad patrem est relatio sive ad aliquid ergo ista assimilatio non est natura nec habet causam naturalem. Quod autem in ad aliquid non est motus via ostenditur quia ad aliquid sine relatio non intenditur a movente naturali et solum in illud quod est intentum a natura natura dirigit suum motum ergo motus non est via in ad aliquid et sic ista assimilatio non est a natura.

Item quod evenit preter intentionem agentis non habet causam naturalem sed accidentalem ista autem assimilatio evenit preter intentionem agentis ergo non habet causam naturalem. Minor patet quia intentio agentis est generare esse divinum sed autem assimilatio non facit ad illam conservationem ista ergo assimilatio evenit preter intentionem agentis. — Item si ista assimilatio esset ab intentione agentis et a ... tunc suum oppositum scilicet dissimilitudo esset a casu et sic natus dissimilis patri diceretur occasionatus quod cum sit falsum videtur quod ista assimilatio non intendatur nec est a natura.

— Oppositum ostenditur quoniam quod preter intentionem et a casu evenit raro evenit. Sed ista assimilatio non raro evenit sed frequenter ergo non evenit preter naturam ergo est a natura.

— Solutio dicendum quidam quod assimilatio duo dicit. Dicit enim relationem et illud cui est relatio. Sed autem relationem quoniam dicit non est a natura nisi secundum actum et sed vel non intenditur a natura tamen secundum rem in qua fundatur ista relatio et cui est ista relatio intenditur a natura et sic ista assimilatio habet causam naturalem per se. Sed istud non videtur sufficere quia querens de ista assimilatione non querit causam generatis vel dispositionis vel dispositione generationis vel qualitatum in qua fundatur relatio sive habitus assimilatio immo potius de operatione unius ad alterum in ista assimilatione et sic videtur querere de ista relatione et ideo non videtur sufficere et ideo aliter dicendum quod querens assimilatio ut^m illorum sit a natura potest querere causam assimilationis vel naturam illorum in quibus fundatur ista assimilatio sed nec sed nec illud querit questio de assimilatione sed cum similitudo preter sed quod est passio est unitas sive ydemptitas quedam sicut simile est idem eo quod id dicitur de simili ut habetur .5. metaphysice questio querit utrum ista unitas habeat causam naturalem vel ydemptitas. Et est responsio quod ista ydemptitas indubitanter habet causam naturalem. — Ad obiectum primum cum dicitur in ad aliquid non est motus via etc. dicendum quod questio non querit causam relationis sed causam unitatis sive ydemptitatis in huius dispositionibus vel qualitatibus. — Ad aliud cum dicitur ista assimilatio evenit preter intentionem agentis etc. dicendum quod ista assimilatio non principaliter vel per se intenditur intenditur tamen propter aliud quoniam intenditur ut illud generatum sit potencia simile patri et ideo intenditur ut sit ei simile in dispositionibus accidentibus que generati tamen et propter aliud ut melius patebit. — Ad ultimum cum dicitur si ista assimilatio esset ab intentione tunc suum oppositum a casu etc. dicendum quod non sequitur eo quod non principaliter intenditur unde si agens habeat id quod principaliter intendit ut generationem huius individui ad salvandum esse specificum licet deficiat ab eo quod secundario intendit et consequatur aliud ut suum oppositum non tamen generatum debet dici occasionatum eo quod principaliter intentum consequutum est. —

Habito quod assimilatio patris ad filium habeat causam queritur que sit eius causa aut materia aut forma et ostenditur quod forma non sit eius causa quia si forma est eius causa aut ergo forma specifica aut propria non specifica quia sic omnes homines essent convenientes in hac assimilatione cum conveniant in forma specifica eadem ratione nec aliqua forma superior super speciem. — Item ista unitas que est assimilatio illorum est unitas numeralis quia est maior unitas quoniam unitas secundum speciem et maior unitas unitate speciei est unitas numeralis ergo ista unitas est unitas numeralis ergo causa sue unitatis est una numero. Sed nulla forma communior sive superior specie est una numero nec etiam forma speciei ergo nulla illarum erit causa istius assimilationis et sic forma communis non est causa illius assimilationis. Sed nec forma propria sive individualis est causa huius assimilationis quia ista assimilatio est in duobus scilicet in patre et filio vel aliis et ideo non est una numero. Sed nulla forma propria et indivisibilis potest esse in duobus quoniam ipsa est una numero ergo nulla forma propria erit causa huius assimilationis et similiter ista assimilatio non est una numero cum sit in duobus ergo sua causa non erit una numero sed propria forma est una numero ergo etc. — Sed nec materia est causa huius assimilationis quia si esset causa tunc omnes convenientes in materia essent similes sed omnes homines conveniunt in materia ergo tunc essent similes quod falsum est ergo etc. Item cum materia sit a matre sequeretur tunc quod plures semper esset similis matri quod tamen sit falsum relinquitur quod materia non est causa huius assimilationis.

— Ad hoc solet dici ab aliquibus per rationem in dealbabus cum sperma fuit vincens ei assimilatur plures et inde accipiet aliquis quod victoria spermatis unius generantis sit causa illius assimilationis sed quod hoc sit falsum patet quia sperma viri semper vincat sperma mulieris unde viri est sicut motor menstruum autem mulieris est sicut materia sed in actione naturali semper motor vincit materiam et ita sequeretur quod plures semper assimilaretur patri quod falsum est. — Dicitur ad hoc quod spermatis sicut vult Avicenna quedam pars est sordida et quedam pura quoniam autem pars pura vincit tunc plures assimilatur illi cuius pars pura vincit si vero non vincat pars pura sed sordes tunc illa pars impediet illam assimilationem sed hoc non videtur sufficere quia per hoc non possemus reddere causam quare plures aliquando assimilatur avo aliquando patruo aliquando nulli parentum sed extraneo. — Et ideo dicendum aliter sicut dicit Averroys super librum de anima quod membra leonis non differunt a membris cervi nisi quia anima organizans et informativa membrorum differt ab anima. Est ergo differentia inter membra leonis et cervi quia anima organizans non eodem modo organizat hic et ibi et quia per idem esse et simile est anima organizans in membris huius leonis et illius ideo membra omnium leonum sunt similia et similiter ipsi leones. Et quia aliquando anima diversificatur organizare vel in aliis aliis ideo hinc membra dissimilia. Hoc autem advertendum quod una forma aliquando per diversa esse causat diversum effectum et similiter diverse forme per

idem ee cum eiusdem effectum. est g causa
huius assimulationis. h. s. q virtus mouens
et disponens mmu p idem ee disponit eam
hic et inde. et h ydempnitas virtutis generan
tis in ee est causa huius assimulationis et quia
est ideo aliquando patri aliquando matri aliquando
nulli de parentibus h generaliter assimulatur.
quia virtus mouens p idem ee pot disponere
mat in pte et ple ul in aliis. h adhuc q
est aliqs que est causa huius ydempnita
tis quia dicitur ydempnitas ee causa assi
milationis quia ydempnitate h ee virtus mouens
p idem ee mouet i generatione plus ul p
simile p equale mouet in generatione plus
ul minus. Et dico quod causa huius ydemp
in ee est quia in est superfluum 3e digestionis
ante decisionem sui ad generationem assimulatur
nature generantis in q assimulatione assimulat
sibi virtute regulante operationem ea
dem naturalis ad generationem sibi convenien
tis in spe. illud quod conveniens in spe non
solum intenditur complere generatum ad actum
primum qui est in formatione membrorum quae for
matio est p perpansim h eius generatum
ad suum actum. s. generatum ad operationem uero
decisa cum semine mouet ad perfectionem
eius generatum ad primum actum et generatum
ad finem et completa tota operatione ultimo
fit forma rei ista aut forma non pot
in operationem nisi p quantitatem debitam
et formationem et talia. et ideo ad hoc quod pos
sit in actum suum sive in operationem
suam et ex hoc quod ex ea exigitur operatio
requirit numerum et debitam quantitatem et h
requirunt simul et ideo primo est assimulatio in
lineationibus membrorum et in figura. ista aut
fiunt h proportionem calidi frigidi humidi et
sicci quia p calidum mouet virtus mouens
in semine ad lineationem membrorum et quia
adhuc virtus agens i semine quia est p
potentialis suam. s. virtuti patris multo assimilatur
generatum generanti generatum ad actionem suam. s.

generatum ad operationem et ideo assimulatur eum
patri generatum ad quantitatem de sua spe quali
tatis. s. generatum ad naturalem potentiam ul in
potentiam p quas debet generatum exire de primo
actu ad suum. s. ad operationem et quia h opera
tio non pot ee nisi cum debita quantitate et
figura proportionalibus patri ideo uult assimu
lare in figura et debita quantitate. et quia figura
et quantitas eueniunt h proportionem cali
di humidi frigidi et sicci que sunt qua
litates prime ideo assimulatur in qualitatibus
primis et quia ea que sunt in tertia spe qua
litatis causantur a primis qualitatibus
ut album nigrum a calido ul frigido
et humido natura sive virtus mouens
assimulat generatum generanti in eis que
sunt de .3. spe qualitatis et p h assi
milatur ut frequenter plures patri ul
matri. et ideo ut breviter sic recolligere.
h est causa assimulationis generati ad
generantem. s. ydempnitas virtutis mouen
tis ad generationem in semine in ee ad vir
tutem mouentem in generante et causa
huius ydempnitatis in ee est quia cum semi
ne emittitur virtus assimulata virtuti ge
nerantis in digestionibus debitis in ipso
generante et calor naturalis proportionalis calori
generantis p quem ista virtus debet agere
in semine ad generationem et ista virtus i semine
regulat illum calorem ad generandum
genus et quia virtus agens sic est assimu
lata et similiter calor qui est suum instru
mentum ideo est ydempnitas virtutis in
semine in ee ad virtutem mouentem
in patre. quod aut sic assimulatum est patet quia si esset
esset illud alimentum quod tam effectum est
sperma cum sua virtute et calore in nutrimen
to membrorum et fuisset tamen virtus generan
tis non fuisset superfluum et quia h virtus cum
suo calore est eadem h ee cum virtute
generantis ut patuit et idem semper nata
est facere idem ideo h virtus cum suo ca

intendit primo et principaliter ex isto semine
generare simile generanti generatum ad actum
suum sive operationem quia aut illud non pot
ee simile ei generatum ad suum actum nisi que
mat tamen eo in qualitatibus 3e spei
qualitatis ideo intendit eum assimulare
illis non pot aut assimulare ibi cum
eo illis nisi assimulet eum illi in figura et
quantitate non pot aut eum assimulare in fi
gura et quantitate nisi assimulet in primis
qualitatibus intendit ergo assimulare ge
neratum generanti in primis qualitatibus et ab
illis causantur h similiter et ideo ex consequenti
est assimulatio in illis que sunt de .3e. spe qua
litatis. et ideo causa huius assimulationis
est ydempnitas predicta. sic ergo ista similitu
do est propter conforme ee virtutis mo
uentis in semine ad virtutem mouen
tem in patre quod conforme ee accepit in
complemento ultime digestionis. h aliquando
non est possibile virtuti agenti in semine ut
attingat illud ee conforme i suo mouente
quod est in patre et h propter commixtionem seminis
patris cum menstruo h attingit ee conforme
in matre. et tunc non assimulat generatum
generanti eo quod declinat a tali conformita
te h matri assimulat et ideo dixit Aristoteles in de
animalibus quod cuius sperma fuit vincens ei assi
milatur plures non intelligens quod aliquando
sperma mulieris vincat sperma viri cum
semper sit eius ut ostensum est h intel
ligit quod cuius sperma fuit vincens quantum
ad hoc quod si virtus mouens in semine
magis deveniat ad esse conforme virtuti
mulieris quam viri magis assimulat
mulieri quam viro et si eius fuit eius et si
totaliter deveniat ad ee conforme viri
totaliter illi assimulabitur. h adhuc a
liquando non pot devenire ista virtus ad ee
conforme patris ul matris h declinat ab
illo et aliquando cum sic declinat a conformi
tate in ee patris ul matris que est maior

conformitas devenit ad minorem conformi
tatem cum non possit attingere maio
rem et tunc assimulat generatum h maiorem
minorem conformitatem et sic accidit quod
assimulat generatum avo ul proavo et istam
conformitatem minorem recepit i patre ul ma
tre quam semper in posteriori derelinquitur h
tus et conformitas prioris motoris et ideo
cum non pot attingere assimulationem patris
ul matris tunc si pot attingit assimulationem
avi ul proavi. Ex dictis patet quod ista assimulatio
naturalis est et frequenter assimulat plures
patri ul matri et ex h videmus multociens
magnos generare magnos filios licet
aliquando impediatur. et ex dictis patet. cum albi que
rimur in omnibus speciebus qualitatis et quod a
liquando albus album generat et quia ista similitudo
h qualitates .3e. spei melior et excellentior ual
de intenditur. aliquando aut plures nulli de
parentibus assimulatur h generaliter. et nulli assimu
latur quia virtus mouens in generatione illius
h idem ee mouet quod mouit in generatione
illius. et bene possibile est quod diverse virtutes
h idem ee mouentes mouentes indicant
similes effectus. causa aut quare iste diverse
virtutes h idem ee moueant cum h non sit
quia virtus mouens in generatione illius recepit
illam conformitatem in patre ul matre ex
constellatione ul forte ymaginatione matris sicut
visum fuit de regina que concepit nanum propter
fortem ymaginationem de nano ul consimilibus cau
sis. His visis redeundum ad rationes contra quod
quod nec forma nec materia h id quod est est cau
sa huius assimulationis h ydempnitas forme mouen
tis in semine h ee ad formam que mouit
i generatione illius cui assimulatur plures. h di
cit aliquis quod causa h assimulationis debet ee v
na numero h h ydempnitas quam ponis non e
vna numero ergo etc. dico quod non debet ee vna
numero h vna similitudine et sicut simile est v
num et satis est idem sive unum si sit vna
similitudine vnum idem continet tb sic sile

et equale ut patet in x° methaphisice et sic nec ista assimilatio que est effectus huius ydemptitatis non est una unio. Et cum probatur quod unitas assimilationis est unitas unio quia est maior unitas quam unitas secundum speciem, dicendum quod unitas quedam est essentialis, quedam accidentalis. Unitas autem essentialis maior unitate secundum speciem est unitas numeralis, sed unitas accidentalis maior unitate secundum speciem non facit unitatem unio. Unde si convenirent aliqua in multa accidentali convenientia plus quam specie, non oportet quod sint eadem unio, nunc quia ut soror et Plato sunt albi, non sequitur quod sint idem unio. Nunc autem unitas assimilationis licet sit magis unitate secundum speciem, cum tamen sit unitas accidentalis, non sequitur quod sit una unio, nec quod sit ydemptitas numeralis, et quia ista ydemptitas non est una unio, non oportet quod sua causa sit una unio. — Viso de monstris in aliis, consequenter dicendum est de monstris in plantis. Et queritur primo utrum possit esse monstruositas in plantis sicut in animalibus. Et videtur quod sic, quia monstruositas in animalibus est cum aliquod animal habet membra diversarum specierum, quia monstruositas est disconvenientia naturalis ad parentes in membris propter coitum aliorum specie differentium tempore impregnationis convenientium raro contingens. Et ideo alia de quibus loquebatur Empedocles que figuras habuerunt humanas inferius, aut bovina superius vel alicuius speciei alterius, fuerunt monstra. Cum ergo simile sit reperire in plantis ramos diversarum specierum, videtur quod in plantis sit reperire monstruositates. — Item in generatione geminorum, sicut vult Avicenna, natura est impedita, producit enim cum alio quod seorsum et per se debet producere, et quia sic producitur aliquid cum alio ideo ibi dicitur esse monstrum sive occasio. Cum ergo simile inveniamus in plantis et in earum fructibus, inveniuntur enim planta cum planta simul generari et fructum cum fructu ut duo poma quan-

doque vel duas nuces, videtur quod consimiliter monstruositas erit in plantis sicut in animalibus. — Item si monstruositas est disconvenientia et cetera, et si ideo est monstruositas quod diversum specie est generatum a generante sive quando generans generat aliud diversum specie ab ipso, ergo maior disconvenientia faciet maiorem monstruositatem. Sed reperimus avem generari ex planta ut bernaca que est avis, et aliquando generatur ex planta, et hic est magis disconvenientia quam cum aliquod diversum specie generatur, ergo hic maior est monstruositas. Videtur quod monstruositas sit in plantis. — Item agens minus sollicitum secundum naturam est agens facilius et frequentius errat quam agens magis sollicitum. Sed natura est agens magis sollicitum in generatione animalium quam plantarum, ergo magis et frequentius errat in generatione plantarum quam animalium. Sed monstruositas evenit ab errore nature, ergo frequentius accidit monstruositas in plantis quam in animalibus. — Oppositum ostenditur quia hoc videtur negare in littera. — Item per rationem videtur ostendi similiter, sicut enim monstruositas ut patet per suam diffinitionem non accidit nisi quando est commixtio seminum aliorum diversorum specie tempore impregnationis convenientium et cetera. Tunc cum in generatione plantarum non sit commixtio seminum, videtur quod in plantis non eveniet monstruositas. — Item si non accidit monstruositas nisi corrupto principio, immo si principio nihil tunc vel est impossibile vel difficilis corruptio principii nullus ibi fuit impossibile evenire vel difficile monstruositatem. Sed in plantis impossibilis vel difficilis est corruptio principii nullus quam in grossa et rudis est; ergo in plantis erit impossibilis monstruositas vel difficilis, vel quod si eveniat in eis raro tamen. — Item nec videtur quod in plantis possit esse occasio aliqua licet possit esse in aliis, quia occasio non est nisi disconvenientia naturalis ad parentes in multitudine vel paucitate membrorum, et quia in animalibus

membra debent esse

Dui

membra debent esse in determinato numero, ideo in eis potest esse occasio. Sed in plantis non est determinatus numerus membrorum sive ramorum, ergo in plantis non potest esse occasio licet sit in aliis. — Solutio. Dicendum sicut iam concessum est quod non potest esse monstruositas in plantis nec occasio penes numerum membrorum eveniens sicut evenit in aliis. Sed alia occasio accidit in plantis que est quod natura producit coniunctum et cum alio quod seorsum et per se debet producere sicut consimiliter accidit in geminis. Unde error nature duobus modis vel pluribus fit. Uno modo in generatione membrorum diversarum specierum licet quidam dicant quod iste error sit tantum a corporibus supercelestibus sive constellationibus, quia ut dicunt animalia diversarum specierum male possunt convenire ad invicem et si coeant non tamen possunt generare, quia non potest esse commixtio seminum. Sed hoc falsum est, quia certe licet alia distant specie bene tamen potest esse commixtio seminum eorum tempore impregnationis. Secundus error nature est in numero membrorum sicut quod aliquod animal habet plura vel pauciora membra quam deberet habere. Tertius error nature est quando natura producit coniunctum et cum alio quod debet seorsum et per se producere. Sed tertio modo solum potest natura errare in plantis, potest enim sic producere cum alio quod seorsum et per se debet producere. Unde isto tertio non potest errare tantum in plantis quantum in aliis. Sed cum accidit in aliis maior est error quam quando accidit in plantis, quia ubi maior est intentio ibi maior est error si deficiat intendens ab intento et ubi minor, minor. Sed maior est intentio nature in generatione aliorum quam plante, quia magis sollicita est circa digniorem generationem et aliud dignius est quam planta, et ideo si natura deficiat ab intento et erret quantum ad tertium modum errandi in aliis et in plantis maior est error in aliis quam in plantis. Actum in plantis est error sic

ergo in plantis non potest esse monstruositas nec occasio nisi modo dicto. — Ad primum obiectum cum dicitur quod in una planta est reperire ramos diversarum specierum arborum et cetera. Dicendum quod hoc verum est sed hoc non est a natura sed per insitionem et artem, quia natura hoc non posset facere. Nec tamen licet ista arbor habeat sic ramos diversarum arborum, et hoc non per naturam, tunc etiam dicetur hoc esse a casu, nec talis arbor a casu quia non est preter intentionem quia artifex hoc intendit. Nec etiam licet sic habeat tales ramos dicetur ibi esse monstruositas, quia monstruositas debet esse in uno quod est unum unio. Ista autem arbor non est una simpliciter immo quoniam coniunctione una et hoc proximo in situ ita coniunguntur partes. Dicendum est una continuatione sicut continuum est unum et non sicut aliquid est unum per formam naturalem additam continuo, quia alia est anima specie perficiens hanc partem plante ab anima perficiente illam. Et licet sic sint diverse anime in diversis partibus plante non tamen oportet quod ubicumque parti detur nutrimentum sibi quolibet sui partem et ideo hoc sufficit in proposito. — Ad secundum cum dicitur monstruositas est in aliis propter hoc quod producitur cum alio quod per se deberet produci ut in geminis et cetera, solutum est. — Ad aliud cum dicitur de bernaca quod generatur ex arbore et cetera, dicendum quod illa avis non generatur ex arbore sed ex aliis sibi convenientibus in specie ut bernaca ex bernaca. Dicitur enim quod illa avis frigidissima est et ponit sua ova. Positis autem ovis pre frigore ipsius avis non habet de se ista avis ut possit producere pullos ex ovis suis et ideo querit illam arborem que calidissima est naturaliter ex qua etiam liquatur thus pre nimio calore arboris et iuxta arborem ponit ova sua nulla et propter calorem arboris producuntur pulli ex ovis illius et ita ex illius

65

ouis generantur bernace et sic ex ibi generatio convenientis in specie ex genere et dato contrario ut si ova alicuius avis ut pavonis supponantur ponentur sub gallina producentur ex illis pulli et erit generatio convenientis in specie a convenienti. Unde et licet ponamus aliquam ova alicuius avis a cornice sub specie sub cornice et licet ibi recipiant aliquam proprietatem accidentalem ut nigredinem producti pulli non tamen differunt a primo generante per proprietatem specialem sed accidentalem talem solum. Et ad huc est generatio generans agentis in specie. Istam opinionem de facili non evellerem ego. Sed sensibiliter videtur quod bernace non generantur ex ovis ut ibi dicunt in arbore positis quia ibi non ponuntur ova. Sed videntur sensibiliter quod generantur in profunditate plante sive ligni in cortice. Unde dico quod ibi est generatio animalis ex planta eo modo quo fit generatio animalis ex putrefactione et generatur sed animal ex putrefactione illud. Lignum enim naturaliter calidissimum est et sed propter quod ex ipso liquatur thus per nimio calore et est molle et per nimio calore ipsius ligni et mollitie interius putrescit et maxime quando pungitur (?) magis maris vel quando attingit mare per suas radices vel truncum quando tunc per calorem aque marine intrantem venas ipsius arboris confortatur calor ipsius ligni et est maior et fit putrefactio ligni interius et tandem per istam putrefactionem devenitur ad proportionale esse ipsius bernace et generatur bernaca et exit ex arbore et ideo ista generatio non est monstruosa nec est ibi monstruositas sed generatur animal ex putrefactione.

-- Ad aliud cum dicitur natura plus amat quod melius et ideo magis sollicita est in generatione animalis quam plante etc. Dico quod verum est quod natura magis est sollicita in generatione animalis quam plante et sed propter duo verum est quia generandum est nobilius et dignius et perfectius et ideo circa re similis magis est sollicita. Aliud est quia tamen ex qua generatur animal facilioris lesionis et passionis est quam ex qua generatur planta et ideo ne ledatur talis tamen in tantum quod natura finem desideratum et intentum non possit consequi et consequenter cum talis tamen de facili possit ledi tamen, oportet tamen magis esse sollicitam in hac materia sed tamen plante difficilius est passionis et lesionis cum sit tamen grossa et rudis et ideo gravis (?) multam lesionem sustineret ad huc natura posset consequi intentum et non minus valeret ad eius integrationem. Et ideo non oportet quod sit in hac materia sollicita et ideo non sequitur licet minus sit hic sollicita quam ibi quod hic frequentius eveniet monstruositas quam ibi quia non magis impeditur in plantis quam in aliis. Sed minus non propter se nec a parte sui sed a parte materie que difficilius est passionis et hoc interim non potest ledi quin natura possit consequi suum intentum. Et ideo in plantis non accidit monstruositas nec accidit in ut dictum est vel si accidit sed tamen est raro.

-- Cum per accidens non possit esse monstruositas nisi in aliis. Quaeritur utrum sit possibile esse tale monstrum quod in superiori parte habeat membra hominis in inferiori autem bovina vel equina quod sic videtur quia Aristoteles videtur sed concedere in hac littera -- oppositum ostenditur quia octavodecimo de animalibus videtur sed negare. -- Item minor est diversitas inter marem et feminam quam in tali animali quod habet membra diversarum specierum sed idem non potest esse mas et femina simul quia si mas est tunc calidum vincit in generatione si femina tunc frigidum impossibile est autem simul vincere calidum et frigidum ergo impossibile est similiter tale animal esse quod habet superius membra humana inferius autem bovina. Quod similiter cum in coitu isto ad generandum tale animal sint diversa semina utrumque non potest vincere et si sic tunc vincens assimilabit sibi tamen ergo tale animal non potest esse.

-- Solutio dicunt quidam quod generatio talis animalis est possibilis solum per corpora superiora et non ex commixtione seminum quia ut dicunt impossibile est licet coeant alia diversarum specierum inde evenire fructum et si eveniat semper alterius semen vel vincet et ideo assimilabit sibi tamen. Sed respectu corporum superiorum est sed bene possibile quia coeuntibus animalibus eiusdem speciei tempore inpregnationis itaque predominat virtute a corporibus superioribus aliter movebitur in una parte seminis quam in alia et sed propter corpora superiora habentia diversos aspectus super inferiora et causantia in eis diversos effectus et sic in superiori parte alicuius potuit generari membra humana in inferiori autem alia et cum sed adducunt auctoritatem Ptholomei dicentis quod sole existente in quadam parte arietis non est possibilis generatio hominis et hoc propter quod superiora habent suos effectus super inferiora et ideo ipsa respicientia diversimode tamen generationis et diversas sui partes possunt diversos effectus producere. Sed dicimus quod possibilis est generatio animalis habentis membra diversarum specierum et sed ex commixtione seminum tantum scilicet quod virtus unius seminis vincat in una parte et alterius in alia similiter diversas ut dictum est quod aliquando hic generatio non est possibilis a parte maris tamen possibilis per respectum ad corpora superiora visum est enim quod nati sunt capud caninum (?) et ibi non est possibilitas ad generationem talis animalis ex commixtione seminum quia semen canis non potest commisceri cum semine humano eo quod non possunt coire adinvicem. Visa est et camelia (?) que habuit quosdam catulos et quosdam setellos (?). Et sed similiter non potest esse per commixtionem seminum eadem ratione qua nec prius. Sed oportet quod sed sit per respectum ad corpora superiora. Potest ergo concedi quod bene possibile est generari animal habens superius membra humana inferius autem bovina vel alia et sed vel ex commixtione seminum vel propter respectum ad corpora superiora.

-- Cum autem oppositum quod Aristoteles videtur hoc negare decimo octavo de animalibus dico quod ipse negat tale monstrum evenire ex coniunctione aliorum convenientium specie et hoc per seminum commixtionem. Unde sed bene est impossibile quod aliquid generatum ex diversis specie et hoc est per seminum commixtionem sit tale. Sed non est impossibile tale generari ex diversis specie per respectum ad corpora superiora ut ostensum fuit de catulis camelie.

-- Ad aliud cum dicitur minor est diversitas inter marem et feminam et cetera. Dico per interemptionem quod bene possibile est idem habere sexum maris et femine quia visum est quod quedam domina nobilis habuit filios de domino suo et ipsa et habuit filios de ancilla sua et sic ipsa ancilla fuit et mas et femina. Et cum opponitur si est mas tunc calidum vincit in sui generatione et cetera. Dico quod propter victoriam caloris vel frigiditatis non accidit talis sexus nec talis sed cum si est calor sufficiens generatur generatur mas. Si autem defectus sit in calore generatur femina sed bene potest esse quod a semine maris sit calor sufficiens ad generandum masculum et ex semine partis ad generandum feminam vel econverso et tunc non est defectus in calore vel frigiditate sed una virtus informativa membrorum non vincit aliam sed utraque facit sua membra sibi competentia et hoc et sed non in una parte et tamen in alia. Et bene potest esse quod in tamen ex causa sit membrum virile sit defectus caloris et in alia sufficientis calor et ideo aliud (?) non cogit.

-- Ad aliud similiter dico quod in generatione talis monstri impossibile est quod virtus utriusque seminis vincat secundum totum tamen. Sed cum una virtus prius vincat in una parte et sic ibi generatur membra sibi competentia alia autem in alia et sic potest esse animal superius habens membra humana

infusus bovina vel alia. Contra dato quod possit esse aliquod tale habens membra diversarum specierum queritur utrum sit unum individuum vel plura et quod unum videtur quia dicit Aristoteles in 7o et in quinto quod unum continuum est simpliciter unum sed tale animal est unum continuum ergo etc. Item vult Aristoteles quod id quod est unum secundum motum est unum simpliciter sed tale animal est unum secundum motum ergo est unum simpliciter et ita est unum individuum. Item unum individuum simpliciter est quod est unum per formam additam continuo et ideo illud est unum quod habet unam formam perfectivam sed tale animal habet unam formam perfectivam quia habet unam animam anima autem est perfectio animalis ergo ipsum est unum individuum simpliciter. Quod autem tantum habeat unam animam ostenditur quia ab una anima tantum est unum membrum principale quia tantum habet unum cor et similiter tantum habet unam sensitivam eadem ratione quia tantum habet unum cerebrum ergo tantum habet unam animam ergo est unum individuum. Oppositum ostenditur dicit Averroes quod si differunt membra leonis a membris cervi hoc quia anima informans et organizans membra differt ab anima sed in talibus animalibus sunt figure membrorum diversarum specierum ergo illa membra sunt a diversis animabus ergo habet plures animas et sic tunc non est unum individuum. Item per Aristotelem 7 de animalibus illud quod est intus movens sive motor intrinsecus in semine ad generationem alicuius est completa existimatione ultima forma rei sed illi motores in generatione talis animalis sunt differentes specie cum inducunt membra diversa per speciem ergo iste forme complete motum differunt specie et sic tunc non est hoc animal unum individuum. Possemus dicere quod illud animal non est unum individuum sicut nec planta que est una per insitionem est unum individuum plante et sicut planta que sic non sit unum individuum simpliciter cum tamen una germinatione et unum continuum et sic unitas ut dictum est est sufficiens ad hoc quod hec planta moveatur uno motu et sicut est de planta sic posset dici de

tali animali. Sed hoc forte non est sufficiens quia ex quo illud animal habet unum membrum principale ut patet quia habet unum cor et unum cor(?) cerebrum de necessitate habet unam animam et si habet unam animam est unum individuum et si haberet plures animas haberet plura membra principalia ut plura corda et tunc non esset unum individuum. Videmus enim quod illa que non habent unam animam sed plures non sunt unum in continuitate et ideo non sunt unum individuum ut patet in geminis quia duas habent animas licet sint continua et ideo duas habent voluntates et duo membra principalia ut duo corda et duo cerebra et ideo de illis geminis est simile et de planta una per insitum sed de tali animali non est quo sed de animali quod habet membra differencia specie vel diversarum specierum et quod habet unum membrum principale et ideo dicendum de tali quod ipsum est unum individuum propter causam prius visam. Ad primum obiectum dicendum quod membra leonis differunt a membris cervi quia anima differt ab anima. Sed hoc non est causa immediata sed alia est immediatior ista scilicet quia anima leonis et anima cervi sive motores in istorum seminibus habent aliud esse et aliud in informatione membrorum cervi et leonis ideo generant alia differencia et figuras membrorum differentes. Unde non est causa immediata quod membra huius differunt a membris illius quia anima differt ab anima. Sed quia sub diversum esse movet in generatione huius et illius. Unde si sub idem esse moveretur hic et ibi possent facere similitudines patris ad filium. Unde potest accidere quod diversi motores in diversis seminibus moveant sub idem esse et quod diversi moveant sub diversa esse et ideo oportet quod possibile sit contrarium invenire scilicet quod eadem forma sub diversa esse moveat in diversis generationibus quia arguit Aristoteles si aliquid est motum tantum scilicet quod non movet et si aliud est movens et motum necesse est invenire movens tantum quod non sit motum octavo physicorum a simili arguatur in proposito sic est invenire diversa moventia in diversis

in animalibus hoc et illud ut possum(?) fuisset sicut de assimilatione patris ad.

seminibus movere sub diversa esse et alia diversa in diversis seminibus movere sub idem esse ergo erit reperire idem movens in eodem semine movere sub diversa esse et hoc in diversis partibus ipsius seminis et hoc et aliquando a complexione seminis et virtute(?) in natura per Aristotelem. Sic argueretur si est reperire extrema et medium et similiter ad. Sic dicendum quod anima una sub diversa esse movet in eodem semine secundum diversas sui partes est reperire in tali animali quia in una parte vincit unum forma in alia aliud et ideo intus una seminis movet sub diversa esse in diversis partibus et ideo facit membra diversarum specierum et licet hoc aliquando non accidat quia complexione et natura seminum potest tamen evenire per materiam ad corpora superiora et ideo aliquando in una parte secundum diversum et aliud et aliud esse motoris sunt membra alterius(?) et in alia extrema. Unde non est causa immediata diversitatis membrorum quia anima differt ab anima semper. Sed quia per aliud et aliud esse movet hic et ibi. Ad aliud dicendum quod non sunt in semine ex quo generatur tale animal virtutes moventes differentes secundum speciem sed una intus movens differens secundum esse tantum et ideo ista membra licet sint similia membris diversarum specierum solum tamen differunt penes esse diversa et non specie et ideo est unum individuum specie differens solum penes esse diversa in diversis membris sicut et sunt una movens in generatione solum differens secundum esse in diversis partibus seminis. Circa casualia et monstra nature adhuc queritur et queritur de generatione muli et est prima questio utrum eius generatio sit naturalis vel casualis. Et dicitur cum mulus generetur ex equa et asino cuius species est 3 de causa sterilitatis in mula. De primo ergo queritur utrum generatio muli sit naturalis et non sit generationis modo quo non sit aliquid a natura dum intendatur a natura et ideo est questio utrum ista generatio sit naturalis vel casualis et ostenditur quod casualis primo per auctoritatem quia cum non sit ab arte est a casu vel a natura quam similiter non est a fortuna et quod non a natura ostenditur quia septimo physice prime dicit Aristoteles

quod semper est generatio convenientis ex convenienti nisi sit extra naturam generatum aliquid et exemplificat ut mula ergo generatio mule non est a natura ergo a casu. Item in alia translatione loco huius habetur si non fiat aliquid preter naturam ut prius ergo etc. Item in de animalibus dicit quod generatio muli est contra naturam ergo etc. Item ostenditur per rationes quia Aristoteles 7 physicorum post supra predictam propositionem scilicet semper est generatio convenientis ex convenienti declarat sic dicens quod omne quod fit natura vel artificio fit a sibi conveniente specie nomine et diffinitione sed mulus non fit a sibi conveniente specie nomine et diffinitione cum fit ab asino et equa ergo non fit a natura nec ab artificio ergo necesse a casu. Item natura generans et intendens individuum intendit ipsum propter esse specificum vult enim salvare esse specificum per generationem similis a suo simili et propter hoc concedit natura illi individuo cuius esse specificum intendit virtutem generativam ut conservet esse specificum per illam sed patet per Aristotelem multis locis cum ergo individuo natura non concedit generationem sibi similis esse specificum non intendit ergo nec illud intendit. Sed mulo non concessit virtutem generativam ergo ipsius esse specificum non intendit ergo nec individuum muli et si sic tunc eius generatio est a casu. Item agens intendit ut sibi assimilet passum et generans generatum sicut habetur in de generatione ergo si generatum non sit assimilatum generanti erit preter intentionem generantis sed mulus est huius(?) quia nec asino nec eque assimilatur ergo preter intentionem generantis generatur et si sic tunc eius generatio est casualis. Dicendum forte aliquis ipsum generatum licet nec asino nec eque assimiletur tamen generanti quia assimilatur nature medie resultantis ex commixtione seminum eque et asini sub temperamentum nature dico moventi ad generationem muli et sic est ibi generatio convenientis a genera[nte]

et non casualis. Sed quando iste forme scilicet asini et eque sunt forme specifice et ideo impossibile est eas commisceri adinvicem quando sunt specie contrarie. Et si sic tunc non potest una natura resultare ex illis. — Item non est compositio forme cum forma sicut est ostensum in septimo. Sed si resultaret una natura ex hiis seminibus esset compositio forme cum forma ergo et cetera. — Item ista semina corpora sunt ergo non possunt commisceri penetrare se invicem ergo non possunt commisceri et ita non erit una natura media ex illis. Et si sic generatio muli erit casualis. — Oppositum ostenditur quia quod semper fit vel frequenter eodem modo non est a casu. Sed generatio muli semper vel frequenter fit eodem modo ergo et cetera. — Item quod est a causa determinata non est a casu eo quod que fiunt a casu non habent causam determinatam eo quod habent causas infinitas. Sed generatio muli est a causa determinata quoniam est a commixtione spermatis asini cum spermate eque ergo non est a casu. — Solutio. Dicendum quod aliquantulum simile est de generatione muli et de generatione aliorum ex putrefactione sicut enim est de generatione aliorum ex putrefactione si attendamus ibi primo calorem segregantem et resolventem et consumentem in illa materia ex qua debet tale aliquid generari et moventem in quantum calor non in quantum calor naturalis attendamus in quantum ipsum sic moventem devenitur ad proportionem aliquam generandi ille deventus ad hanc proportionem est a casu quia natura non intendebat istum deventum nec calor ibi movebat intentum calor naturalis ut in quantum congregans et ad formam conducens sed in quantum calor et in quantum segregans et consumens et a forma deducens. Sed cum deventum sit ad hanc proportionem in tali materia iste calor prius segregans iam fit congregans et ad formam talis aliquid conducens et modo amplius ut calor naturalis et tunc est amplius ibi processus naturalis et generatio talis aliquid per in-

tentionem nature et ideo referendo ad principium motus illius et antequam deventum sit ad proportionem illam dicetur sed aliquid generari a casu quia a casu deventum est ad illam proportionem referendo eum ad finem motus et postquam deventum est ad illam proportionem dicetur tunc aliquid generari a natura et per eius intentionem et ex sibi debitis. Et ideo dixit Aristoteles quod forte sunt alia ex putrefactione et per se a casu quia sicut deventum ad hanc proportionem dixit illa esse a casu. Sed autem ulteriorem motum dixit forte sicut sed est. Consimile est in generatione muli quodammodo quia naturale est quod quilibet aliquid coeat cum alio simili in specie quoniam ad hoc movet ipsum natura et naturaliter coeuntibus aliquibus eiusdem speciei nisi accidat impedimentum ex commixtione istorum seminum resultat proportio ad generationem similis in specie. Sed non est naturale quod aliquid coeat cum alio diverse speciei sed est quodammodo in contrarium nature et aliquibus sic coeuntibus non est naturale quod deveniatur ad proportionem debitam ad generationem alterius aliquid et si devenitur ad talem proportionem sed non est cum intentione nature sed a casu. Cum autem deventum sit ad hanc proportionem ulterior motus est a natura et generatur tale aliquid per intentionem nature et ideo referendo generationem muli ad primum agens scilicet extrinsecum scilicet virtutem resultantem ex commixtione seminum proportionale cum aliquo sic est ibi generatio cum intentione nature et generantis extrinseci. Et ideo est similitudo generationis talis aliquid et generati ex putrefactione quo ad ista quia est uno modo a casu alio modo naturalis et ideo dixit Aristoteles non generatur mulus ex mulo nisi sicut quidam et dixit quidam propter contemperantium sive debitam proportionalem in seminibus. Est ergo generatio muli a natura uno modo. — Ad primum obiectum cum dicitur quod generatio muli est contra naturam et preter naturam et cetera ex mira per Aristotelem dicendum quod verum est per comparationem ad movens primum quia ideo est extrinsecum scilicet per respectum ad asinum et equam et similiter per respectum ad deventum ad

illam proportionem et sic intelligit Aristoteles. Et sic modo verum concessum est quod generatio muli est preter naturam et contra naturam sed referendo ad agens intrinsecum et ad motum ulteriorem devento ad illam proportionem sic est eius generatio a natura. — Ad aliud cum dicitur omne quod fit natura vel artificio et cetera. Dicendum quod referendo generationem muli ad generans intrinsecum scilicet ad virtutem moventem intrinsecam sic est generatio generantis a genito nomine speciei et diffinitione quia in fine completo motu sit ultima forma muli. Et ideo dixit Aristoteles quod semen movet sicut in eis que fiunt ex artificio et reddit causam quia in eo est forma in potentia referendo tamen ad agens extrinsecum non est generatio generantis a genito nomine speciei et diffinitione et sic modo processit ratio. — Ad aliud cum dicitur cum individuo non concessit natura virtutem generativam alii esse specificam non intendit nec et cetera patebit solutio inferius. — Ad aliud cum dicitur generans intendit sibi assimilare generatum et cetera dicendum quod si referamus generationem muli ad generans extrinsecum scilicet ad asinum et equam cum illud non assimulet sibi generatum in specie dicemus quod generatio muli est casualis et non a natura referendo tamen ad generans intrinsecum scilicet ad principium movens intrinsecum cum illud assimulet sibi generatum specie dicemus quod est generatio muli a natura et non a casu primo modo processit Aristoteles. — Solutio ibi data bona sunt. Et ad primum obiectum cum dicitur forma asini et forma eque sunt forme specifice et cetera dicendum quod nos possumus considerare istas formas in se vel naturas in quibus sunt iste forme radicate. Forme autem in se non possunt commisceri cum specifice sunt et sic bene ostendit ratio cum nature in quibus radicate sunt iste forme ut semina et virtutes seminum bene possunt commisceri. — Ad aliud dicendum quod forma muli non est composita ex formis immo est una forma simplex resultans ex virtutibus et temperamento seminum in eorum commixtione. — Ad aliud dicendum quod licet ista semina corpora sint bene tamen possunt commisceri et penetrare se invicem ita quod totum recipietur in toto

et quelibet pars in qualibet alterius et sic recta commixtio istorum seminum et ideo una virtus potest resultare. — Ad rationes in oppositum dicendum quod bene ostendunt quod generatio muli sit a natura referendo ad movens intrinsecum scilicet ad illud temperamentum resultans ex commixtione seminum. Illud autem temperamentum fit in commixtione istorum seminum eo quod semen asini est frigidum asinus enim frigidus est natura et ideo suum semen frigidum. Semen autem eque calidum eo quod equa calida est. Calido autem mixto cum frigido resultat quoddam temperamentum et ideo in commixtione istorum seminum resultat quoddam temperamentum sive virtus temperata ex qua generatur mulus. Quod autem asinus frigidus sit naturaliter signum est quod adducit Aristoteles quia quando coierit equus cum equa si immediate post illum coitum coeat asinus cum illa equa statim perit generatio illius quod prius fuit conceptum a coitu equi et hoc propter frigiditatem asini mortificantem calorem emissum cum semine equi in equam quia frigiditas asini est vincens naturam seminis equi. Aliud signum frigiditatis asini habetur libro melancolie problematum quod est quod asine non concipiunt nisi temporibus calidis propter earum frigiditatem. — De tertia questione queritur cum dictum sit quod mulus generatur ex equa et asino cuius speciei sit et videtur quod nullius quia esse cuiuslibet speciei est a natura intentum. Sed esse speciei muli non est intentum a natura ergo mulus nullius est speciei. Minor probatur quia cum individuo enim non concessit virtutem generativam alii esse specificum non intendit. Sed mulo non concessit virtutem generativam ergo et cetera. — Item generatum debet esse eiusdem speciei cum generante. Sed mulus generatur ex equa et asino ergo erit utriusque speciei aut nullius quia qua ratione est sub specie asini eadem ratione est sub specie eque sed impossibile est quod sit utriusque speciei quia idem individuum non potest

esse individuum diversarum specierum. ergo mulus est speciei. — Quod autem sit eiusdem speciei cum equa videtur quia Ar. x. phie prime illo capitulo et querendum quare mulier. querit quare mas et femina sint eiusdem speciei et solvit. Sed est ideo quia solum differunt differentia materiali quia idem sperma potest fore mas et femina. mas sed quod non est passum defectu caloris femina sed quod est aliquid passum scilicet defectum caloris. sed semen eque non aliquid passum a frigore asini sed augmentato suo calore propter semen equi fit equus. passum autem aliquid a frigore asini fit mulus ergo idem est semen eque hic et inde solum differens materiali differentia ergo mulus est eiusdem speciei cum equa cum solum differat semen in sui generatione et generatione equi differentia materiali sicut in mare et femina. — Item si menstruo eque commisceatur semen equi fit generatio equi si autem fit passum commixtionem seminis asini generatur mulus talis autem commixtio cum sit materialis non facit diversitatem speciei ergo etc. — Quod autem mulus sit eiusdem speciei cum asino ostenditur quia generans assimilat sibi generatum in specie generans enim habet formam et dat eam ergo cum asinus sit hic generans mulus erit eiusdem speciei cum asino generante. — Item quinto decimo et sexto decimo de animalibus dicit Ar. quod femina dat materiam mas autem animam creatricem (?) et formam. que vult .ii. Ar. quod femina non potest per se generare et reddit causam que est quia femina non potest inducere animam sensitivam potest enim femina ut ipse dicit per se concipere et dare animam vegetativam quia conceptum augmentatur sed non potest dare femina sensitivam sed illam dat mas. dat ergo mas formam et speciem generato sed aliam non potest dare nisi consimilem sibi in specie ergo cum asinus sit mas in generatione muli generatum erit eiusdem speciei cum asino. — Solutio dicendum quod mulus nec est eiusdem speciei cum asino nec cum equa tamen in quibusdam habet convenientiam cum specie equina in quibusdam cum specie asinina nec tamen est sub specie asini nec eque sed specie alia ab illis. Cum primo opponitur quod nullius speciei est concedo quod neutrius speciei est tamen non sequitur quod nullius speciei sit quia est quasi speciei mule que quodam modo participat naturam utriusque scilicet quo ad materiam non autem quo ad formam quia forma non est composita sed simplex. Et cum opponitur esse speciei muli non est intentum a natura quia natura non concessit mulo virtutem generativam dicendum quod esse speciei muli non intenditur principaliter a natura quia generatio muli quodam modo est casualis ut visum est prius et quia non est principaliter intenta a natura hec species ideo individuis eius non concessit virtutem generativam ad salvandum esse specificum sed casualiter est hec species intenta a natura et ideo non concessit ei generationem. et si principaliter esset intenta a natura concessisset ei virtutem generandi et ideo non sequitur quod mulus nullius sit speciei sed quod mulus nullius sit speciei principaliter intente a natura. vel dicendum cum dicitur non est ei concessa virtus generativa dicendum quod habet bonorum (?) via qua potest facere illud quod facit et quod dedit alius aliis ut asino et eque virtutem generativam talis aliis ideo non oportuit quod sic daret mulo quia tunc non faceret bonorum (?) via qua posset. Item si mulus generaret mulum tunc esset mulus naturaliter a natura tamen ergo mulus ut premissum est debet esse casualiter a natura ideo natura non concessit mulo generationem. — Ad aliud cum dicitur generatum debet esse eiusdem speciei cum generante etc. dicendum quod verum est ubi generatio est simpliciter naturalis sed generatio muli est quodam modo ut visum casualis et ideo non oportet quod sit eiusdem speciei cum asino vel equa. — Ad aliud cum dicitur idem est semen eque in generatione muli solum aliquid passum dicendum quod sed menstruum eque est passum in generatione equi caliditate in generatione muli frigiditatem et ideo diversa passum est. sed istam diversitatem non solum ponimus causam huius quod non est eiusdem speciei cum equa sed etiam cum diversitate diversitatem in forma substantiali quia quando menstruum eque recipit semen equi et cum illo calorem equi recipit similiter quandam formam substantialem cum semine que est virtus movens in semine mediante illo calore et similiter quando recipit semen asini recipit quandam formam substantialem cum semine et iste diversitates causant quod sunt diverse speciei. — Ad aliud similiter est dicendum quod quando recipit semen habet illud cum hac diversitate materiali et recipit diversitatem in forma substantiali quia sed commiscentur spermati eiusdem speciei ubi aliter. — Ad aliud cum dicitur generans assimilat sibi generatum in specie dicendum quod si esset ubi generatio intenta (?) a natura tunc generans assimularet sibi generatum in specie nunc autem non est ita. — Ad aliud cum dicitur femina dat materiam et mas animam dicendum quod sic dicit Ar. et alibi dicit quod virtus movens in semine est ab utroque et ideo dicendum quod anima sive virtus movens in semine est ab utroque licet non equaliter. sed tamen de hoc sunt opiniones quia dicitur quod quicquid est ibi a mare est formale. quod autem est ibi a femina est materiale sed hec opinio est falsa quia forma movens materiam ad generationem est ab utroque sed fortior est natura maris in spermate et debilior femine. unde virtute menstrui mulieris conceptum non potest habere animam sensitivam sed virtute seminis maris sed non per illam solum sed tamen magis facit et ideo cum miscetur sperma maris menstruo mulieris forma est a mare principaliter et sic est in proposito quoniam principaliter est ab asino non tamen totaliter sed aliquo modo ab equa. si autem solum esset illa forma sive anima sensitiva ab asino bene forte procederet ratio sed non est ita. et similiter sed anima sensitiva non est ab equa tamen et ideo oportet propter commixtionem seminum habere aliam et temperamentum calidi et frigidi quod ibi fiat generatio tertii alius speciei differentis ab utroque. verumtamen secundum Ar. intelligendum est quod mas dat formam principaliter et femina tamen principaliter ab utroque est et materia et forma. — Ad aliud cum dicitur queritur de sterilitate mule quod omnis mula sterilis dicendum quod hoc est forte quia est animal generatum ex differentibus specie ut ab asino et equa et quia sic sic potest generari ideo forte natura non concessit ei generationem. sed istud non videtur sufficiens quia tunc eadem ratione animal generatum a cane et lupa esset sterile et hoc forte conceditur a quibusdam. sed secundum Nicholaum peripatheticum non oportet istud concedere quia dicit quod istud animal non est sterile. attamen mula est sterilis sed .ii. est ut ipse dicit quia canis et lupus non differunt specie sed sicut animal domesticum et silvestre solum et ideo tale animal non generatur a differentibus specie. et hoc ostendit quia quando generatur tale animal ex cane et lupa licet sit aliquo modo disconveniens tamen si continuetur sua generatio ulterius eveniet tandem quod generatum erit canis et hoc ponit pro signo quod canis et lupus non differunt specie sed asinus et equa differunt specie. et ideo non est simile de mula et alio generato a cane et lupa. aliter potest reddi causa quare mula est sterilis scilicet causa materialis et est quia mula habet parum de menstruo et hoc est quia habet magnum corpus melancholicum scilicet frigidum et siccum et totum alimentum transit in nutrimentum corporis et ideo non relinquitur ibi multum de menstruo et ideo mula est sterilis et ideo licet sufficiat aliquando menstruum ad inchoationem conceptus sive fetus. non sufficit tamen ad nutriendum fetum. nec ad productionem et hoc propter suam paucitatem. unde dicit Ar. quod conceptum a mula est morbidum et hoc est ideo quia non potest nutriri a menstruo mule propter eius paucitatem et hec est causa materialis quare mula est sterilis. causa autem a parte agentis est quia natura intendit salvare

et conservare esse specificum ab ipsa prima materia
et solum illud. Ista autem species non intenditur
principaliter a natura sed solum accidit ut ante
ostensum est. Unde natura operatur multum
a casu ut visum est et ideo non concessit nul-
lo intenter generationem et ideo nulla est finis et
potest esse causa efficiens.

q[uaestio] 3a phi.

Quoniam autem natura quidem est prin-
cipium. – Hic incipit tertius liber Aristotelis de
Physica, qui dicitur tertium et primo
tractatur de motu et est prima quaestio an sit mo-
tus et quod non videtur quia quod solum est in potentia
non est sed motus est solum in potentia ergo mo-
tus non est. Minor probatur quia motus est ac-
tus entis quod solum est in potentia. Actus autem
eius quod solum est in potentia est solum in potentia
ergo motus est solum in potentia. – Et quod nec
sit in potentia nec in actu ostenditur quia ut
dicitur infra in hoc capitulo quod tempus habet
minus esse quam motus et motus quam res sive
mobile, sed igitur motus est eius quod est in potentia
sed quia hic tunc mobile sive res est in potentia
solum et motus ut dictum est habet minus esse
quam res ergo motus non est in potentia et non est
in actu. Motus ergo cum tamen sit duplex esse
scilicet actu et potentia, tunc motus nec est actu
nec potentia. – Item si motus est in aliquo
est et quo non est eius per se sed motus in
nullo esse potest ut ostendit ergo non est. Aliqua
minor ostenditur quia si motus est in
aliquo non potest esse nisi in mobili sed in mo-
bili non potest esse quia si posset esse in mobili
tunc posset esse semper quia mobile potest esse
ubi est sed mobile est in quolibet instanti
et tunc motus posset esse in quolibet
instanti quod est impossibile. – Item cum non
est ipsum non est, cum si ipsum esset aliquid
eius esset sed nihil ipsius motus est quia nihil est
de motu nisi quod factum est vel fit. Sed quod
factum est de eo non est, et quod fit de eo est
cum quod fit non est, ergo nihil motus est, ergo mo-
tus non est. – Nec bene ut videtur cum di-
citur quod motus est per se esse continuati sicut tempus
per se esse nunc temporis, non est quia nunc est et indivisibile
quod motus est per continuatum sed hic non solum quia
non est simile de nunc ad tempus et de continuato
ad motum. Unde nunc est aliquid temporis et
non est de substantia temporis et ideo posito nunc
ponitur tempus. Sed motus non est aliquid con-
tinuati nec de substantia continuati sed eius passio et
ideo non videtur posito motu posito continuato
et ideo non debemus ponere esse motus per se
esse continuati sicut esse temporis per se esse nunc
non est simile. – Item duplicia sunt
entia quaedam in finito esse quaedam in infinito ergo
si motus est aut est in finito esse aut in in-
finito. Si est in finito esse tunc non est sed in infinito
similiter non est quia quod fit non est ergo motus
non est. – Item si motus est in infinito tunc
fit quod autem fit fit per motum ergo motus
fit per motum et sic motus est motus
quod est impossibile et reprobatum ab Aristotele. – Item
si motus fit fit per motum et iste mo-
tus fit per motum ergo fit et iste per alium
et sic erit procedere in infinitum quod non convenit in mo-
tus ergo non fit et si fit non est. – Oppositum
ostenditur per sensum, videmus enim motum
esse. – Item nulla sunt aliter nisi quod
prius quod est impossibile nisi motus esset. – Item
tempus non est sine motu sed tempus est
ergo motus est. – Et istud concedendum est. – Ad pri-
mam rationem in oppositum cum dicitur motus
est solum in potentia et cetera. Dicendum quod non est solum
in potentia et cum oppositum motus est actus eius
quod solum est in potentia et cetera dicendum quod licet aliquid
sit in potentia solum ad aliud ad quod est in
potentia ut leve est actu in potentia ad hoc quod sit
sursum licet non sit actu sursum et sic
motus non est solum entis in potentia sed est en-
tis actu in potentia sed quod hoc licet non est ac-
tu in id ad quod est motus. – Ad aliud cum
dicitur quod tempus minus habet esse et debilius
quam motus et motus quam mobile dicendum quod sermo Aristotelis
est quod tempus est minus cognitum motu
quam motus et motus quam mobile et subiungit causam
quia mobile in sui natura est res et natura
manens quia mobile non solum est in successione
sed id quod est est natura manens.
Unde mobile duplex habet esse, tempus autem
et motus unum tantum scilicet esse in successione et
res sive mobile magis cognitum est tempore
quam motus. Et cum dicitur mobile est solum
in potentia dicendum quod mobile est solum in potentia illud
ad quod movetur, tamen eius actu de se et in sui
natura et permanet. – Ad aliud cum dicitur
motus non potest esse in mobili quia mobile
est in quolibet instanti et cetera. Dicendum quod mobi-
le potest dupliciter considerari aut id quod est et
in se et sic habet esse in quolibet instanti aut
consideratur inquantum est renovans situm
suum et sic non habet esse in quolibet instanti
et hoc modo habet esse in mobili: est motus actus
mobilis et hoc modo habet esse in mobili et
sic mobile est in tempore et ideo cum sit
sit motus est in tempore. – Ad aliud cum

ad q[uaestionem]

dicitur nihil ipsius motus est et cetera. Dicendum quod illud
falsum est quia semper est aliquid de ipso motu
non dico aliquid prius sed aliquid ipsius motus et
illud est mutatio quae indivisibilis est
in motu sicut nunc in tempore non tamen
motus est ex mutationibus quia non est muta-
tio nisi in potentia unde sicut nunc non est in
actu sed in potentia solum consimiliter mutatio
est solum in potentia et dicimus per se esse mutatio-
nis motum esse actu hoc est quia continuat
quod factum est de motu ad id quod fit de
motu sicut nunc continuat quod praeteritum
est de tempore ad id quod futurum est de
tempore et ideo sicut dicimus tempus esse in
actu per nunc et motum per mutationem
quaere autem si non ponat tempus esse ex nunc
et motum ex mutationibus patebit in sexto.
– Ad aliud dicendum quod non ponimus motum
esse per id quod fit est [illegible] ad id quod est
sed magis est in tali mutatione sic pos-
sumus esse motus attribuere ad esse continuati.
– Ad aliud cum dicitur si motus est aut est
in finito esse aut in infinito et cetera. Dicendum quod est in infinito
et cum opponitur quod fit non est et cetera dicendum
quod fieri est duplex scilicet indivisibile quod de-
signatur per mutationem subitam et hoc simul
est cum suo fieri et quando fit est et quando non
fit non est et ideo solum est in suo fieri
quod scilicet mutatur subita mutatione simul
mutatur et mutatum est. Aliquid ergo
de motu fit et quando fit est et solum quando
dum fit est. Alio modo dicitur fieri divi-
sibile et illud quando fit non est totum
autem quod futurum est de motu non est.
Unde de motu nihil est in actu nisi mu-
tatio et ista mutatio est simul in actu
et fit et per copulationem praeteriti motus
ad mutationem quae sola est in actu
dicimus motum esse in actu sicut tempus
dicimus esse in actu per copulationem suarum
partium ad nunc quod solum est in actu
de tempore. Et quod dicitur quod ista mutatio
est in actu et prius dictum est quod est in potentia
non est contradictio quia uno modo consideratur
ut divisio motus et sic solum est in potentia
alio modo consideratur [illegible] quod est continua-
tio motus et sic est in actu consimiliter est
de nunc et ideo tempus et motus possunt
dici actu esse per nunc et mutationem quae
continuant tempus et motum. – Ad aliud
cum dicitur si motus est in infinito tunc mo-
tus fit, [illegible] est infinitum aut fit per
motum aut mutationem et cetera. Et motus
est motus vel mutatio. Dicendum quod quoddam
quod motus fit sed sicut videmus in esse quod
quoddam est eius per se sicut substantia et quoddam
est eius per aliud ut accidens sive passio et
substantia se ipsa est substantia. Similiter videmus
in [illegible] quod quaedam se ipsis [illegible]-
tur ut [illegible] quaedam autem per aliud ut
[illegible]
similiter est de fieri. Aliquid enim fit per aliud ut
magnitudo fit per motum et [illegible]

et qualitas et sic de aliis sicut aliquid est per aliud et aliud mensuratur per aliud et sic sola se ipsa est et quantitas se ipsa mensuratur ita similiter aliquid fit se ipso et sic motus fit se ipso et ideo non sequitur si motus fit quod fiat per motum alium aut mutationem ut ita dicatur. Sed tamen non videtur sufficere quia completum est genus entis scilicet ens in potentia et ens in actu et ens quod est via ab uno istorum ad alterum scilicet quo mediante id quod est in potentia exit in actum et hoc ultimo modo est motus ens quia est via qua mediante id quod est in potentia exit in potentia exit in actum. Sed non potest esse via in se ipsum motum, id est quod una vie pars in aliam et non in se ipsam et sicut tota via est via in aliud et non in se ipsam sic et pars vie est via in aliam partem et non in se ipsam. Consimiliter erit de motu quod motus non erit via in se ipsum sed in aliud et nulla pars motus erit via in se ipsam sed in aliam partem et sic cum motus fit in fieri non fiet se ipso eo quod non potest esse via in se ipsum et fiet per alium motum et sic ut prius motus erit motus et erit procedere in infinitum. — Item si quod fit requirit motum quo fiat quanto quid magis et maxime est in fieri magis et maxime requiret motum quo fiat sed motus magis est in fieri quam forma ad quam est motus. Similiter motus magis est in fieri quanto magis et magis requiret motum quo fiat et sic motus erit motus. — Ad hoc dicendum sicut conclusit precedens ratio quod non est possibile quod una pars motus fit via in se ipsam sed una est via in aliam sicut est de via et concluditur ulterius sed motus non fit se ipso nec fit via in se ipsum cum fit in fieri oportet quod fiat per alium motum et ille motus erit motus. Dicendum quod non sequitur nisi per accidens quia pars motus non est via in aliam nisi per accidens quelibet enim pars motus est via in aliquam partem forme que acquiritur et illa pars forme movet ulterius alterum. Non fiet ibi motus quia probat Aristoteles quod necesse est

movens habet aliquid illius ad quod movetur. Non enim potest moveri ad aliud nisi habeat aliquid illius ad quod movetur aliqua igitur pars motus est via per se in partem forme et per illam partem forme fit via in aliam partem motus et sic motus est motus per accidens et similiter forme per se est motus. — Ad aliud cum dicitur cum motus maxime sit in fieri maxime requiret motum quo fiat et sic erit motus motus per se eo quod suum esse non est nisi in fieri. Dicendum quod cum dictum est quod una pars motus est via in aliam per accidens et in motus est motus per accidens intelligendum quod hoc per accidens non opponitur ei quod est per se sed ei quod est primo quia una pars motus est via in aliam non primo sed primo in aliquid forme. Per accidens enim duplex est uno modo quod opponitur ei quod est per se alio modo quod opponitur ei quod est primo et hoc secundo modo accipitur hic per accidens quia una pars motus est via in aliam per se non tamen primo sed primo in aliquid forme ut dictum est et illud patet in simili scilicet in sensibili per accidens quia sensibile omne dicitur sensibile per accidens ut magnitudo quia sentitur per accidens dicitur autem commune non quia sit obiectum sensus communis quia ipsum est obiectum sensus proprii sed dicitur commune quia est obiectum plurium sensuum et illud sentitur per proprium sensibile non tamen sentitur quod fit sensibile per accidens id est per accidens. Et non primo sentitur enim per colorem qui est proprium obiectum et ita non primo sed tamen per se sentitur quia hoc est ei essentiale scilicet quod fit cum alio mediante quo sentitur quod aliud sentitur primo et per se et magnitudo per se non tamen primo quia non est magnitudo sine colore nec color sine magnitudine et ideo tale per accidens non opponitur ei quod est per se sed ei quod est primo consimiliter est in proposito de motu ut visum est sed non accipitur per accidens ut opponitur ei quod est per se sicut dicitur dyaris filius edificat sed sicut sunt per accidens in sensibili per accidens in et in motu et in motu

locati quia pars et primo acquiritur ubi sit ergo cum et non primo motus. Tunc secundum ad Aristotelem cum dicitur esse motus magis est in fieri quam forma dupliciter potest exponi ista propositio uno modo sic quod dicatur quod motus non habet esse nisi in fieri et forma habet esse in facto esse et manet et sic vera est oratio. Sic enim motus magis est in fieri quam forma. Alio modo potest exponi sic quod magis debeatur fieri motui quam forme sic est oratio falsa quia debetur fieri forme et per formam motui quia non movetur nisi habet ad aliquid forme ad quam movetur et in per formam debetur fieri motui. — Ad illa tamen aliter respondetur quia cum queritur utrum motus fit per motum aut per mutationem dicitur quod fit per mutationem et quia fit per creationem. Creatio autem mutatio est sed hoc propositio non est ad propositum quia cum de motu ad obiectum vel de motu naturali loquimur constat quod iste non fit per creationem et ideo responsio non est sufficiens. — Iuxta dictum quod dictum est aliquid de motu scilicet quod non est eius in mutatione queritur cum videamus motum esse in successione partis post partem et pars una recedit altera accedit et una generatur altera corrumpitur quare igitur motus dicitur successivum et non dicatur recessivum quia eadem ratione qua dicitur successivum propter partem accedentem et que generatur eadem ratione debet dici recessivum propter partem recedentem et que corrumpitur vel quare non. Et similiter debet motus dici esse in suo corrumpi propter partem que corrumpitur sicut dicitur esse in fieri propter partem que generatur. — Ad hoc dicendum quod motus est actus mobilis in potentia secundum quod huiusmodi et ideo motus est in mobili propter potentiam que est in eo potentia autem non respicit factum de motu sive acquisitum de forma sed respicit acquirendum de forma et futurum tamquam illud per quod completur nisi sit potentia coniuncta actui et cum illa quia est de vi nominis respiciat futurum et similiter factum de motu et acquisitum de forma respiciunt id quod est futurum de motu et acquirendum de forma per motum tamquam illa per que complentur et sic respiciunt futurum et

acquirendum de forma et sic potentia est in mobili ut dictum est respectu futuri et acquirendi de forma et ideo dicitur motus in fieri et successione quia semper respicit motus ad id quod futurum est de motu et non dicitur in corrumpi esse nec in recessione quia non respicit ad factum de motu. — Consequenter queritur an sit motus. Videndum est quid sit motus et primo videndum est in quo genere sit motus quia non potest sciri quid sit motus nisi sciatur in quo genere sit quia quidditas habetur per diffinitionem. Primum autem in diffinitione debet esse genus et ideo videndum in quo genere est et videtur quod sit in omni genere quia dicit Aristoteles quod tot sunt species motus quot et entis sed ens per suas species est in omni genere ergo et motus erit in omni genere. — Item motus est ut dicit Aristoteles in hoc libro inter contraria et media sed contraria est reperire in quolibet genere quia sicut ens dividitur per x predicamenta sic et quodlibet predicamentum dividitur per potentiam et actum. Actus autem et potentia sunt contraria ergo in quolibet genere est reperire contraria ergo in quolibet genere est reperire motum et sic motus erit in omni genere. — Item Aristoteles vult in textu quod in eodem genere est motus cum eo quod acquiritur per motum sed res cuiuslibet generis potest acquiri per motum ergo motus erit in omni genere. — Oppositum ostendit Aristoteles. Dicit quod motus est solum in quatuor generibus scilicet substantia qualitate quantitate et ubi non igitur est in omni genere. — Item Aristoteles dicit alibi quod motus solum est in tribus generibus scilicet substantia quantitate et ubi non igitur est in omni genere. — Item commentator methaphisice dicit quod motus est in predicamento quantitatis sicut tempus ergo et cetera. — Item in predicamentis dicit motum esse in genere passionis ergo et cetera. — Item in libro sex principiorum dicitur omnis actio in motu et omnis motus in actione firmabitur vult igitur quod sit in predicamento actionis et ita non est in omni genere. — Item quod in nullo genere sit motus ostenditur quia quicquid est in genere per formam et actum est in

genere sed omnis forma est forma et actus en-
tis actu sed quod habet motus autem non est actus entis
actu sed entis in potentia sed quod hic ergo motus non
est in aliquo genere. Nec obstat si dicatur
quod in genere est forma posita ad ulteriorem
formam. Istud enim non valet quia ista forma
est actus entis in actu licet sit entis in
potentia sed quod est ad ulteriorem formam sic autem
non est de motu et ideo non valet. Item
nec est in genere ut via vel forma vel oppositum
sed motus non est via nec oppositum ut de se
patet nec est forma quia motus est via ad
formam via autem non est illud ad quod est.
via ergo motus non est forma ad quam est
motus nec est forma a qua est motus
ut patet nec aliqua alia quia si esset aliqua
forma cum ad illam sit motus per se ad
motum esset motus per se quod est impossibile
relinquitur ergo quod motus non est forma
non ergo est in genere. Ad huius questionis di-
verse sunt opiniones secundum diversos philosophos. Mo-
tus enim secundum quod habet vero implicationem illius primi
ad quam habet operationem scilicet ad movens ad
motum ad tempus in quo est motus ad illud
ad quod est motus ad id ex quo est motus
et licet ad ista quattuor habeat operationem essentialem
tamen solum operationem motus ad tempus habet ad ta-
lia illorum scilicet ad id quod movet ad illud ad quod est
motus et ad id quod movetur. Non enim habet essentialem
operationem motus ad tempus in quo est motus
nec ad id ex quo est motus sed solum ad tria
predicta et per istam essentialem operationem ad
ista tria quidam considerant motum per opera-
tionem ad movens et cum hoc modo motus non
aliud sit quam effectus ipsius moventis. Iste autem
effectus moventis est actio ideo sic consi-
derando motum dicunt quod motus est actio
et reponunt eum in predicamento actionis.
Aliter considerant alii motum scilicet per operationem
ad id quod movetur sive ad rem motam
et quia hoc modo videtur quod motus est in
re mota et non in movente quia si hoc modo considera-
tus esset in movente tunc omne movens esset
motum et ideo est in moto et propter terminum
ad quem est motus. Passio autem est in mo-
to et ideo dicunt quod motus est passio et quod est
in genere passionis. Aliter considerant alii mo-
tum scilicet per operationem ad terminum ad quod habet
essentialem operationem scilicet ad illud ad quod est
motus et sic considerantes motum diversificantur
quidam enim dicunt quod motus non aliud est quam
forma acquisita per motum ante suam ac-
quisitionem cum est fluens ad esse unde
ista forma potest considerari vel in isto flu-
xu ad esse ante suam acquisitionem perfectam et
tunc idem est quod motus vel potest considerari
post eius acquisitionem et non in isto flu-
xu et sic est quasi stans in suo termino et
non est motus ipsa tamen eadem est per
essentiam secundum istas considerationes diversa tamen secundum
rationem et sic ista forma uno modo est
motus et quia forma ad quam est motus est
solum in quattuor generibus scilicet substantia quantitate qua-
litate et ubi ideo dicunt motum esse in iiii
his generibus et solum in illis. Alii autem consi-
derantes motum per operationem ad terminum ad quod
est motus aliter dicunt. Dicunt quod non est for-
ma fluens ad esse sicut dixerunt alii
sed est vaditio forme ad esse sive transmutatio
sive fluxus et isti sic dicentes diversifi-
cantur quia quidam dicunt quod motus qui
est iste fluxus sive transmutatio sive vadi-
tio non est in alio genere quam in illo in
quo est forma ad quam est vaditio et
quia hec forma est in quattuor generibus ut pre-
visum est ideo ponunt motum esse
in illis quattuor generibus. Alii dicentes quod mo-
tus est fluxus ad esse dicunt quod non est
in eodem genere cum forma ad quam est
iste motus sed generatur per se et seorsum
preter alia et ideo non ponunt motum in
illis quattuor generibus in quibus sunt iste
forme ad quas est motus in uno ge-
nere per se iste dantur divisiones de mo-
tu cum in uno genere sit et omnes iste opinio-
nes habent suos defensores et auctoritates et rationes.
Prima enim opinio considerans motum per opera-
tionem ad movens que ponit motum in
predicamento actionis videtur defendi per
auctoritatem Gilberti Porretani in libro sex princi-
piorum quod omnis motus in actione firmabitur
et ideo videtur debere reponi in predicamento
actionis. Ista similiter opinio habet rationes prima
sic sed motus non aliud est quam quod fluit
ab agente in passum sed quod fluit ab
agente in passum actio est et nihil
aliud ergo motus erit actio. Item per
diffinitionem actionis idem ostenditur quia
actio est illud secundum quod agimus in subiectam
materiam et similiter motus est huiusmodi ergo motus
est actio et ideo erit in predicamento actionis.
Item si motus est in patiente dispositi-
vo et non est actio sed aliud ab actione tunc
erit motus sine motore quia a motore sed
est nisi actio et si motus non est actio et est
est non a motore et sic est sine motore
sed impossibile est motum esse sine motore
quia semper erit cum motore et in a moto-
re sed quod est a motore est actio motus
ergo est actio. Item secundum de anima actus ac-
tivorum sunt in patiente et disposito sed
quod est in patiente disposito motus est mo-
tus ergo erit actio. Item motus nihil
aliud est nisi actus communis activo et pas-
sivo sicut vult in littera sed actus commu-
nis activo et passivo est actio motus
ergo est actio et sic in predicamento actionis
debet reponi. Quod autem non sit actio
ostenditur auctoritate in predicamentis dicit quod
motus est passio passio autem non est
actio motus ergo non est ergo actio. Et ideo
rationes que ostendunt quod est passio os-
tendunt quod non est actio et ideo quod sit
passio ostenditur sic per totum agi-
gatis moveri est pati ergo motus est pas-
sio. Item si motus esset actio tunc omne
movens esset faciens sed libro de generatione
habetur quod faciens dicitur in hoc quod dat for-
mam moto sed hoc est falsum quia non omne
movens dat formam moto sicut patet in
motu ad ubi quia ibi movens non dat
formam moto si enim ibi daret movens
formam moto sequeretur quod corpora supe-
riora essent generabilia et corruptibilia
quia moventur ad ubi et ita ibi reci-
perent formam a movente quod cum
sit falsum manifestum est quod motus non est
actio. Item contra hoc motus facit dis-
tare quod est et hoc quia abicit a substantia sed omne
quod abicit a substantia est passio per illam li-
teram passio enim magis facta abicit a substantia
ergo motus est passio. Item tertia opi-
nio que ponit quod motus est forma
fluens ad esse videtur defendi per
litteram Aristotelis qua dicit quod motus non
est preter res et non est nisi per res et ita vi-
detur habere quod non est in aliis generibus a
rebus. Item Averroes super idem ubi
dicit quod motus non est nisi acquisitio
partis forme post partem. Item idem vi-
detur velle Theophrastus scilicet quod motus est
acquisitio partis forme post partem sicut
nutritio est acquisitio partis nature post
partem. Item hec opinio videtur esse illo-
rum peripateticorum sicut Alexandri Themi-
stii et aliorum. Item hec opinio videtur
habere rationes probabiles prima sic hec forma
pura et ipsa eadem coniuncta potentie
non differunt in esse vel per essentiam
sed forma acquisita per motum est forma
pura motus autem est actus potentie coniunctus.
actus autem et forma idem ergo motus
est forma potentie coniuncta ergo non
differt a forma pura per essentiam sed so-
lum secundum esse scilicet per coniunctionem potentie ergo
motus est forma fluens. Item
motus est ad terminum constat autem quod
iste terminus est ei essentialis aut accidentalis

opinio

si accidentalis et extrinsecus tunc quilibet motus
potest esse ad quelibet terminum indifferenter
sed hoc est falsum quod non est accidentalis et extrinsecus sed
est essentialis et intrinsecus et si sic tunc non
differt motus per essentiam a suo termino ad
quem est et tunc cum motus sit ad formam
non differt a forma nisi sicut forma differens
a forma perfecta esse solum et non perfecta es-
sentia et si sic tunc motus erit forma fluens
ad esse. Item in simili videmus sed idem
si .n. intelligamus punctum fluere sicut
intelligunt mathematici et tandem stare fluxu
suo facit lineam statu non terminat line-
am et nullus potest ymaginari illud punctum
secundum quod statu terminat lineam et fluxu eam
facit differre in essentia sed et inde sed solum
secundum esse quod similiter si forma est in fluxu et facit
motum et tandem stat et cum tunc non
potest intelligi differens secundum essentiam sed et inde sed
solum secundum esse et sic motus ut videtur non erit
differens secundum essentiam a suo termino ad quem est
et tunc motus erit forma fluens et sic
erit in .4or. generibus sicut est forma et non
erit in actione nec passione quecumque
autem rationes defendunt istam positionem des-
truunt priorem. Sed contra istam opinionem est
avicenna qui eam ut dicit abhorret et contra
hoc et sunt ille rationes arguunt .n. sic.
si motus est forma acquirenda aut ista
forma est aut non est. si est tunc ipsa
non acquiritur per motum quoniam quod est quod
non acquiritur per motum. si non est non
intenditur nunc autem forma continue in-
tenditur et intenditur accipitur per
augmentari in ea et sic motus nunc modo
est forma et sic non est forma. Item
principio quinti physicorum querit aristoteles utrum mo-
tus sit passio ad quam est ipse motus
ut utrum motus ad albedinem sit al-
bedo et dicit quod non quoniam motus non est
albedo sed dealbatio ut ipse dicit et sic in-
ducitur per ipsum quod motus non sit forma

questio

et sic non est forma fluens. Item si motus
esset forma secundum aliud esse solum et non differens per
essentiam cum non sit communis univocatio formis ip-
sis que acquiruntur per motum cum ipse sint di-
versorum predicamentorum sequitur quod motus non
esset quid univoce dictum de suis speciebus nec
posset esse et sic motus non posset diffiniri
sed aristoteles ipsum diffinit. Item cum forma non
dicatur univoce de forma que est de genere sub-
stantie et aliorum predicamentorum eo quod ista sunt
in diversis predicamentis si motus esset forma
tunc forma rei recepta in eius diffinitione
esset equivoce dicta et sic non esset competens dif-
finitio. Item si motus esset forma tunc cum
illud quod acquiritur de forma cum acquisitum
est manet sequitur quod motus manet quod
est falsum. quia si motus secundum quodlibet sui quod
sit manet sicut manet forma quam acq-
uirit tunc esset de genere permanentium.
Item si motus esset forma cum forma maxime
sit in fine motus sequeretur quod motus
maxime esset in fine motus quod est impossibile.
Item motus est a motore in mobili et ad
speciem vel locum sed motus est aliud per
essentiam a motore ergo similiter erit aliud per
essentiam a specie sive forma vel loco ad
quam est. vel sic arguatur videmus quod mo-
vere est a motore sicut moveri est ad spe-
ciem vel ubi vel locum sed moveri est aliud
a motore a quo est ergo moveri est aliud a
specie vel ubi ad quod est et sic motus non erit
forma. Item si motus non differt a
forma sive a suo termino per essentiam sed
solum secundum esse tunc motus levis sursum
ascendentis et sursum quod est terminus ipsius
motus non differt per essentiam sed motus
levis ascendentis est infinitus et sic sursum
esset infinitus et sic sursum esset deorsum et
non differendo per essentiam quod falsum est. Item
si motus non esset aliud a suo termino tunc motus
localis non aliud esset quam terminus ad quem motus ali-
quid motu locali quod est impossibile impossibile est

contra opinio hec ponentis

contra hanc opinionem ponentis. De tertia opinione que po-
suit quod motus est medium sive fluxus for-
me ad esse sed tamen non idem in essentia cum illa for-
ma que secundum opinionem posuit ipsum in eisdem ge-
neribus cum ad formam ad quam est ut videtur est. et vide-
tur hec opinio confirmari per aristotelem et defendi qui
dicit quod motus est a natura quia est via
in ipsam et tunc eadem ratione motus erit in .4or.
generibus predictis quia est sua via in formas illorum
generum. Sed contra istam sunt rationes prehabite
quedam quoniam si motus est in eodem genere cum
forma acquirenda tunc motus non potest esse in
aliquo genere in quo non est forma acquirenda per
motum. sed nulla forma acquirenda per motum
est in genere actionis nec passionis et sic motus
non posset esse in genere actionis vel passionis.
Item in .4or. predicamentis eo quod forma ad
quam est motus est in .4or. predicamentis cum
rebus illorum predicamentorum non sit aliquid uni-
vocum eo quod sunt diversa predicamenta per suas
essentias distincta tunc motus non erit u-
nivocus quod nec poterit diffiniri. Item tunc
actus acceptus in diffinitione motus non
erit univocus generis. Nec sufficit respon-
dere quod motus eo quod est anologum quia in
talibus que sunt anologa non equivoca in-
est quod esse earum attribuitur uni primo. sicut
esse accidentium attribuitur substantie. sed sic
non est de motu. sed est in illis .4or. generibus.
Item quando aliquid est vere anologum si de-
beat diffiniri non diffinitur in sua communita-
te nec in suo communi sed in eo quod est prius
sive primo convenit sicut patet de ente. si .n. de-
beat diffiniri diffinitur in illo cui primo
convenit nomen entis sed motus diffinitur
in sua communitate et non in aliquo cui primo
convenit nomen eius ut patet in litera ergo motus
non est anologum. De questione ista
diverse sunt opiniones aut questio ante in quo
genere sit motus opinio communis est quod motus
duplex potest considerari uno modo ut quedam via
sive transitus quo transit forma ad esse et sic est pas-
sio ut habetur in predicamentis. Alio modo potest considera-

ri secundum quod est acquisitio partis post partem forme il-
lius ad quam est motus et secundum hoc non differt a for-
ma nisi ut incompletum differt a completo et ideo
non diversificant speciem quia completum et incomple-
tum non diversificant essentiam vel speciem et
ideo secundum hoc motus est in eodem genere cum for-
ma ad quam est. illa autem est in .4or. generibus
tantum. scilicet substantia qualitate quantitate et ubi et in motus est in
hiis .4or. generibus dicit commentator cum
hiis duobus modis habeat motus considerari.
iste prius modus considerandi est verior primus
autem famosior quia autem aristoteles in logicis ha-
buit loqui secundum famositatem ideo indicavit ibi
primum modum. quia autem hic habuit loqui
secundum veritatem ideo indicavit hic secundum modum
considerandi motum. sed iste modus solvendi
non videtur sufficiens quia non dicit propter
quid motus non habeat poni in omni predica-
mento nisi in .4or. secundum viam istam possumus redde-
re causam huius. Item secundum hoc non habemus reddere
causam quare motus dicatur post predicamen-
tum et qualiter possit esse cum commentator
eum in predicamento de .10. collocet. Item
non habemus secundum hoc dicere qualiter sit de genere conti-
nuorum erit ita quod motus erit in quantitate. Item
quia ipse dicit quod motus non differt a forma
per essentiam secundum unum modum considerandi sed solum
sicut completum et incompletum sed non videtur esse verum
propter rationes predictas. Alii dicunt quod motus
potest considerari dupliciter. scilicet materialiter et formaliter ma-
terialiter consideratur per respectum ad id a quo est sive per
respectum ad efficientem et sic est in genere actionis
et sic motus est actio et sic accipit in tertio phy-
sicorum cum dicit omnis motus in actione
firmabitur formaliter consideratur per respectum
ad illud in quo est ut in subiecto et sic est in
genere passionis et sic consideratur in predicamentis
vel potest considerari per respectum ad terminum sive ad
illud ad quod est et sic est in eodem genere
cum forma ad quam est et hoc dicit aristoteles in litera
sed illud non sufficit quia non habemus secundum dictum eorum
causam dare quare est postpredicamentum vel quare
est res communis sive species cum non sit res al-

contra alia

non declarat autoris tertio physicorum
quod dicit quod omnis motus in actione firmabitur

alia opinio

tivus generis licet sit ad res aliorum generum. Alia est opinio que ponit quod si motus consideretur per respectum ad causam agentem sic non est actio sed effectus actionis et hoc ostenditur quia motus non est in agente ut in subiecto immo potius in paciente. actio autem est in agente tamquam in subiecto ut ponit secundum hanc opinionem et ideo motus non est actio sed effectus actionis per respectum ad causam agentem. si autem consideretur motus per respectum ad paciens sive passum in quo est sic dicitur quod est in genere passionis sed tamen formaliter non est passio sed est id mediante quo passio est in passo. si autem consideretur tercio modo scilicet per respectum ad terminum ad quem est cum motus sit ad formam tunc est aliud est quam fluxus forme ad esse et tunc sicut forma est in quattuor generibus ut prius dictum est consimiliter est motus in illis eisdem. sed hec opinio falsa est et decior precedente quia ponit actionem esse unum quod secundum se est et motum aliud et tertium passionem et sic actio passio et motus erunt tria secundum subiectum quod est contra intentionem aristotelis et similiter contra ipsum ponit scilicet quod actio sit in agente tamquam in subiecto. hoc non est contra intentionem aristotelis quia ipse vult quod sit in paciente in sua littera. ideo dicendum quod motus est considerare ipsum fluxum in se et per respectum ad aliud. si autem consideretur iste fluxus in se sic est indeterminati esse et quicquid est in genere est determinati esse et quod est determinati esse vel est forma vel forma habens vel potencia vel privatio vel habens aliquid istorum et motus nichil horum est ut dicit aristotiles. sed quod sic consideratur scilicet in se et omne quod est

alia opinio

et si esset quiescens non esset motum et si
non esset motum non esset movens. Quoniam mo-
vens physice non movet nisi moveatur non
esset ergo movens. Sed hoc est falsum. Quoniam potentiam
quod de quiescente verum est movens ergo ali-
quid novum verum est in ipso. Sed non est in ipso
aliquid innovatum nisi motus ergo motus verum
est novum in movente et sic motus est
in movente. Item nichil dat quod non
habet sicut dicit Aristoteles in isto et inde concludit
quod movens dat moto motum. Ergo mo-
vens habet motum et sic motus est in mo-
vente. Item idem significat abstractum
et concretum sed dicitur quod abstractum id
quod dicit concretum non ut in subiecto ut patet de albo
et albedine quia album dicit albedinem ut in
subiecto cum ergo movens et motus se habeant sicut
abstractum et concretum ideo quod motus dicit
non ut in subiecto dicit movens ut in subiecto.
Movens ergo dicit motum ut in subiecto non
nisi in movente. Quoniam illud principaliter
dat intelligere rationem denominationis. Ergo etc.
Contra. Motus est actus imperfecti sed quod im-
perfectum. Sed movens sed quod huiusmodi est perfectum ergo
motus non est actus moventis. Item
Aristoteles arguit si motus est in movente tunc
omne movens movetur vel huiusmodi motum non
movetur quorum utrumque est impossibile quia
non omne movens movetur ut ostendit
Aristoteles in octavo quia necesse est devenire ad
movens non motum. Similiter est impossibile quod ha-
bens motum non moveatur quia ibi est
oppositum in adiecto relinquitur ergo quod motus non
est in movente ergo non est actus moven-
tis. Item de significato vocabuli mo-
vens est id a quo est motus sed id quod est
ab alio non est in eo ergo motus non est in
movente ergo etc. Item quod motus sit actus

utriusque scilicet moventis et moti videtur Aristoteles comprobare
dicit enim quod doctio est actus docentis in disci-
pulo vult ergo quod sit actus docentis sed in
discipulo et sic est actus utriusque et sic videtur
comprobare quia dicit quod motus est huius in hoc
et sic motus videtur esse actus utriusque. Item
quod motus sit actus moti manifestum est quod autem
sit actus moventis ostenditur et sic erit actus
utriusque quia duplex est actus primus et secundus
et cuius est actus primus eiusdem est actus
suus correspondens primo. Primus autem ac-
tus datus esse est. Secundus operatio est egredi-
ens ab illo cui primus dedit esse sed actus
primus operantis scilicet sua forma dans ei esse
est operantis actus ergo et actus suus qui est
motus egrediens ab operante est actus opera-
tis ergo motus est actus operantis sed movens
est operans ergo motus est actus moven-
tis et sic ut prius. Item duorum a se non
distantium si aliquid fluat ab uno in alterum
illud est commune utrique. Ergo si actus aliquis
fluat ab uno duorum non distantium in
alterum erit communis utrique. Sed motus est ac-
tus actus fluens a movente in motum
et ista sunt in distantia quia ostensum est
in septimo quod ultimum movens et primum
motum sunt indistantia et non corpus me-
dium ergo motus est actus communis moven-
tis et moti ergo etc. Oppositum ostenditur
scilicet quod motus non sit actus utriusque quia actus
numeratur a multiplicitate suorum subiectorum sed motus
est actus cum ergo movens et motum sint
duo diversa in subiecta habebunt diversos actus
ergo si motus est actus unius non erit ac-
tus alterius et sic non erit actus utriusque.
Item si motus est actus utriusque tunc
erit in utroque ergo erit in movente et si sic
sequitur inconveniens scilicet quod omne mo-
vens movebitur vel huiusmodi motum non mo-
vebitur que ambo sunt impossibilia ergo non
erit in movente et sic non erit eius actus.
Et si dicatur quod est actus moventis et tamen non
est in movente sed est impossibile scilicet quod actus

alicuius non sit in eo cuius est actus non erit
ergo actus utriusque. Solutio dicendum quod si questio
queratur absolute cuius actus sit dicendum quod est
actus communis moventis et moti et hoc probat
Aristoteles in littera quia doctrinatio est actus
communis doctoris et discipuli sed differenter est
motus actus cuiuslibet utriusque quia est actus
moventis non ut subiecti sed ut cause efficien-
tis. Est autem actus moti ut subiecti et sic est
communis actus utriusque differenter tamen. Si autem
queratur quo cuius sit actus motus tamquam
subiecti. Dicendum ut prius quod est actus moti ut subiecti
non moventis. Et cum obicitur quod sic mo-
ventis per proportionem dicendum quod proportio non valet
quia non est eadem proportio quietis ad qui-
escentem que est motus ad moventem quia cum
accipitur proportio quietis ad quiescen-
tem ibi est proportio passionis ad suum
subiectum. Cum accipitur proportio motus ad
moventem ibi est proportio passionis
non ad subiectum sed ad causam efficientem et prop-
ter hoc non valet proportio. Sed cum hoc est verum quod
motus est actus moventis tamquam
cause efficientis et non est tamquam subiecti. Ad
aliud cum dicitur quando verum est de quiescen-
te movens etc. Dicendum quod si fiat verum de non
movente movens sub hac ratione non est
aliquid novum factum vel innovatum in mo-
vente ut in subiecto sed in moto et in moven-
te ut in causa efficiente. Sed cum quod accipi-
tur quando de quiescente verum est movens dicendum
quod est aliquid novum factum in movente ut in subiecto
non solum ut in causa efficiente et
ideo hoc est quia quiescens sed postmodum
movetur movens est physicum et ideo cum
movet movetur et hoc est natura moven-
tis physice et quia movetur tunc movet
ideo motus factus est in eo ut in subiecto
non in quantum movet sed in quantum motum et ideo in
tali movente est motus ut in subiecto
non in quantum movens sed in quantum motum
et in quantum motum est aliquid in eo innovatum
et ideo non sequitur quod motus est in

mouente ut in subiecto in quantum huiusmodi. sed tamen in moto.
— Ad aliud cum dicitur nichil dat quod non habet et cetera. dicendum quod verum est et mouens habet motum non
sicut subiectum suam proprietatem sed sicut causa
efficiens suum effectum et dat eum moto.
motum autem cum habet ut subiectum uel ut suam
proprietatem et modus habendi quo mouens
habet motum est multo dignior et nobilior
modo habendi quo eum habet motum non eum ut subiectum.
— Ad aliud cum dicitur idem significat
concretum et abstractum et cetera. dicendum quod verum est
idem significant tamen cum differentia. sed tamen non
est dicta quam accipitur in arguendo generaliter. tamen non
enim omne concretum significat suam formam
ut in subiecto in quocumque loco ponatur uel sumatur
sed hoc est dicta quod abstractum significat per
se significat non ut in alio concretum autem
ut in alio. sed hoc potest esse multipliciter. quia ut in alio
potest esse ut in causa efficiente uel ut
in subiecto uel ut in signo. hiis enim modis
potest fieri denominatio ut in causa efficien
te cum dicitur dieta est sana. ut in
subiecto cum dicitur corpus sanum. ut in
signo cum dicitur urina est sana.
hiis enim modis sanum denominatiue dicitur.
non ergo est generaliter verum quod concretum id quod
significat significat ut in subiecto sed ut in
alio et mouens similiter significat motum
non ut in subiecto sed ut in alio. scilicet in causa
efficiente et ideo non cogit ratio. — Rationes
in oppositum concedende sunt quia ostendunt quod mo
tus non est in mouente ut in subiecto. — Ille
rationes que ostendunt quod motus est in
moto et mouenti concedende sunt. quia non
ostendunt quod sit in utroque ut in subiecto.
sed uel ut in causa efficiente uel ut in
subiecto. — Ad primam rationem in oppositum cum dicitur
actus uariantur uariositate suorum subiectorum et
cetera. dicendum quod verum est et motus est actus utriusque
sed non ut subiecti. quia tamen est moti ut subiecti et
non mouentis sed ut efficientis sed motus
sine actus non uariantur omni modo nisi
eorum quorum sunt quia non uariantur nisi effi
cientium sed tamen subiectorum et sic cum sit actio
unius ut subiecti non potest esse alterius ut subiecti secundum
predictum modum concedendi. sed ut cause
efficientis. unde motus est actus moue
ntis. sed hoc dicitur multipliciter. uel ut subiecti uel ut
efficientis uel ut signi et ideo non cogit
ratio. Et cum opponitur si motus est actus mo
uentis et non est in eo cuius actus non
est in eo cuius est actus. dicendum quod non est
inconueniens quod actus alicuius ut efficientis
non est in eo cuius est ut in subiecto sed
in alio in ipso autem ut in efficiente.
plus autem non potest conuincere ratio. — De
supposito non est quod motus et generaliter actus
sit in passo ut in subiecto. ideo contingit
in quo sit actio ut in subiecto et quia in
est quod est quod est uel in agente uel in
paciente ut in subiecto. sed impossibile sit
eam esse in paciente ut in subiecto in
quo est passio ut in subiecto erit in agen
te dependente ut in subiecto et quia impossibile
sit actionem esse in passo ut in subiecto
oportet. quia contraria si simul sunt non possunt
esse in eodem subiecto et in quo est unum
non potest esse alterum ut albedo et nigredo
si simul sunt non possunt esse in eodem
subiecto sed actio et passio sunt simul sunt
et sunt contraria passio autem est in pacien
te ut in subiecto ergo actio non erit in eodem
ut in subiecto ergo erit in agente ut in subiecto.
— Item actio est actio agentis in eo uel
in subiecto cuius est actus sed actio est actio agentis
quia non potest esse pacientis quia passio est actio
pacientis et ista non possunt esse eiusdem.
Item si actio esset actio pacientis sequere
tur quod paciens esset in actu et perfectum quod est
falsum. est ergo actio agentis ergo erit in agente
ut in subiecto. — Item est actus perfectus et sui perfectio
est forma rei sui operacio et consequens
se habent sicut in eodem quia … egredietur a primo.
sed perfectio est in agente ut in subiecto quia forma
rei est in re ut in subiecto. ergo et sui erit in agen
te ut in subiecto. sed sui est operatio sine actio.

non ergo et cetera.

non ergo et cetera. — Contra si actio est in agente ut in subiecto cum
actio sit motus ut patet ex libro sex principiorum
quoniam omnis actio est motus et omnis motus in
actione firmatur tunc omne mouens moueretur
uel huius motum non mouebit quorum utrumque
est impossibile. — Item actio est ab agente
ergo non est in agente ut in subiecto. consequentia plana
est. antecedens verum est iam quia perlatum est ab agente.
— Solutio. dicendum quod si fiat questio de actione cuius
est ipsa actio. dicendum quod est utriusque. uno enim modo
est ipsius agentis. scilicet ut cause efficientis.
alio modo pacientis. scilicet ut subiecti quia est actio
agentis non in se sed in alio ut doctrinatio
est actus docentis in discipulo. Si autem queratur
quo cuius sit actio ut subiecti dicendum quod pacientis
et non agentis. — Ad primum obiectum cum dicitur
contraria si simul sunt non possunt esse in eodem
ut in subiecto et cetera. dicendum quod actio et passio secundum rem
et subiectum sunt unus motus. et si habent contrari
etatem habent contrarietatem respectu terminos
solum et non alio modo quia actio est ut ab
agente passio ut in passum et quia secundum rem
et subiectum sunt idem motus ideo sunt in eodem
ut in subiecto et licet contrarietatem habent per respectum ad ter
minos contrarios tamen hoc non impedit quin sint
in eodem subiecto respectu … in re non
autem est simile de aliis contrariis ut de albo
et nigro quia ipsa habent contrarietatem a parte rei et
non sunt unum in re et subiecto. cum ergo dicitur
contraria si simul sunt non sunt in eodem ut in
subiecto verum est de illis que contrarietatem habent a parte rei
et non sunt unum in re uel subiecto ista autem
non sunt talia et ideo possunt in paciente ut
in subiecto. — Ad aliud cum dicitur actio est in
eo ut in subiecto cuius est actio et cetera. Respondetur … in
natura quod non est inconueniens actionem alicuius esse non
in ipso ut in subiecto cuius est actio sed in alio ut
doctrinatio est actio doctoris est tamen in dis
cipulo ut in subiecto et magister … verum est in actioni
bus respectiuis actio enim agentis est in pas
so ut in subiecto. et actio est agentis non ut subiecti
sed ut efficientis. quia sic hoc dicitur uel. — Ad aliud
cum dicitur cuius est actus perfectio eiusdem
est actus sui et cetera. dicendum quod verum est non tamen eodem
modo quia actio que est sui actus agentis est
similiter primus actus. sed perfectio actus est agentis
ut subiecti. sed ut cause efficientis sed ergo actum
habet agens et similiter paciens. sed agens nobilius
habet et digniori modo quam paciens. quia agens habet ut
efficiens et iste modus habendi est dignior. paciens
uero habet sicut in uel subiectum suam proprietatem. — Quia
suppositum est quod actio et passio sunt unus motus
in re et subiecto ideo contingit videre si hoc verum et ostenditur
quod non. quia dicit aliquis quod actio et passio se habent ad
inuicem sicut proportio duorum ad unum et unius ad
duo sed proportio duorum ad unum est dupla propor
tio autem unius ad duo est subdupla. sed iste
proportiones sunt differentes secundum speciem et subiectum quia
sunt diuerse species relationis ergo actio et passio
differunt secundum speciem et subiecto ergo non possunt esse
unus motus secundum rem et subiectum. — Item actiuum
et passiuum sunt contraria ergo eorum actus sunt
contrarii. sed eorum actus sunt actio et passio ergo actio
et passio sunt contraria. sed contraria differunt specie.
que autem differunt specie non sunt idem re
et subiecto. actio ergo et passio non sunt eadem re et subiecto.
— Item possibile est aliqua esse eadem secundum rem et subiectum
et differre secundum rationem et ista sunt eadem numero sed que
differunt numero non possunt esse eadem re et
subiecto ut sol et plato ergo multo fortius que differunt
specie non possunt esse eadem re et subiecto quam
minus conueniunt. et adhuc multo fortius que differunt
genere non possunt esse eadem re et subiecto quia ad
huc minus conueniunt quia in nullo conueniunt nisi
forte in ente sed actio et passio differunt genere
quia sunt predicamenta distincta ab inuicem ergo
actio et passio non possunt esse eadem re et
subiecto. — Item passio est effectus illatus quia actio
nis ergo actio est causa passionis ergo passi
o est alia ab actione per diffinitionem cause quia causa
est cuius esse sequitur aliud sed aliud dicit diuer
sitatem in subiecto per porphirium et aristotelem et cetera phisice
ergo passio est diuisa in subiecto ab actione. ergo non
sunt idem re et subiecto. — Oppositum ostenditur
quia si actio et passio non essent unum et idem
re et subiecto cum utrumque sit motus essent duo motus.

sed ipsa simul sunt ad eandem speciem in numero
duo ergo motus essent simul ad eandem speciem in
numero quod est impossibile non sunt ergo duo re et
subiecto. Item si essent duo secundum rem essent duo
motus sed actio infert passionem ergo actio esset
ad passionem et motus esset ad motum et sic
motus esset motus quod est inconveniens ergo etc.
Item dicit in littera quod actio et passio se ha-
bent adinvicem sicut spacium ascendentis
et descendentis sed spacium ascendentis et descen-
dentis est idem secundum rem differens solum secundum ratio-
nem ergo actio et passio sunt idem secundum rem
solum differentia secundum rationem. Solutio dicendum quod
actio et passio sunt unus motus secundum rem
et subiectum distinguuntur per respectum ad terminos. actio
enim dicitur ut ab agente. passio vero ut
in passum et sunt idem motus sicut est
eadem distancia ab athenis ad thebas a
thebis ad athenas et quod actio sit passio et
econverso. sed quod eadem est distancia et una dif-
ferens penes terminos et similiter est idem
motus actio et passio differens penes terminos.
Ad obiectum primum cum dicitur quod actio et
passio se habent adinvicem sicut proportio
duorum ad unum et econverso et cetera. dicendum quod hoc non dicit
aristoteles in littera sed dicit quod actio et passio sunt
sicut distancia duorum ad unum et econverso. hec
autem distancia est una secundum rem et subiectum et
similiter ideo actio et passio sunt unus mo-
tus secundum rem et subiectum. vel si concedatur quod hoc dicat
littera tunc dicendum quod proportio duorum ad unum et econverso
est eadem secundum rem et subiectum sed differt secundum rationem
et diversorum et cum opponitur quod una est du-
pla alia subdupla et ista sunt diverse species
et cetera. dicendum quod sunt diverse species non tamen sequitur
quod differunt re et subiecto quia in relationibus et in
illis que non habent esse determinatum sed semper
per respectum ad non est requirere diversitatem in per
respectum ad terminos et sic est in proposito. unde idem est
in proposito sicut est de relatione patris ad filium et
econverso. unde idem ubi respectus differens penes terminos
solum. pater enim est a parte est paternitas patris
ad filium filiatio et sunt relationes supponentes

et supponentes et tamen sunt idem re secundum rem et ideo
in talibus si differunt specie non sequitur quod dif-
ferunt re et subiecto. Ad aliud cum dicitur ac-
tivum et passivum sunt contraria et cetera. dicendum quod actio
et passio non sunt contraria quia non conveniunt
genere et ad obiectum patebit solutio suo loco.
vel dicendum quod licet sint contraria non tamen sequitur
quod differunt re et subiecto quia possunt esse unus
motus secundum rem et subiectum. sed sciendum quod dupli-
citer sunt contraria quedam que dicunt res et na-
turas et in illis oportet quod differunt re et subiecto.
alia sunt contraria que non dicunt res et naturas
aliquas sed respectus rerum sicut visum est
de paternitate et filiatione et in talibus contrariis
non oportet quod differunt re et subiecto eo quod solum
dicunt rerum circumstancias et respectus sed solum
secundum rationem et per respectum ad terminos. Ad aliud
cum dicitur que differunt specie et cetera. dicendum quod
que differunt specie si dicunt res et natu-
ras impossibile est quod sint eadem re et subiecto
et magis ea que differunt genere sed si similiter di-
cant res et naturas sed in eis que solum
dicunt rerum respectus et circumstancias licet differunt
genere vel specie non oportet ut visum est. Ad
aliud cum dicitur passio est effectus actio-
nis et cetera. dicendum sicut dictum est quod que-
dam que se se habent ut causa et causatum
dicunt res et naturas et in talibus oportet quod effectus
sit aliud secundum rem a sua causa. sed in hiis
que solum dicunt rerum respectus et circumstancias
non oportet quod talia differunt essencialiter penes
esse et ideo sufficit in eis diversitas secundum esse so-
lum ad distinguendum causam ab
effectu et speciem a specie et non requiritur di-
versitas secundum essenciam. Visum est quod ac-
tio et passio sunt in paciente ut in subiecto
et sunt unum secundum rem et differunt solum
secundum rationem per respectum ad terminos sicut via ab athe-
nis ad thebas et econverso et sicut spacium ascen-
dentis et descendentis et secundum hoc accidit questio
dubitabilis quia actio et passio sunt duo genera-
lissima predicamenta. generalissima autem differunt
non solum secundum rationem sed secundum rem et subiectum ergo et cetera.

maior satis manifesta est et concessa ab omnibus
scilicet quod sunt duo generalissima. quod autem opposita
generalissima differant secundum rem et subiectum facile est osten-
dere quia que differunt secundum rationem et sunt eadem
secundum rem sunt eadem numero. V. metaphysice. et secundum
dicuntur sunt eadem secundum rem differencia secundum rationem
et sunt eadem numero. ulterius que sunt eadem
numero sunt eadem specie et que sunt eadem specie
sunt eadem genere ergo a primo que sunt eadem
secundum rem et differunt secundum rationem sunt eadem genere
talia autem non possunt esse genera prima. ergo si
actio et passio sunt eadem secundum rem et diffe-
runt solum secundum rationem sequitur quod non erunt duo
genera prima. Item triplex est unitas scilicet
unitas quedam unum numero alia unum specie et tercia unum
genere de istis autem unitatibus est unitas maior
maxima unitas specialis minor unitas vero
generis minima ergo que non sunt unum genere non
sunt unum aliqua unitate quia tunc esset accipere mi-
norem unitatem minima ergo impossibile est ea que
sunt diversa genere esse eadem aliqua unitate sed
ergo actio et passio sunt eadem re et subiecto impossibile
est quod sint duo genera prima. Dicet aliquis quod
ista propositio falsa est et manifeste quod dicit quod ea
que non habent unitatem secundum genus nullam habent unitatem
quia contrarium et album differunt secundum genus tamen sunt
eadem numero. sed istud facile est revincere quia cum
album et contrarium sint eadem numero non sunt
eadem numero in unitate sui subiecti. eadem
autem numero unitate essencie non possunt
esse et sic differunt per essenciam album et contrarium numero-
sitate sui esse in subiecto unum sunt et forte
non possunt dici unum numero. Item generalis-
simum est super quod non est aliquid superveniens
genus. actio autem et passio habent unum genus supra se
ergo non sunt genera prima. quod autem habeant unum
genus supra se manifestum est quia motum. motus enim est genus ac-
tionis et passionis secundum enim inquit de actione
passio enim quod est actio continet formatur cum
motus est autem in plus quam forma et de passio-
ne vero est ergo quod motus sic communis genus per ari-
stotilem in topicis. quia predicatur in quid et est in plus. Item
secundum aristotilem libro predicamentorum sicut est alterius contrarietas sic et

negatio et cum multis modis sit negatio immediata ne-
gatio que negat unum genus predicamentum de alio immediata ut hoc est substantia
non est quantitas. si ergo actio et passio essent ge-
nera secundum negationem negans unum de altero esset immediata
et sic sic ergo esset per se quia quedam per se est immediata
sed omne immediatum est per se et hoc probatum est quia primum
demonstrationis est propositio immediata primum autem omnia
demonstrationis est per se est ergo hec per se actio non est
passio per se autem et essencialiter idem cum ergo nega-
tio sit per se et per suam essenciam sive essencialiter
negabitur contrarium a subiecto et tunc ad hoc quod talis
negatio sit vera oportet quod contrarium et subiectum differunt
secundum essenciam et in re et subiecto vel extra hoc medio sic probatur
arguitur talis immediata negatio que negat unum
genus primum de alio sit sic immediata dicitur esse vera et
negans actionem de passione non est vera quia est
contradictoria est vera. hec scilicet actio est passio vel econverso
quia hoc sic vera videtur sic omnis motus est
actio omnis motus est passio ergo aliqua passio est
actio cum ergo premisse sint vere necessarium est con-
clusionem esse veram. Item per sillogismum expositorium accep-
to singulari per medio iste motus est actio iste
motus est passio ergo et cetera. hec maior est hec vera
ergo necessarium est conclusionem contingit sequitur ergo et contra
quod actio est passio. Item quecumque uni
et eidem re motui sunt eadem. sed actio
et passio que sunt isti motui eadem inter se
sunt eadem quia hec est vera actio est passio cum
ergo sic non esset una vera nulla actio est passio et sic
non erit immediata. nec obstat si quis dicat
quod negatio immediata potest esse vera quia ista negatio que
negat unum genus primum de alio necessario immediata et cetera.
quia cum tribus modis sit negatio immediata duo-
bus modis est vera et uno non est. negatio enim que nega-
tur genus primum de sua specie est forte immediata
et falsa illa autem que negatur una differentia condividens genus
de alia similiter est immediata et cetera. Item actio dicitur
per respectum ad agens et passio per respectum ad passum
si ergo isti duo respectus constituunt diversitatem secundum genus
cum actio et passio idem motus sint secundum rem
in uno cum accessus et recessus habent eundem
respectum ad duo tamen cum in re idem sint ut accessus
patet est ad terminum recessus patet est a quo sic essent

duo genera generalissima et sic erunt non solum x genera sed xii et
nullo plura. quod actio et passio sint genera non est
dubium secundum enim philosophum et omnes distinguentes genera
prima. — Et secundo ad hoc videndum sunt plures terminis (?)
tus unus et idem secundum quod est ab agente est actio
ut in paciente est passio. et quod motus iste qui
nominatur nomine actionis et passionis est motus
unus et non duo et distinguitur penes respectus ab
agente et in passum et tamen actio et passio sunt
duo genera propter solum ab invicem distincta species
hos diversos respectus et quod hoc sit verum nullus debet dubita
re sed quomodo secundum est articulus est difficilis. — cum enim ergo ar
guitur per ea que differunt solum secundum rationem et sunt
eadem secundum rem sunt eadem numero que autem sunt
eadem numero sunt eadem specie et que sunt eadem
specie sunt eadem genere etc. potest concedi prima
scilicet quod que sunt eadem secundum rem differentia solum secundum rationem
sunt eadem numero sed cum accipitur ulterius quod que
sunt eadem numero sunt eadem specie et genere ista
dicta licet valde probabilis sit evidens autem
defectus istius potest apparere in relationibus. relatio enim a patre
ad filium est unus et idem numero realiter cum relatione ut est
a patre paternitas est et ut est in filio filiatio
est. paternitas autem et filiatio sunt due species
relationis diverse. paternitas enim est superpositio. filia
tio suppositio. videmus ergo quod una relatio numero ut
illa que est a patre in filium cum sit una numero
tamen secundum diversas rationes quas accipit scilicet ut a patre
et ad filium tamen sit diversa secundum speciem non ergo
generaliter verum quod si aliqua sint eadem numero quod sint
eadem specie nec etiam quod que sunt eadem numero quod sint
eadem genere immo possunt facere in uno et eodem
numero iste rationes scilicet ut ab agente et ut in passum
diversitatem secundum genus sed non sit hoc possibile in omnibus
sicut in aliis unum in subiectis et aliqua sunt eadem
numero sunt eadem specie et que sunt eadem specie sunt
eadem genere et similiter est in quibusdam aliis sed in
relationibus non tenet hoc nec in actione et passione
ut passum est. Quod autem hoc in quibusdam acci
pit et in quibusdam non est hoc quia quedam sunt que
dicunt rem et rem quandam sed esse rei et nature et que
sunt que dicunt rem et rem ut talis que sunt de genere
substantie quantitatis et qualitatis est diversitas secundum essentiam et

in istis que sunt eadem numero sunt eadem genere et
specie. ea autem que dicunt esse rei et nature sunt que
sunt de aliis. A quibus et de istis quedam dicunt
esse unius rei absolute quedam unius rei in comparatione
ad aliquid. que dicunt esse unius rei absolute sunt sicut
ubi quando sicut possunt quando enim idem est quod esse in tempore
et ubi esse in loco et sic de aliis. que autem dicunt dicunt esse
unius rei in comparatione ad aliquid sunt sicut relatio et motus
et de istis adhuc quedam dicunt esse rei in comparatione
ad aliquid esse dico permanens quedam vero non sed esse
fluens. relatio autem cum dicat id quod dicit in com
paratione ad aliquid dicit id quod dicit ut in forma rei
manentis. motus vero dicit id quod dicit in
comparatione ad aliud sed in forma rei mane
tis sed fluentis. unde suum esse est in fieri et suc
cessione. unde in istis diversis debemus attendere
quod que sunt eadem numero in substantia sunt eadem
genere et specie et similiter in quantitate et qualitate non dico
quod in quantitate et qualitate non oportet quod que sunt ea
dem numero quod sint eadem specie et genere quia possunt
esse eadem numero in relatione suum esse vel essentie
si sunt eadem numero in relatione essentie tunc tenet
quod que sunt numero eadem sunt eadem specie et genere.
si in relatione esse tunc hoc forte non tenet in eis
autem que dicunt esse unius rei determinate non est
vera intentio quia hoc sunt eadem genere et specie
si sunt eadem numero sicut et in aliis sed in
illis que dicunt esse rei in comparatione ad aliquid habent
ista plus de esse que dicunt id in forma rei ma
nentis quam que dicunt in forma rei fluentis
ut relatio plus habet de esse non tamen magis habet
esse in permanendo licet videatur esse magis renovatione
ut in ea est motus et ideo dicitur ergo. unde sig
nificatio esse debile quod habet motus dicitur quod
minoris cognitionis est esse est magnitudo quam
motus propter determinationem sui esse et cognitione sue
et ideo statim dat ei sua res distinctionem secundum genus
cum enim sit expers distinctio secundum esse esse est inequale
est magis esse distinctum secundum speciem minus
esse secundum non genus minime potuit ergo determinare per suam
rem distinctionem secundum genus. distinctionem secundum speciem per
suam rem sibi non potuit determinare et ideo esse
in specie determinat secundum per respectum ad id ad quod habet comparationem

tamen et ideo licet relatio unum relatio determinet secundum genus reci
pit tamen diversitatem secundum speciem penes illa ad que est
relatio. et quod in relatione una relatio numero et genere est
differens secundum speciem et hoc est satis notabile. motus
autem sicut apparuit minoris determinationis est quam
relatio et ideo non potuit sibi determinare genus et hoc
fuit dictum in precedentibus. unde questio fuit in quo ge
nere esset motus propter indeterminationem sui esse ideo
motus iste tamen sit unus secundum rem et idem et
differens secundum speciem et secundum genus habet aliunde scilicet pe
nes ea ad que est quod est autem quod reponitur res
in genere vel specie id quod habet causalitatem ad rem.
quia ergo motus non potest habere determinationem
in genere unde si est de se habet ab eo quod habet
rationem causalitatis super ipsum hoc autem est ut ab
agente et in passo et ideo ut est ab agente
tantum collocatur in genere et ideo recipit de
terminationem sui esse in genere determinato utpote
quia ut est in passo tantum est determinatus generis
et ideo licet motus de sua re tollens genus sibi de
terminet tamen iste determinationes tales determinant
motum secundum genus et si per se prius habuisset collo
cationem in genere indubitanter iste rationes tales
distinguerent motum statim et primo secundum speciem
et facerent diversas species relationis sed quia motus
non habebat determinationem sui esse de se per quod repo
neretur in genere ideo iste rationes causales
motui addite distinxerunt eum secundum genus in
determinatus enim quod non sequitur si sint eadem
numero quod sint eadem genere et specie in relatione enim
fallit quia relatio que est eadem numero et genere
est diversa specie in motu et fallit quia quod est
idem numero non est idem genere. — Et tertia dubi
tatio iste rationes causales addite motui que
sunt ab agente et in passum eo quod debent
esse essentiales ipsi collocent ipsum in genere
quare non collocant eum in eodem genere in quo
est agens et paciens sed faciunt genera separa
ta. id habet facilem dissolutionem. hoc enim est propter ean
dem causam propter quam naturalis philosophia non
est pars philosophie prime nec ei subalternata et hec
philosophia prima est de substantia secundum quod huiusmodi vel de
ente secundum quod est. naturalis autem philosophia de substantia

mobili secundum quod est. vel ente mobili. nunc autem hec differentia mobile
addita super substantiam quod est ens vel substantia non egreditur
essentialiter secundum quod substantia vel ente secundum quod ens quia non
omne ens est mobile et ideo est additio differencie
accidentalis et ideo sunt diversi modi philosophie essentia
les non enim egreditur motus a substantia agente secundum
quod substantia est nec ab ente in quantum ens et sic et est
in proposito et ideo ista non essentialis non collocant
motum in eodem genere cum agente sed per
ipsam constituitur novum genus sicut constituitur
nova philosophia cum additur mobile super substantiam.
— Et pluralitas et ideo est quod cum motus sit
de genere quantitatis ut habetur in v. physicorum per tempus per
motum et locus est de genere quantitatis quare
habemus ab istis tribus genera generalissima ut a loco ubi
quia ubi nichil aliud est quam esse in loco et a tempore quando quod
non est nisi esse in tempore et a motu actionem et pas
sionem et quare a motu duo a loco et tempore non
unum et quia linea superficies et corpus et similia non
non faciunt diversa genera generalissima et videtur
unum accidens. Secundum est quod linea superficies et sic
de aliis sunt quantitates per se locus tempus
et motus per accidens. plane enim vult Aristoteles quod
motus est quantitas per accidens hic predicamentorum nec
autem tempus non est quantitas nisi propter motum mo
tus ergo unus vel vere est quantitas quam tempus sed
tamen apparet in v. physicorum ubi dicit quod continuitatem habet
tempus a motu et motus a magnitudine et ubi tempus
habet continuitatem ab eo habet et quantitatem magnitudo
ergo ut linea superficies sunt de se in genere
quantitatis alia autem per accidens quia ergo non habent esse
de se in genere sed solum per accidens ideo iste rationes
causales addite constituunt diversa genera et
non reponimus in eodem genere quia non habent
esse in eo nisi per accidens habemus ergo ab istis tribus
scilicet motu tempore et loco genera generalissima quia ista sunt
indeterminata esse et solum sunt in genere per ac
cidens. alia autem sunt per se in genere et a mo
tu habemus duo genera generalissima propter duas rationes causales
additas scilicet ut ab agente et ut in passum
a tempore autem et in loco unicum propter unicam rationem
causalem additam scilicet esse in tempore vel in loco. patet
ergo ex dictis quod actio et passio sunt duo genera generalissima.

ꝑ dca pȝ sľnsio ad omnia assūpta qm̄ pmo arº
qr aliq̄s bñ posset ēē eadem rōne a pte cen
ꝛ eius qd est simile in tpis q̄ tn̄ bñ possit
differre gnē ꝑp rōnes tales supadditas.
Ad aliud qd arⁿ· ꝗ· ꝙ actio ꝛ passio hn̄t
unū gº sup̄ se qr motum ꝛc· dꝯ qd nō oꝫ
qd omē illd qd est ī plus ꝛ ꝑ mag̃ sit
gº qr ēē eius ēēt gº dico ꝑꝑē loquēdo de ge
nere· qr gº dicitur dupr· s· ꝑꝑē ꝛ ɔ̄ter·
ɔ̄ter appellat gº qd est gnāle sic appllā
uit arⁿ· dr̄am gº· dr̄a· n· collocat sb ge
nere cum ī rei ṽitate gº nō sit ꝛ sic
motus est gnāle nec ꝑp iº oꝫ ꝙ sit gº
ꝑꝑē ṽm arⁿ· appllauit gnē qd nō est
actuale gº ꝛ cum motus sit ɔ̄mune qd
nō est actuale pōt sic dici gº· i· gnāle ꝛ
nō ꝑꝑē gnūs· Ad illd qd obicit· ꝗ· ꝗ
negatiua actio nō ꝛ passio est ī me
gº eentiale remo² unū ēēntiā ab alio
ꝛ sic differunt ēēntia ꝑ eenciam· dꝯ qd
in h̄ nōīe actio duo cadunt cum· n· di
co actō dico motum ut ab agente ēē
in h̄ dico aliq̄ qd est ɔ̄ue actōni ꝛ pas
sioni qd· s· est motus ꝛ dico sr̄ illam
rōnem causalem q̄ est ab agente q̄
est eencialis actōni ṽm actio· sr̄ est de
h̄ nōīe passio· si gº sit inť actōem ꝛ
passionem diuisitas ista attendit ī rō
nibꝫ talibꝫ nō in eo qd est in eis ɔ̄e
qd· s· est motus· cum gº dicit̄ hec
actio nō est passio est ꝑ se ꝛ eencial
ꝛ sic oꝫ ēēma eencialē differe dꝯ qd
oꝫ diuisitatem inť ipa attendi a pte
rōnum causaliū ꝛ nō a pte moť
qd est simile in signis ipoꝫ ꝛ h̄ ut vi
sum est sufficit ī distinctione coꝫ
q̄ dnt ēē rei in ɔ̄paratōne ēē dico sīu
cuius ꝛ sic eencialiť distinguitur actō
ꝛ passio nō qr diuisitas eencias signi
ficent ɔ̄trium ad iº qd similiť cadit in
significatis illoꝫ sꝫ qr signt̄ id̄ ɔ̄tiōni
bꝫ ēēntibꝫ eencialiť abinuicē distinctis.
ꝛ eodē modo ꝑndd est ad aᵈ illd ꝙ h̄

nō est sr̄ actō nō est passio ī mo ṽ
sicut h̄ illa nō est ɔ̄trias ꝛ cū ꝑbat
ꝙ eiꝯ ɔ̄dictōr est ṽ· s· h̄ qd actō est pas
sio ꝑ pⁱ· 3e· sic ꝛ ꝑ sillm expositoriū dꝯ qd
uteriꝫ est ꝑaᵐ actiualis ꝛ h̄ rō est qr licet
maior ēēntias medio rō sit ɔ̄ueniens ꝛ ēēn
cialis in se tn̄ est ei actiualis h̄ qd medius
rē recipit sup̄ se minorē ēēntiałe· nunc
aut̄ in ꝑmo actiualis h̄ dꝫ attendi ꝙ una
ēēntias est actiual medio nō in se forte
sꝫ in rōne ad aliam ēēntiatatem· Ad
illd qd post ea obicit qd actō ꝛ passio sut
eadem ṽm ꝛ eadē ut iste motum· dꝯ qd
in actione duo sunt ut visum est· s·
motus ꝛ ista rō causalis supaddita ꝛ
simil̄ in passione aut̄ gº accipiat̄ ꝙ
sunt eadem ṽm rōne motus qui ē
talis ī signis istoꝫ aut̄ rōne causaliū
rōnum· nunc aut̄ ṽm est qd iº ɔ̄ue qd
est simile ī tpis ꝛ idem ī utroꝫ sꝫ ulť rō
nes tales adiecte nō sunt eedem ali
cui ṽm ꝛ inde ē ꝙ nō oꝫ ēēntia ī illo
sillo ɔ̄iungi qr nō ɔ̄iunguntur alicui ṽ
in rōne diuisitatum causaliū ꝑ illos
· n· differunt actō ꝛ passio ut pius dcm̄
est ꝛ licet in motu ɔ̄ueniant nō tn̄ ꝑ
sum dicē qd actio est passio sicut nec
possum dicē qd homo est asinus licet
in ali ɔ̄ueniant qr qlibet gnūs ul̄ spēs ɔ̄
paciū ad aᵈ gº sibi disparatum ul̄ ɔ̄trium
ul̄ spēm in ɔ̄one ɔ̄patur ad ipm̄ rō
ne forme ɔ̄trarie signate ꝑ ipm̄· Ad iº
qd ultimo arⁿ ꝙ accessus ꝛ recessus debēt
face diuisa gnā mᵃ ꝑ diuisos rᵒ sicut
ꝛ actio ꝛ passio ꝛc· dꝯ ut pius qd iste
diuisitates siue diuisi rº causales nō in
quibꝫ faciunt diuisa gnā mᵃ sꝫ oꝫ qd iᵈ
in quo faciunt gnālissima nō h̄eat
de se ṽm determinet sibi gº ꝙ accidebat
ī motu ī accessu aut̄ ī recessu nō est
sr̄ ꝛ ideo nō valet· Q'a ɔ̄trioꝫ eadē
est scia qr nō cognoscitur ṽnū nisi
cognoscatur reliquū ad cognosᵈ gº motū

ṽᵈ est de ɔ̄ete ꝛ de quiete duo videnda ē
pmū in quo gnē sit q̄es· sīm cui⁹ sb
sit q̄es· qd aut̄ q̄etis gº sit actᵒ indr̄
pmo qr sicut dicit arⁿ· ī ꝓº· ɔ̄trietas est
maxiē diuisitas coꝫ que sunt sb eodē
gnē uult gº qd ɔ̄tria sunt ī eodem gnē
motus aut̄ ꝛ quies sunt ɔ̄tria ꝛ motᵈ
est actus gº ꝛ quies est actus· Item
mobile est in duplici potē· s· in pot· s· ad viā
ꝛ ī pōt ad ɔ̄m cuius aut̄ potē ad viam ꝑfi
citur ꝑ motū cuius ul̄ potē ad ɔ̄m ꝑficit
ꝑ quietem in iº rō si gº illa ꝑfectio q̄ est
ꝑfectio potencie q̄ se h̄t mobile ad viam
est actus multo forcius quies est actus.
Item actus ꝛ ꝑfectio sunt eadem gº si
ꝑfectibile aliq̄ ꝑfectōne sit actus multo forciᵈ
ꝛ illa ꝑfectio q̄ ꝑficit est actus in qtō
aut̄ uult arⁿ· qd quies est ꝑfectio motᵈ
q̄es dico inqtō ad quē ṽm talis quies ī
opponitē motui q̄es gº erit actus cum mo
tus cuius ꝑfectio est quies sit actus· Itē
sic arguatur sicut se h̄t quies ad causam
quietis sic motᵈ ad causam motus gº
ꝑmutᵃ sicut se h̄t causa quietis ad cau
sam motus sic q̄es ad motū sꝫ causa q̄e
tis ꝛ causa motus se h̄nt sicut ɔ̄pletū
ꝛ inɔ̄pletū qr simil̄ motus ꝛ q̄es se h̄e
bunt sicut ɔ̄pletum ꝛ inɔ̄pletum· ɔ̄ple
tū aut̄ ꝛ inɔ̄pletum nō differunt gnē
ꝗ quies erit ī gnē actus ꝙ aut̄ cau
sa q̄etis ꝛ causa motᵈ se h̄eant sicut ɔ̄
pletum ꝛ inɔ̄pletum pꝫ qr forma in
ɔ̄pleta est causa motus· forma ɔ̄pleta
est causa quietis· Item motus est ac
tus qr est eius qd est in actu inɔ̄pleto
ꝗ gº quies sit eius qd est in actu ɔ̄
pleto multo forcius quies erit actus.
oppositū ostenditē quia si quies sit actᵈ
aut̄ gº ꝑfectus aut̄ imꝑfectus sꝫ nō est actᵈ
imꝑfectus· qr actus imꝑfectus qui est ipfecti
ꝑ qd est ipfectum tale aut̄ nō est quies.
ꝛ ꝑterea· si quies ēēt actus imꝑfectus tūc
quies ēēt motus cum motus sit actus

imꝑfectus· ul̄ sic si q̄es ēēt actus imꝑfectus
cum actus imꝑfectus sit eius ī potē sꝫ qd
h̄ quies ēēt eius in potē sꝫ qd h̄ı· tale
aut̄ est motus quies gº ēēt motus h̄
est fīm gº nō est actus imꝑfectus· qd aut̄
quies nō sit actus ꝑfectus pꝫ· qr actus
ꝑfectus in motu semꝑ est ē ad qd est mo
tus· motᵈ aut̄ est ul̄ ad locum ul̄ ad
formā cum gº quies nō sit forma aut
locus ad quem est motus nō erit ac
tus ꝑfectus omīo gº nō erit actus· ꝙ
aut̄ quies sit actus ꝑfectus ostenditur
qr motus est actus imꝑfectus qr est im
ꝑfecti gº eadem rōne quies erit actus
ꝑfectus cum sit ꝑfecti· Ad h̄ dꝯ ꝙ q̄es
nō est actus sꝫ potius est ꝑuatio actᵈ
sicut sꝫ doctrinam arⁿ· tenet· n· arⁿ· qd
motus ꝛ quies opponuntur sicut h̄itus
ꝛ ꝑuatio in· ꝗ· n· ṽ docet oppōm motᵈ
ad motum ꝛ ad q̄etem· qr aliq̄s ei di
cēt ꝙ tn̄ ṽnū ṽm opponitur dº pla
ne qd motus opponitur motui ɔ̄trie
quies aut̄ ꝑuatiue ꝛ ꝑuatiua aliquo m̄
sunt ɔ̄tria ut docetur in· xº· in· ꝗ· ꝛ dis
tinguit ī mobile ꝛ uno modo ī mobilitas q̄es
est ꝛ dicit plane qd quies est ꝑuatio
susceptiui motᵈ· in· ē· ꝛ dicit ꝙ quies
est inmobilitas nō cuiuslꝫ sꝫ eius qd
est aptum natum moui· h̄ aut̄ est
dispō ꝑuatōnis ꝑꝑē· gº tenet arⁿ· ṽꝫ
ꝙ quies est ꝑuatio nō est gº actus ū
sicut dicit arⁿ· ꝓo h̄ ꝙ ꝑuatio est q̄da
modo spēs qdam m̄ qr uult ēē ī alio
sicut actus extendendo gº nom̄ actus
pōt dici actus sꝫ ꝑꝑē est ꝑuatō actus.
cū gº obicit̄ ꝑmo qd ɔ̄tria sunt ī eodē
gnē· motus ꝛ q̄es sunt ɔ̄tria ꝛc· dꝯ ꝙ
aliq̄s dicit̄ ɔ̄tria ꝑꝑē· aliq̄s extendendo no
men ɔ̄trietatis ad ɔ̄tria ꝛ ꝑuatiua·
motus aut̄ ꝛ quies sunt ꝑuatiua
arⁿ· aut̄ in· xº· dicit ꝙ ꝑuatiua nō
sunt ī eodem gnē aut̄ ꝛ relatiua ꝛ
ī nꝫ illa q̄ sunt ɔ̄tria extendendo nom̄

84

contrarius. Et videtur dicere quod illa opposita sunt in eodem genere non contraria proprie dicta. — Ad aliud cum dicitur mobile est in duplici potentia et cum secundum est et quod dicitur quod perfectio eius sed quod est in potentia ad viam est motus. secundum vero est secundum quod cum acquiritur quod perfectio eius sed quod est in potentia ad terminum est quies. secundum falsum est quia perfectio eius sed quod est in potentia ad terminum est forma ad quam est motus si sit motus ad formam vel locus si sit motus ad locum nunc autem cum ipsa perfectione simul est quies tamen quies non est perfectio illius sed actus ad quem est motus est eius perfectio quies autem est privatio habitus precedentis ut motus.

— Ad aliud cum dicitur quies est perfectio motus et motus est actus et cetera. intelligendum est quod quies proprie non est perfectio motus sed contrariatur eius perfectionem quia motus perficitur apud presenciam forme acquisite per motum nunc autem simul cum illa forma est quies. Et si opponatur de hoc quod aristoteles dicit scilicet quod quies est perfectio motus dicendum quod ille sermo habet intelligi ut dictum est et habet ambiguitatem in motu celi. illud enim non videtur contrariari quies non est ergo proprie quies perfectio motus. sed cum mobile moveatur propter formam talem vel ubi tale. simul cum habet formam illam vel id ubi quiescat et tamen illa quies proprie non dicitur eius perfectio vel sui motus.

— Ad aliud cum dicitur quod motus causa et quietis causa se habent sicut completum et incompletum quare similiter motus et quies et cetera. videtur michi dicendum est ista scilicet quod causa motus et causa quietis se habeant sicut completum et incompletum secundum enim algazelem distinguit causa motus et causa quietis sicut habitus et privatio. dicit enim dictum inter contraria et privationem hoc quod contrariorum utrumque dicit formam sed privationum unum tantum dicit habitum reliquum privationem illius habitus et videtur quod sic est de motu et quiete et adiungit et quod sic est in causa quietis et causa motus secundum tenuit aristoteles et omnes peripatetici non ergo se habent causa motus et causa quietis sicut completum et incompletum nec similiter motus et quies bene tamen similantur per comparationem sicut se habet quies ad suam causam quietis sic motus ad causam motus ergo permutatim sicut se habet causa quietis ad causam motus sic quies ad motum. sed cocum verum est secundum cum assumitur quod causa motus et causa quietis se habent sicut completum et incompletum secundum negandum est quia se habent sicut privatio et habitus et cum sic probat quia causa motus est forma cum est incompleta sed ideo quod est completa est causa quietis dicendum quod licet verum sit quod cum est forma completa est quies non tamen secundum formam completa est directe causa quietis. sed privatio potentie est causa quietis vult enim averroys quod apud presenciam forme et cum tollitur potentia in eam et ideo motus et ista privatio est directe causa quietis. — Per hoc patet solutio ad aliud cum dicitur quod motus est actus imperfecti eius quod est in actu incompleto ergo et multo fortius quies cum sit eius quod est in actu completo. Et ad aliud cum dicitur motus est actus imperfectus quia imperfecti ergo quies cum sit perfecti erit actus perfectus dicendum quod licet quies sit incompleto et perfecto tamen perfecto ipsa non est directa vel directe causa quietis sed privatio potentie precedentis ut dictum est. sed forma incompleta est directa ratio motus et in motu potest esse actio licet non quies. — Nunc videndum est cuius sit quies ut scilicet et cum duplex sit scilicet perfectum et imperfectum videtur quod quies sit perfecti sed quod habet mobile enim movetur per hoc quod est imperfectum. quiescit autem per hoc quod est perfectum in fine sui motus ergo qua ratione motus est imperfecti et quies perfecti. — Item motus et quies opponuntur sicut completum et incompletum sed si oppositum in opposito et propositum in proposito cum ergo motus sit imperfecti quies erit perfecti. — Item istud videtur ponendo quod motus est privatio et quies habitus ut ponunt theologi omnis enim autem habitus omnis est perfectus ergo erit perfecti quod autem quies sit habitus ut dicunt videtur ipsi enim accipiunt quod propter hoc quod celum est imperfectum nunc movetur et ideo dicunt quod quando totaliter erit perfectum non movebitur et videtur illorum ideo defendi per quoddam verbum aristotelis in de celo et mundo in assignando causam quare orbes superiores et inferiores paucioribus motibus moventur quam orbes medii dicens quod hoc est propter maiorem consecutionem boni quia orbis superior idem potest sibi acquirere unico motu quod possunt orbes medii pluribus quia orbis superior proportionalis est illi bono quam alii orbes inferiores et ideo unico motu potest id acquirere orbes medii non orbes vero infimi quia id bonum attingere non possunt ideo acquirunt sibi aliud bonum quod de facili acquiri potest scilicet unico motu et ideo unico motu moventur et ex hiis ad confirmitatem confirmationem dicti eorum arguitur sic. orbes superiores et inferiores moventur propter assecutionem boni sed id quod est in assecutione motus est quies ergo quies est bonum et perfectum et quando totaliter erit perfectum non amplius non movebitur. sed et videtur cum eo quod vult aristoteles primo huius quod propter se primum tantummodo et motus est privatio. sed per se principia rei sunt materia et forma cum ergo causa motus sit privatio motus et erit privatio nunc autem habitus ei correspondens non potest esse aliud quam quies quies ergo erit habitus. — Item quod movetur propter acquisitionem alicuius quod autem tale est privatum est quia id ad cuius acquisitionem movetur non habet et quod non habet eo privatus est motus ergo non est tamquam habitus sed quod privatum est motus ergo privatio erit. — Item in libro de celo et mundo quod quiescere se habere nunc ut prius sed se habere nunc ut prius possessionem dictum est se non habere nunc ut prius est privationem dictum et hoc est motus ergo motus est privatio et quies habitus.

— Item vult in ·v· huius quod cum sit duplex quies scilicet quies in termino a quo et quies in termino ad quem quod quies in termino a quo opponitur motui. sed vult quod quies in termino ad quem sit eius perfectio et non ei opponitur. si autem quies in termino ad quem esset privatio non motus illi autem non opponitur cum sit sua perfectio non est ergo quod non est privatio sed habitus. — Huic oppositum videtur hiis ex eo quod dictum sunt contra aristotelem in v huius denique quod quies est contraria motui sicut privatio est contraria habitui dicit et in v huius quod immobilium id solum dicitur quiescere quod natum est moveri quando et ubi et sicut debet. hoc autem est privatio quies ergo privatio est. dicit et quod quies est privatio sui contrarii. — Item in ·3°· dicit quod eius quod movetur perfecta immobilitas est quies immobilitas autem privatio est ergo et quies. indubitanter quies est privatio. — Veniamus ad principalem questionem si quies est privatio ut nunc habitum est tunc id cuius est quies privatum est. quod autem est privatum sed quod hoc est imperfectum est. quies ergo est imperfecti sed quod imperfectum sit ergo quies de nomine suo dicit privationem et quia quies est duplex una que est in termino a quo et alia in termino ad quem. quies in termino a quo est quia mobile habet contrarium termino ad quem. sed enim docetur ·6· huius quod mobile perfectum est in termino a quo et perfectum in termino ad quem mobile ergo verum est in termino a quo et habet de termino ad quem et id quies dicitur privatio. cum autem habet mobile aliquid de termino ad quem movetur et cum complete habet quiescat et sicut debitum solvere ista opinio theologorum quod quies in termino ad quem non est privatio sed quies in termino a quo. — Item in 4 dicit quod per eandem naturam per quam movetur mobile ad terminum ad quem quiescat in illo termino. si ergo per naturam potentie dictum motum et per eandem quiescat et sicut debitum quod quies in termino ad quem est habitus quies in termino a quo est privatio. sed hoc videtur satis mirabile quod numquam aristoteles in distinctione quietum dicit quietem esse nisi privationem quod ad hunc non solvit ista contrarietatem videtur quia cum aliquis movetur a sanitate in egritudinem quies in sanitate opponitur illi motui. sed item movetur ab egritudine in sanitatem quies in egritudine opponitur illi motui erit quod inter istos duos motus est unica quies media scilicet quies in egritudine. sed impossibile est quod aliquid sit privatio et habitus quia id potest esse eius et non eius quies autem hec scilicet in egritudine

est privatio motus. Sic nullo igitur modo erit verius cum impossibile sit aliquid esse verum et privationem. Hoc credo esse de mente Aristotelis scilicet quod quies sit privatio. Si igitur quies est privatio, sequitur quod dispositum quiete sit quod ea dispositum est privatum est et cum quod sub alio esse sit perfectum. Ideo non repugnant sed stant simul quod ut quiete dispositum est privatum est et cum ut sub alio esse est perfectum est. Ideo enim est verum quod quies in termino a quo, quam omnes ponunt privationem propter hoc quod non habet, de termino ad quem bene privatum tamen sub ratione esse privatum et perfectum sub diversis esse, id est quod est sub tali quiete in quantum huiusmodi privatum est, sub alio tamen esse scilicet perfectum propter hoc quod habet aliud oppositum in uno de reliquo perfectum est. Quies igitur secundum quod quies privatio est et illud cuius est in quantum tale privatum. Cum enim cuius est quies non sit quod est sub quiete sed per situm esse perfectum est, quies igitur erit perfecta non secundum quod huiusmodi sed quia privatum. Ad primum obiectum quod quia motus est imperfectus ideo quies erit perfecta, dicendum quod bene concludit quod nichil quiescat nisi perfectum et cum in quantum quiete dispositum est propter ad hoc privatum est. Cum igitur dicitur mobile movetur propter hoc quod est imperfectum, verum est quia movetur propter hoc quod habet aliquid de termino ad quem scilicet formam vel situm incompletum tamen. Causa igitur motus est forma incompleta sine potentia activa, non tamen quiescat propter hoc quod est perfectum sed propter privationem imperfectionis que causabat motum et cum simul ipsum est perfectum et quiescat in quantum privatum. Sic autem accidit propter hanc causam quia privatio quam dicit quies est privatio actus imperfecti. Actus autem imperfectus dicit imperfectionem in eo cuius est et ideo ista privatio quam dicit quies dicit privationem illius imperfectionis in eo cuius est et sic in eo cuius est quies est privatio imperfectionis. Hoc autem non potest esse nisi ibi sit complementum et perfectio et ideo quies semper est cum complemento et perfectione licet suo nomine non dicat nisi privationem imperfectionis que erat causa motus et sic et in ipsa sic privari sed quod tale. Per dicta patet solutio ad secundum obiectum cum dicitur motus

et quies opponuntur ut habitus et privatio et non sicut forma completa et incompleta et ideo licet quies sit perfectum, hoc non est tamen in quantum huiusmodi privatum est, quod ulterius dicitur quod motus est privatio et quies habitus secundum positionem theologorum qui dicunt quod celum movetur quia est imperfectum, unde propter suam perfectionem acquirendam movetur secundum eos, et quando perventum erit perfectum tunc amplius non movebitur. Indubitanter si celum staret et posset reservari in esse esset perfectum, tamen ista quies adhuc esset privatio et non habitus sicut et sua causa scilicet privatio imperfectionis. Hoc igitur tenendum quod etiam prout theologos est quod ista privatio quam dicit quies vult esse cum perfectione. Actu privato est. Et cum dicitur quod mobile movetur propter perfectionem verum est. Et attendendum quod in motu sunt duo, quia est ibi aliquid eius ad quod est motus et tamen est ibi imperfectio eiusdem, quia quod movetur non movetur cum iam habet terminum; quod cum motu movetur habet aliquid de eo ad quod movetur complete quam quia est perfectum in termino ad quem, tamen non habet id ad quod movetur complete, quam tunc non moveretur sed quiesceret. Sic igitur in motu sunt duo, quia aliquid eius ad quod est motus et imperfectio eiusdem. Licet igitur id quod dicit motus in mobili non sit ad perfectum, tamen forma est et habitus et id quod movetur movetur propter formam et habitum. Ista autem forma propter hoc quod simul est in mobili privatio et carentia movetur ulterius et hoc dictum sumptius quod propter hoc est motus ad motum per actus scilicet per formam. Est igitur ibi habitus et carentia et quia non est pura carentia ideo motus est actus aliquis et propter eandem causam iam quies que est in termino ad quem est cum maiori complemento et perfectione quam sit motus. Sic igitur videmus quod id quod quiescit est perfectum, tamen quies suo nomine nominat privationem habitus precedentis. Quod oppositum de privatione quia privatio licet formaliter suo nomine

est de se principium motus et tamen privatio est causa deficiens non efficiens. Huius dissolutio est quia privatio licet formaliter suo nomine non dicat habitum tamen nominat quomodo bonum et in aliquo vult esse et illo delinquit appetitum et propter hoc fit principium transmutationis. Videmus igitur quod licet privatio sit defectus tamen non est principium nisi ut delinquid habitum et non est causa motus et transmutationis nisi per appetitum quem delinquit in materia et ideo quia id delictum est potentie tamen et suus effectus similiter. Similiter cum hec privatio pura non existente potentia activa in materia non potest esse principium transmutationis licet nominet et materiam et potentiam scilicet passivam tamen et delinquit appetitum aliquem in materia. Si enim posset, tunc fieret aliquid ex nichilo quia non fieret ex materia eo quod materia per se solum de se est in potentia passiva. Materia est igitur quod causa motus est privatio cum potentia activa existente in materia et per eam que est incompleta respectu eius quod acquiritur per transmutationem et sic causa motus est aliquid positivum et ideo motus habitus est non privatio et aliquid positivum et quia privatio et carentia sine potentia dicta est causa quietis ideo quies privatio est. Quies igitur causam habet privative dictam et privatio est et per hoc est dissolutum Averroys rationem Iohannis Grammatici quam omnes usque ad tempus suum non potuerunt dissolvere. Arguebat enim quod celum non esset ingenerabile et incorruptibile quia celum est magnitudinis finite et in magnitudine finita non est virtus infinita. Non erit igitur in celo virtus qua preservetur a corruptione. Ista enim esset infinita. Et dicit Averroys quod ingenerabilitas et incorruptibilitas privationes sunt immutationes enim sunt et immutatio opponitur mutationi privative sicut quies motui. Quia igitur privationes sunt non oportet quod habeant causam positive dictam et ideo non est per virtutem infinitam quod preservetur a corruptione sed quia in eo est privatio

infinita eiusdem virtutis potentie dicte que debet esse causa generationis et corruptionis et sic non oportet in celo esse virtutem infinitam, tamen ingenerabile et incorruptibile erit. Et propter idem dat Aristoteles infinitam causam infinite quietis sive mansionis terre quia et quies non est habitus ut dicat sed privatio. Ad illud quod obicitur de textu Aristotelis in de celo et mundo, dicendum quod motus est propter quietem non per se sed hoc accidit quia mobile non quiesceret nisi quia privatur sua imperfectione propter quam movebatur et ista privatio imperfectionis facit ipsum quiescere et sic per accidens quiescat quia perfectum est. Nunc autem quies non nominat perfectionem illius quod quiescat sed nominat causam illius imperfectionis propter quam movebatur prius et sic quies non erit habitus sed privatio et imperfectum sive privatum sed quia hic et principaliter bonum quod acquiritur non est quies sed alia perfectio. Ad secundum cum arguitur quod movetur propter acquisitionem alicuius et cetera, dicendum quod mobile movetur in quantum perfectum est in termino a quo et perfectum in termino ad quem et sic movetur in quantum quoquomodo privatum et in potentia. Sed tamen causa motus est forma incompleta que forma est et habitus et ideo non concludit. Ad ultimum cum dicitur quod quiescere est se habere nunc ut prius et cetera, dicendum quod hoc est verum sed hoc non significat hoc nomen quies ut visum est sed significat privationem dispositionis per quam acquirebatur ista perfectio propter quam perfectionem prius fuit mobile sub alio et alio esse antequam acquisita esset illa perfectio et illa acquisita quiescat sed hoc est per accidens. Ex hiis patet quod quies quia est privatio per genus non habet diffinitionem sed per suum generale sic quies est privatio motus in mobili sive in eo quod aptum natum est moveri. Propter sermonem de motu sequitur sermonem de quiete quia quies opponitur motui et oppositorum eadem est scientia et cetera. Propter motum oportet facere sermonem de mutatione et sic prima ad verum mutatio sit divisibilis an indivisibilis et ostenditur quod omnis mutatio

sit divisibilis quia .6°. huius capitulo de tempore vult
Aristoteles quod omnis motus et omnis mutatio est in
tempore et hoc probat per hoc quod in omni motu et
mutatione aliquid abicitur et aliquid intenditur
hoc autem non potest esse nisi in tempore et sic in omni
motu et mutatione est velocius et tardius
ut ostendit. hec autem non sunt sine tempore tamen
ergo quod omnis motus et mutatio habet fieri
in tempore sed omne tempus divisibile est vel
in eodem quanto et similiter illud quod habet fieri in
tempore quia in omni tempore est prius et posterius
et similiter in eo quod habet fieri in tempore
tamen est ergo quod omnis motus et omnis muta-
tio est divisibilis. — Item quedam sunt
permanentia quedam successiva. nunc autem
in successivis ita est quod de eis semper est
aliquid factum et aliquid faciendum. sed omne illud
cuius aliquid est factum et aliquid fiendum habet partem
et partem. omne successivum est tale ergo omne
successivum habet partem et partem. videtur sic
omnis mutatio est successiva ergo omnis
mutatio partem habet et partem. sed quod habet
partem et partem est divisibile ergo omnis
mutatio est divisibilis. quod autem omnis
mutatio sit de numero successivorum ostendi-
tur ex natura successionis sive successi-
vorum. quia natura successivorum est esse in suo
fieri permanentium non in suo facto esse. unde
successiva solum sunt cum fiunt et quando facta
sunt non sunt. permanentia autem cum fi-
unt non sunt sed tunc primo sunt cum
facta sunt. nunc autem ita est quod mutatio
solum est cum fit et cum facta est non est et
ergo de numero successivorum. quia autem mutatio
solum sit cum fiat tamen est quia nunc est
mensura mutationis sicut tempus motus
est mensura. sed non est signare ultimum nunc huius
in tempore quia solum est quando fit et cum
factum est non est et sic est successivum ergo
sic erit de mutatione quod esse eius erit
in fieri et quod quando facta erit non erit. — Item
sicut est moveri et motum esse sic est mu-
tari et mutatum esse. mutatum autem esse est

in instanti sicut motum esse. mutari autem
est ire ad mutatum esse sicut moveri est
ire ad motum esse. accipiamus ergo primum
nunc vel instans in quo mutabile mu-
tatur vel incipit mutari et sit a. et iterum
accipiamus primum instans in quo ipsum mu-
tatum est et sit b. tunc quia mutatur ab a in
b. tunc a quo ire est prius quam iam esse
ut vult Aristoteles in sexto huius. ergo mutari est
prius quam mutatum esse. prius est ergo mu-
tari in a quam in b. tunc quero utrum istud
mutabile quod mutatur ab a in b aut mu-
tatur in tempore aut in instanti. si in tem-
pore habeo propositum quia tunc ista muta-
tio erit divisibilis sicut et ipsum tempus est di-
visibile. si in instanti. sed primum instans
in quo mutabatur vel incipit mutari
fuit a. primum autem instans in quo mu-
tatum est fuit b. sed a et b de necessitate
sunt duo instantia distincta et non unum
quia necesse est mutari esse aut mutatum esse quia
in eodem instanti non est prius et posterius.
instans ergo in quo mutatur est aliud ab
eo in quo mutatum est. ergo ut patet ex sexto
huius cum ista instantia sint [illegible]
necesse est quod inter ipsa cadat tempus
medium et in hoc toto tempore medio mutabi-
le mutatur ergo mutari est in tempore
isto medio et ita mutatio temporalis. tempus autem
divisibile ergo et mutatio erit divisibilis. — Oppositum
videtur quia terminus rei divisibilis ut magnitudinis
terminus indivisibilis ut magnitudinis terminus indi-
visibilis est. mutatio autem est terminus
motus qui est divisibilis ergo mutatio
erit indivisibilis. — Item in quinto huius
principio habetur quod mutatio est vel ab albo
in non album et est hec corruptio vel a non
albo in album et hec est generatio. sed ista duo esse
in albo et in non album vel econverso se habent sicut
extrema contradictionis et sunt talia. contradictio au-
tem est oppositio cuius non est medium ergo
inter terminos mutationis non cadit medium
ergo quando per mutationem itur ab uno extremo ad

alterum non itur per medium. sed si mutatio esset
continua et divisibilis de necessitate esset per me-
dium. cum ergo non sit per medium erit indivi-
sibilis. — Item sicut se habet instans ad tempus
sic mutatio ad motum et hoc potest ostendi.
quia sicut se habet tempus ad motum sic instans
ad mutationem. quia sicut tempus est numerus et
mensura motus sic instans est mensura mu-
tationis et ipsum instans nunc est translati si-
cut tempus motus ut dicit Aristoteles. sicut ergo se habet
tempus ad motum sic instans ad muta-
tionem ergo permutata proportione sicut se habet
nunc vel instans ad tempus sic mutatio ad
motum. sed instans sic se habet ad tempus quod
non est aliqua pars motus sed erit indivisi-
bile in motu et hoc verum est. et hoc voluit Aristoteles
plane capitulo de tempore. scilicet quod mutatio non
est pars motus sed indivisibile in motu. et per
hoc quod mutatio non est pars motus probatur
quod instans non est pars temporis sed indivisibile in
tempore. — Et ideo dicendum quod sicut nunc potest ac-
cipi proprie et communiter proprie et communiter. si mutatio pro-
prie sumatur sic est indivisibilis in motu
sicut nunc proprie sumptum est indivisibile in
tempore. et sicut idem est nunc in toto tempore
per hoc quod continuat tempus a priori ad posteri-
us sicut translatum est idem in toto motu
per hoc quod continuat motum a priori ad pos-
terius et iterum sicut illud quod preteritum de tempore
non est nec illud quod futurum est non est sed
solum instans continuans est. sic nec illud
quod de motu preteritum est nec illud quod fu-
turum est est. sed solum est ipsum translatum
quod continuat motum et hoc modo
mutatio non est in tempore nisi sicut termi-
nus motus. si vero sumatur mutatio minus
proprie tunc potest dici mutatio motus huius
quantitatem insensibilem ut motus factus re-
pente dicitur insensibilis propter sui brevitatem
sicut nunc communiter vel vulgariter sumitur
pro eo quod est immediatum ipsi nunc et isto
modo mutatio divisibilis est et est in
tempore. alio modo potest sumi mutatio

continuitur ad motum et ad mutationem
et hoc modo sumit Aristoteles [illegible] mutationem
et hoc modo sumitur in quarto huius cum dicit
Aristoteles quod omnis motus et mutatio est in tempore.
ibi enim sumitur mutatio pro tota transmuta-
tione que est divisibilis et partibilis et sic solvitur
ad primum. — Ad secundum cum dicitur quod in suc-
cessivis aliquid est factum et aliquid est fiendum
et cetera dicendum quod quedam dicuntur successiva quia habent
totam naturam successionis quedam autem
dicuntur successiva quia habent partem nature suc-
cessionis. tota autem natura successionis
est esse in fieri et quod aliquid eius factum sit et ali-
quid fiendum et hoc modo dicuntur tempus
et motus successiva quia totam naturam successi-
vorum participant et que talia proprie sunt conti-
nua sunt. et hoc modo mutatio non dicitur
successiva quia utramque conditionem successivorum
non participat sed primam tantum. ultimam autem
conditionem formalem fuit in successivis et ideo
cum obicitur esse mutationis est esse in fieri
ergo est successiva verum est quantum ad hoc. et quod
tunc arguitur quod aliquid eius erit factum et ali-
quid fiendum hoc nullo modo est de proprie successivis
que dicuntur [illegible] hoc et quia suum esse est in fie-
ri successiva. sed mutatio tantum dicitur
successiva quia esse eius est in fieri vel
extendendo nomen successivorum ut aliquid
dicatur successivum quia ipsum alii succedit
et ipsi aliud tunc diceremus quod mutatio
dicitur successiva quia sicut instans suc-
cedit tempori sic mutationi succedit mo-
tus et ipsa motui et sic mutatio potest
dici successiva licet eius aliquid non sit
factum et aliquid fiendum. — Ad aliud cum
obicitur prius est ire quam iam esse et
cetera. dicendum quod prius dicitur dupliciter scilicet natura
et tempore. similiter duplex est vaditio scilicet
continua et instantanea. si ergo loquimur de
vaditione continua sic prius est ire quam
iam esse et natura et tempore. sed si loquimur
de vaditione instantanea scilicet de illa que fit
in instanti cuiusmodi est mutatio ire non

p̄cedit tamen eē tempore ſꝫ natura ſolum vñ
in mutatione nō est accipe temp⁹ q̄r ī mu
tatione illud qd̄ mutatur in eodem instanti
in q° mutatur mutatum est ⁊ in eodē in
stanti est in eo in quo mutatum est ita q̄
illa tria mutari mutatū eē. eē in eo in
quo mutatū simul sunt tm̄ in eodem in
stanti nō tn̄ sunt simul natā. q̄r p̄ natam
prius est mutari q̄m mutatū eē ⁊ mu
tatū eē q̄m eē in eo in quo mutatū est
⁊ h' demonstratur in septimo hui⁹. cū g°
dicitur ſi p⁹us est nc̄ q̄m tūi eē eē
in eodem instanti nō p̄t mutari ⁊ mu
tatū eē nec valet q̄m ſolum est p⁹us
nc̄ q̄m tūi eē natura ⁊ nō tempore ī va
dictōne instantiua ⁊ sic mutatio nō fit
in tempore ſꝫ in instanti nec est dd̄ inducūt
quidam q̄ mutatio in tempore impercepti
bili ⁊ ideo dicatur ī diuisibilis q̄r si fit in
tempore in cōtinuū ꝗ3 fit nō est mutatio
ſꝫ motus ⁊ h' m̄ concedunt illi ītelligentia
motū vl' mutari. — q̄r querit' vtm̄
mutatio p̄d̄ca sit actu ī motu vl' po'
solū ⁊ q̄ actu videatur q̄r motus non ē
actu n̄ p̄ mutationē eo qd̄ n̄ est de mo
tu n̄ ipa mutatio. sic n̄ est de tempore
n̄ ipm̄ nūc q̄r q̄d de motu factū est
iam nō ē ⁊ qd̄ fiendū est nondū est
g° de motu n̄ aliud est q̄m mutatio
indiuisibilis cū g° mot⁹ solum h̄eat
eē tū est in̄ ⁊ mot⁹ illd̄ eē mobile
solum h̄eat p̄ mutatōm q̄ est in̄ si
m̄ ē q̄ mutatio maxime erit ī actu
q̄m motus est q̄r tā mutatio se h̄t ad
motum sicut nūc ad tempus. ſꝫ de to
to tempore n̄ est nisi nūc q̄r est tota
suba temporis g° de tota mutatōne n̄
erit n̄ mutatio ⁊ ī mutatio erit ac
tu. — Item nūc ⁊ mutatio se h̄nt si
cut nūs ⁊ numerum q̄r nūc est nūs
mutatōnis vt dicit. ī. q°. ⁊ se h̄nt si
cut tempus ⁊ motus q̄r tempus est
nūs motus ſꝫ tempus ⁊ motus sic
se h̄nt q̄ simul sunt ⁊ nō sunt ſꝫ actum
⁊ potm̄ vt h̄r in .q°. hui⁹ g° simile nūc
⁊ mutatio sic se h̄ebunt q̄ simul erunt
⁊ nō erunt ſꝫ actum ⁊ potm̄ ſꝫ nunc
est in actu q̄r de toto tempore n̄ est n̄
nūc qd̄ est suba tota temporis ⁊ temp⁹
est actu g° ⁊ mutatio erit actu. — Item
.q°. hui⁹ capl'o de tempore h̄r q̄ translatū
vt motū est causa cōtinuatōnis mot⁹
sicut nūc est causa cōtinuatōnis tēpis.
ſꝫ translatum vt motum est sb' muta
tione g° translatum vt est sub mutatōe
est causa motus. ex h' arguit' si transla
tum est causa mutationis ⁊ p̄ mutatio
nem est causa motus ſꝫ translatū est
ī actu g° ⁊ mutatio erit in actu. — hui⁹
opposi'm videt' ex eo q̄ capl'o de tempore
dicit ar'. q̄ ipm̄ nunc qd̄ est dio tēpis
q̄ est nūc p̄d̄cm̄ est ī potencia in
tempore ⁊ nō in actu ⁊ simil' in dissolutio
ne rōnis zenonis nō h̄nt vn̄ dissol
uere nisi h' q̄ nūc nō est actu in tēpe
ſꝫ solum in potencia. ſꝫ nunc se h̄t ad
tempus vt mutatio ad motū g° muta
tio p̄d̄ca q̄ diuidat temp⁹ solum ē
in potencia ī motu ⁊ nō in actu. — It̄
octauo hui⁹ dicit ar'. qd̄ tb3 existenti
b3. s. medio p̄ncipio ⁊ fine. signū qd̄
est medium est in po' solū in mag
ni tudine. signū p̄mum ⁊ vltimū
sunt in eo in actu. g° simile erit
in mutatōne q̄ omis mutatio me
dia in motu erit solum ī po'. — Item
si mutatio eēt actu in motu tūc qd̄
illd̄ mutatur erit actu in eo in q°
mutatur. ſꝫ sic actu in eo necē est
ipm̄ manere in eo p̄ octauū hui⁹ q̄r
si aliqd̄ est in actu in aliquo manet
in eo ⁊ sic vtite' eo vt duob3 ⁊ necē
est q̄ inť ista duo cadat tempus in
quo tempore q̄escat in eo. g° si mutatio
est in actu id qd̄ mutatur est actu in
eo in quo mutatur. ſꝫ si est actu ī eo
manet in eo ⁊ si manet actu in eo q̄escit
in eo ⁊ h' tot p̄3 ī octauo g° si mutatio
est in actu illd̄ q̄ mutat' q̄n mutat'
quiescat hoc est impo'le g° impo'le est
q̄ mutatio sit actu in motu. — Ad hoc
dd̄ est qd̄ in motu multiplex mutatio
.s. inicialis finalis ⁊ media. ⁊ est simile
de nūc in tempore ⁊ de mutatōne in mo
tu ⁊ de pūcto in linea p̄p' ad h' q̄ sicut
in linea finita est signare vl' accipe
duo pūcta extrema ⁊ t'minācia lineam ⁊
⁊ n̄ est inť illa in linea in quo nō p̄sit
signari pūctus. simil' est de nūc ī tēpe
accepto finito ⁊ de mutatōne ī mo
tu accepto finito q̄r est accipe nunc
iniciale temporis finiti ⁊ simili' nunc ip
sum t'minans ⁊ simil' de mutatōne
respc̄u sui motus p̄ticul'is q̄r ī quolibet
motu finito sunt due mutatōnes vna
t'minans ipm̄ ⁊ alia inchoans ⁊ n̄ est in
medio motus inť istas mutatōes ⁊
simil' in tempore i° instanciū extrēoꝝ in
quo nō possit signari mutatio ⁊ nunc
vl' instans ⁊ sic q° ad h' est simile inter
tempus p̄ti'le motum p̄ticul'e ⁊ lineam
finitam. ſꝫ in h' est differencia q̄ ī linea
finita duo pūcta extrēma sunt in actu
ſꝫ in motu mutatio inicialis nō est ac
tu ſꝫ po'te ⁊ vltima est actu vt p̄batur
sexto hui⁹ ibi d̄r aut' in q° p̄mo muta
tum est dupl'. est g° quo ad h' dissimile ⁊
talit' dissimile est de mutatōnib3 me
mediis ⁊ pūctis inť mediis. q̄r pūct⁹
in linea diuidit lineam eē'lit' ſꝫ cōpo
nit accidentalit'. eō° est de nūc ī tēpe
⁊ de mutatōne ī motu. q̄r nūc eē'lit'
cōponit temp⁹ ⁊ diuidit ⁊ accidentalit'
⁊ simil' mutatio accidentl' diuidit mo
tum ⁊ eē'lit' cōponit ⁊ sic in motu ē
mutatio inicialis finalis. ⁊ mutatōes
cōtinuatiues motus. si g° loquimur de mu
tatōne iniciali ista vt dcm̄ est nō est
actu in motu. in h' .n. deficit eē mu
tatōnis in motu sicut eē pūcti in linea
punctus inicialis ⁊ finalis est ī actu.
ſꝫ ī motu mutatio inicial' nō est ī actu.
si aut' loquimur de mutatione finali ⁊
de mutatōnib3 inť mediis. dd̄ q̄ muta
tio finalis est actu ī motu mutatōes
n̄ inť medie q̄r cōponūt ⁊ cōtinuāt mo
tum eē'lit' in q̄m cōtinuantes ipm̄ sunt
actu ī motu in q̄ntum tū diuidūt eun
dem cū h' cōueniat eis accidentalit' sic
solum sunt ī po'te in motu ⁊ sic mu
tatio inicialis est in po'te in motu.
mutatio n̄ finalis in actu mutatio n̄
inť media cōtinuās in actu diuidens ī
potencia. Ad g° obiecte sicut n̄ est de
tempore n̄ nunc. cōsimili n̄ est de motu
n̄ mutatio ⁊c. dd̄ q̄ in tempore q̄r est
nū cōtinuū nō h̄ns p̄ncipiū neq3 fi
nem. nō est instans diuidens ipm̄ n̄
in po'te vl' t'minans. Intelligendū tū q̄ instans
in tempore est dupl'r accipe sicut cōplib3
indi'le medi'h .s. vno modo ſꝫ q̄ indi'le cō
tinuat ipm̄ di'le. alio m° ſꝫ qd̄ diuidit
ipm̄. pūctus .n. cōtinuat lineā ⁊ diuidit
eam nūc tempus ⁊ simil' mutatio mo
tū. dd̄ g° q̄ nūc in q̄ntum cōponit ⁊ cō
tinuat tempus ⁊ sic vt a p̄ori in po'li
est actu in tempore ⁊ simil' mutatio ī
motu ſꝫ in q̄ntum nunc diuidit tempus
cū h' ei cōueniat solum accidentalit'
est solum in potencia ī tempore ⁊ simil'
est de mutatōne ⁊ sic ſꝫ qd̄ nūc cōtinu
at tempus est actu in tempore ⁊ est to
ta suba temporis ⁊ nich' est actu ī tēpe
nisi nūc. cōsimil' est de mutatōne. ſꝫ
aut' q̄ diuidūt solum sunt ī potencia.
q̄r p̄ nūc distinguit' ⁊ diuidit' v
num temp⁹ ab alio tū temp⁹ sit vnū
cōtinuū nō actualit' diuisum. q̄r si ita
eēt. eēt tempus inť ruptum ⁊ eēt ex mo
mētis nō h̄t eē nisi p̄ rēm ad intellcm̄
nrm̄ vl' p̄ respectum ad aliquē motū
nūc nō cōsequitur tempus p̄ncipalit'

cuius motu sunt isti motus inferiores per primum ad intel
lectum nostrum. quia cum tempus sit continuum possu
mus intelligere distinctionem et divisionem tem
poris sumendo de tempore aliquid finitum accipien
do ultimum nunc quod continue continuat ipsum
ut intellectum licet in veritate non sit inci
sum sed continuum nec tempus habet nunc divi
dens in actu sed solum in potentia ut cum dis
tinguimus secundum intellectum nostrum diem a nocte vel ho
ram ab hora quod in veritate distingui non
potest unum quod nunc sic dividat tempus sed accidit
et est solum in potentia. secundo modo dividitur
ipsum tempus in potentia per respectum ad aliquem
motum inferiorem quem non consequitur prin
cipaliter tempus quia sequitur principaliter motum
primi mobilis ut prius dictum est ad motum localem super
aliquod spatium mensuratum. nam tempus huiusmodi mo
tum accidentaliter quia per motum primi mobilis
non enim mensurat motum localem nisi per hoc
quod mensurat motum primi mobilis qui men
surat omnes alios et sic tempus dividitur
accidentaliter per comparationem ad intellectum et
ad motum particularem quem non mensurat
nisi per motum primi mobilis qui per se mensurat
et quia tempus et motus primi mobilis nec
habent principium nec finem secundum aristotelem. una est quod
non est ponere in toto tempore unum instans
in actu secundum quod dividit tempus. secundum autem quod con
tinuat tempus sic est tota substantia temporis
sic est in motu primi mobilis non enim est po
nere aliquam mutationem in actu secundum quod di
vidit motum sed secundum quod continuat motum est
tota substantia illius motus in illis moventi
bus inferioribus que sunt finiti et a parte principii et
a parte finis mutatio initialis non est actu
sed finalis ut declaratur octavo huius et patet
solutio ad obiecta. quia nunc et mutatio ut conti
nuantes sunt in actu sunt quia in ipsa continuatione
in actu nec motus nec tempus esset in
actu cum non sit de tempore nisi nunc nec
de motu nisi mutatio. contra arguitur de mu
tatione initiali et finali utrum in omni mo
tu finito sit ista duplex mutatio et in fine

medie et videtur quod dicatur quod non quia dicit aristoteles quin
to physicorum quod solum duplex est mutatio una
a non subiecto in subiectum et hec est generatio. alia a
subiecto in non subiectum et hec est corruptio non
autem sunt plures mutationes. sed iste mu
tationes non debentur cuilibet motui sed
solum alterationi quia non omnis terminatur
ad generationem nec ad corruptionem quia mo
tus augmenti et loci mutatio non terminantur
ad hec ergo non in quolibet motu sunt due
mutationes. Item motus localis est
in ubi et motus augmenti et decrementi in quanti
tatem et hec duo dividuntur dividuntur in
semper divisibilia quia omne continuum divisibile est
in infinitum sed in talibus non est accipere pri
mum et ultimum ut demonstratur sexto
huius et in eodem sexto habetur quod eadem in
divisione sunt motus tempus et id in quo
est motus cum illa in quibus sunt motus
augmenti et decrementi et motus localis sint divi
sibilia in semper divisibilia et hii motus
similiter dividuntur in semper divisibilia sed ta
lium non est primum et ultimum ergo in motu
augmenti et decrementi et in motu locali non est
mutatio initialis nec finalis. oppositum osten
ditur accipiatur aliquis motus finitus
quando finitur iste motus mobile quiescit
sed quies que mensuratur sicut motus ac
cipiatur ergo id tempus in quo mensuratur
ista quies et illud quo ultimo movetur illud
mobile inter ista duo tempora non cadit tem
pus medium quia mobile vel movetur
vel quiesceret in isto non posset moveri in
quo ultimo movebatur in priori et sic mo
vetur et non movetur in eodem tem
pore non posset quiescere in illo quia solum
quiescat in posteriori tempore et sic quies
ceret quando non quiesceret et sic ista duo tem
pora continguntur per nunc indivisibile in quo non
est eius quod preteritum nec eius quod futurum
est ut habetur in .vi. huius illud autem
nunc mensura est sed non motus precede
ntis quia motus non sit indivisibilis sed semper in tempore

et tamen tempore

et tamen tempore precedens sunt mensura motus prece
dentis. nec illud nunc est mensura quietis sequentis
quia quies non est in nunc sed in tempore et tamen tempus
sequens mensurat illam quietem ergo id nunc erit
mensura alicuius mutationis indivisibilis que erit
finalis motus et initialis quietis in motu ergo est
ponere mutationem finalem et similiter erit ar
guere de mutatione initiali posito quod quietem
sequatur motus. Item iste motus quem sequitur
quies est finitus sed ad aliquid divisibile non fi
nitur quia finis secundum quod finis vult esse indivi
sibilis ut habetur sexto huius ergo iste motus
finietur ad aliquid indivisibile non ad quietem
cum quies sit divisibilis nec ad motum alium
per eandem causam ergo finietur necessario ad
mutationem et sic in ut prius. vel sic arguatur
motus talis est finitus in ultimis habet ergo
ultima sed quodlibet ultimum est indivisibile ergo omnis
motus finitus terminatur ad indivisibile et hoc est
mutatio in motu ergo et cetera. Item moveatur
aliquid et sit .a. tempus motus eius et post
ea quiescat et sit .b. tempus illius quietis.
modo sic toto tempore .a. illud mobile motu
disponitur et toto tempore .b. quiete dispo
nitur. variatur ergo illud mobile a dispositione sub
qua prius fuit ad non dispositionem sed ista va
riatio a dispositione ad non dispositionem sit inter
negationem et affirmationem ergo inter ista e
rit motus vel mutatio non motus quia
omnis motus divisibilis est ergo erit muta
tio et sic mutatio erit finis illius motus
localis et similiter erit arguere de mutatione
inchoante motum si ponatur motus post
quietem idem quod prius est argutum est sic
arguere illud mobile transmutatur a dispositio
ne ad privationem illius dispositionis aut ergo per
motum aut per mutationem non per motum
quia tunc sequeretur quod completo isto motu mo
veretur adhuc vel si non movetur sequeretur
quod id quod motu dispositum est actu non mo
veretur et utrumque est impossibile. et item si illud
mobile transmutaretur ab ista dispositione ad
privationem eius per motum iste motus adhuc

si mobile deberet quiescere nec ad quietem pa
lam motum et sic in infinitum ergo relinquitur quod
illud mobile non potest ire a motu ad quietem per
motum ergo necessario per mutationem et sic muta
tio erit terminus finalis illius motus lo
calis vel alterius. sed diceret aliquis quod omnes iste
rationes per locum sunt nec acquiesceret eis nisi
videret textum sicut commentator dicit die ter
tium. hoc autem patet ab aristotele ubique in sexto huius
quia hic supponit omnes demonstrationes eius ille
enim quod dupliciter est perfectio inveniatur in eo primo
mutatum est id quod mutatur et hoc est initi
alis et alia ad quem tendit motus et hoc est
finalis et est actu ut ipse dicit in eodem textu
in .vi. ibi dicit aut in quo primum et cetera. quia cum
motus sit finitus oportet quod finis eius sit indivisibilis
cum finis velit esse indivisibilis omnis igitur motus
terminatur ad mutationem non ad quamlibet sed ad
mutationem sui generis. concedo ergo quod omni mo
tui particulari finito respondeant mutationes initialis
et finalis. Ad rationes ergo secundum ad primam cum
dicitur quod solum duplex est mutatio et cetera.
dicendum quod sicut in eodem quinto hic generatio est duplex
et similiter corruptio. scilicet simplex et hec in dicitur
generatio et corruptio forme substantialis. vel potest esse generatio et
corruptio secundum quid sine quo et hec non est generatio et corruptio
omnium aliorum a substantia. moveatur ergo aliquid mo
tu locali vel alio modo quocumque illud mobile habet
aliquid de eo ad quod movetur ut habetur octavo huius et cetera.
modo tunc quiescat illud mobile iam corrumpitur
ista dispositio sub qua prius erat illud mobile. scilicet motus
in quiete ergo illud mobile est corruptio aliquo modo ergo mu
tatio. moveatur iterum illud mobile postea
iam generatur in eo nova dispositio et novum
esse quod prius non habebat et sic in acquisitione is
tius dispositionis est aliquo modo generatio et sic muta
tio sic ergo potest esse mutatio in acquisitione et
liberum esse proprissime tamen est generatio in acquisitione
esse simpliciter et similiter potest esse corruptio in amissione cu
iuslibet esse propriissime tamen est corruptio in amis
sione esse simpliciter et in aliis non in proprie ut ab esse
in ubi tali ad non esse in ubi tali. et ista sunt af
firmatio et negatio inter que non potest cadere motus me

continuum, sed mutatio non. — Ad aliud cum dicitur
motus in quantitate est divisibilis in infinitum cum id in quo est
motus talis sit divisibile in infinitum etc. Dicendum quod ista
ratio bene probat quod motus in quantitate divisibilis est
semper et quod id a quo vel in quo est talis motus
sit divisibile est in divisibilia in infinitum, sed non probat quod
terminus motus non terminetur ad indivisibile, sed probat quod non
potest terminari ad id indivisibile quod sit post illud continue, quod
autem ad aliud indivisibile non terminetur sed non probat
ista ratio et ideo non concludit. — Quaeritur de mu-
tatione utrum sit actus aut non. Et videtur quod non
sit actus quia actus respondet potentiae, sed mobile in
duplici potentia est hoc respectu motus scilicet in potentia ad
motum et in potentia ad formam et sic quod est in du-
plici potentia respondent ei duplex actus. Unus ac-
tus est forma per quam terminatur potentia ad istam,
alius actus est motus per quem terminatur potentia
ad viam vel ad motum, sed mutatio neu-
trum istorum actuum est, ergo mutatio non erit
actus quia non sunt plures actus. — Item
non est nisi duplex actus, primus et secundus. Primus
est forma vel perfectio, actus secundus est ista
eadem forma secundum quod est principium operationis vel
operatio egrediens ab illa forma, sed mutatio
non est actus primus nec secundus, ergo non est
actus. Minor probatur: quia non est actus primus quia
non est forma rei, nec est actus secundus quia ut
(?) actus secundus est posterior primo, mutatio
autem prior est primo quia est via in eum et
prius est via quam terminus viae sicut prius
est ire quam terminum esse. — Item illud quod terminat
rei potentiam est actus, mutatio est huiusmodi, ergo mu-
tatio est actus. Minor probatur: quia mobile per hoc
quod est in potentia movetur, ergo quod termi-
nat motum terminat esse potentiale ipsius mo-
bilis; mutatio terminat motum, ergo terminat
potentiam ipsius mobilis. — Item sicut dictum
est mobile est in duplici potentia, sed utraque istarum
per formam terminatur, ergo quod inducit formam
inducit terminationem utriusque potentiae, sed mu-
tatio inducit formam, ergo et terminationem istius
duplicis potentiae et sic est actus et hoc est faci-
le videre ex dictione quam facit Aristoteles de motu

quia mutatio non est eius in actu nec in potentia
simpliciter nec est privatio, necesse est ergo quod sit
aliquis actus. — Et dicendum quod mutatio actus est,
sive terminatur motus, mutatio sive
mutatio finalis, mutatio enim quae est in
fine motus magis proprie est actus quam mu-
tationes mediae quia illae sunt in potentia ad istam
ut probat Aristoteles in VI° huius et ideo loquimur ad
praesens de ista mutatione quae terminat
motum. — Ad primum ergo obiectum cum dicitur
mutatio nullam potentiam terminat etc. Sol-
vendum est per interemptionem quia cum mobile
sit in potentia ad motum et ad formam, potentia
qua est mobile est ad motum per motum com-
plete terminari non potest, sed complete terminatur
ista potentia quando completur motus, completur autem ad
mutationem et sic mutatio complete terminat po-
tentiam qua mobile erat in potentia ad motum.
Et si dicatur non sunt nisi duae potentiae, ergo non
erunt nisi duo actus. Dicendum quod duo possunt
esse actus potentiae qua mobile est in potentia ad mo-
tum quia sicut motus est vadiatio sic est
mutatio vadiatio sed differenter, quia motus
est vadiatio successiva et in tempore, mu-
tatio autem est vadiatio instantanea et ideo
quia utrumque est vadiatio, instantanea ad utrumque
potest terminari potentia ad viam, sed ad mo-
tum terminatur incomplete, ad mutationem com-
plete. Aliter dicitur quod potentiae ad viam respondent
duo actus scilicet motus et mutatio, sed aliter ac-
cidit quia mobile cum est in via potest esse in
duplici dispositione scilicet vel ut distans a termino vel
ut non distans a termino quia si semper dum est in via
esset distans a termino numquam terminaret motum
et ideo aliquando est indistans a termino et quando est
distans a termino movetur et successive vadit.
Quando autem est indistans a termino in instanti
vadit et iste actus est mutatio, non ergo
valet: motus est actus respondens potentiae ad
viam, ergo mutatio ei non respondet, immo utrumque
ei respondet. — Ad aliud cum dicitur mutatio
non est actus primus nec secundus etc. Causa
patet scilicet per primum quod dictum est supra de motu

quoniam est actus primus quia actus dicitur complexive (?) et
eodem modo privatio est actus primus.
— Quaeritur utrum mutatio sit actus perfectus
vel imperfectus. Quod autem sit actus imperfectus videtur
quia duplex est potentia mobilis, una ad viam,
alia ad terminum, et actus respondens potentiae ad terminum est
actus perfectus, actus autem respondens potentiae ad vi-
am est imperfectum. Nunc autem ut concessum est
mutatio est actus respondens potentiae ad viam, ergo
mutatio est actus imperfectus. — Item muta-
tio est vadiatio sed in vadiatione acquiritur ali-
quid, sed quod acquirit sibi aliquid, sed quod huiusmodi est im-
perfectum, mutatio ergo cum sit actus eius quod
acquirit sibi aliquid erit actus imperfecti. Si ergo
motus dicitur actus imperfectus quia est
imperfecti, mutatio similiter erit actus imperfectus
cum sit imperfecti. — Item cum motus et
mutatio sint actus eiusdem potentiae, cum
motus sit actus imperfectus similiter et mutatio actus
imperfectus. — Item mutatio non est nisi dum
fit et fit non est actus nisi dum fit quia non est actus
nisi dum est et non est nisi dum fit, non est ergo actus
nisi dum fit et cum fit non est perfecta. Probo quia
cum fit non est facta et si non est facta non est
perfecta, perfectum enim addit ad factum, perfectum enim est perfe-
cte factum et sic mutatio si sit actus erit actus im-
perfectus. Quod autem non sit facta dum fit probo quia
dum fit est et cum facta est non est, ergo dum fit
non dum facta est et si dum fit non dum facta est
dum fit non est perfecta quia si esset facta esset perfecta.
Quod autem non sit facta patet quia ut dicitur ea quae sunt
in fieri cum facta sunt non sunt. Ex hiis omnibus con-
cluditur quod mutatio est solum actus cum est et
solum est cum fit et ideo est actus solum dum fit
et dum fit non est perfecta, mutatio ergo non erit
actus perfectus. — Quod autem mutatio sit actus
perfectus videtur quia id est perfectum de quo nihil est fa-
ciendum, sed quando mutatio est nihil est de ea facien-
dum, ergo est perfecta. Minor patet quia si aliquid esset
de mutatione faciendum dum esset, esset mutatio
habens partem et partem et sic erit divisibilis quod
falsum est. Mutatio ergo cum sit actus erit actus
perfectus. — Item mutatio est perfecti quia quod

mutatur quando mutatur mutatum est quia simul
sunt mutari et mutatum esse ut habetur in VI°
huius, sed quod est in eo in quo mutatum est perfectum est,
mutatio ergo perfecti est, sed oppositorum oppositae sunt
causae, ergo si motus est actus imperfectus quia
est imperfecti, mutatio erit actus perfectus quia
est perfecti. — Ista quaestio est valde dubia. Non
autem est dubium quin motus est actus imper-
fectus et quin forma ad quam est motus est actus
perfectus, de mutatione autem dubium est et ideo
sub dubietate dicendum quod mutatio nec est actus
simpliciter perfectus nec simpliciter imperfectus, sed per se
imperfectus est, per accidens vero perfectus. Mutatio est
actus imperfectus quia ipsa est vadiatio in-
ducens instanter formam ad quam est motus,
et quia vadiatio est imperfecti, sed quod huiusmodi quia vadi-
atio est ad aliquid acquirendum, ideo mutatio hac via
considerata est actus imperfectus simpliciter et per se, sed
quia completur motus per mutationem et in instanti
completur potentia per suam formam in quo quam cito est mu-
tatio, tam cito completur motus (?) tam cito quam in eodem
instanti est forma completa, complet totam
potentiam et ad viam et ad formam; ideo mutatio
hac via considerata scilicet per perfectam formam
quam in instanti per ipsam acquirit potest aliquo
modo dici actus perfectus, non per se sed per accidens. Et
mutatio plus habet de perfectione quam motus quia
completiori modo completur potentia per mutationem quam
per motum. Et tamen quantum habet mutatio de conti-
nuatione formae quae in instanti illius totaliter (?) com-
plet potentiam tantum habet de perfectione. Plus autem habet
de ista quam motus et ideo mutatio est actus perfectus
magis quam motus. Si autem aliquis velit simpliciter
respondere ad primam quaestionem utrum mutatio sit actus
perfectus vel imperfectus, credo quod est simpliciter actus
imperfectus. — Ad rationes ergo respondendum primo ad pri-
mas tres quia non possunt probare quod muta-
tio sit imperfectus actus sicut motus, quia
motus habet duplicem imperfectionem, unam a par-
te eius quod est vadiatio et aliam a parte eius quod
de eo aliquid factum est et aliquid faciendum est. In mu-
tatione autem est tantum una natura imperfectionis scilicet
illa quae est vadiatio, non illa quod aliquid eius factum sit

et aliquid faciendum cum sit indivisibilis et sit tota simul
nec plures possunt continuare tres partes temporis.
— Ad secundam cum obicitur dum mutatio est
non est facta nec perfecta etc. dicendum quod esse mutatum
mutari est simul sed esse autem eius est indivisibile et ideo statim
dum fit tota fit. Unde cum sit non de suo
sed est fiendum et quia tale est perfectum ideo quando
fit perfecta est sed non est ita perfecta quod sit sed
sit preteritum, immo est in perfecta quia nihil de ea est faciendum.
Tu vero opponebas quod non esset perfecta ita quod fu-
turum sed est preteritum. Sed autem modo non dicitur
perfecta sed alio ut visum est. Et cum dicitur perfectum
additur super factum quod est in permanentibus et forte
in temporis successivis que habent partem et partem.
Sed ad hunc argueret aliquis sic si mutatio quando
est perfecta est. Sed si perfecta est facta est et si facta
est non est. Ergo a primo quando est non est. Vel sic quando
est non est perfecta tunc vel nihil eius statim est vel
aliquid eius factum est et aliquid eius faciendum. Si primo
modo tunc perfectum non erit tunc non erit. Si secundo modo
tunc mutatio erit divisibilis et habebit partem
et partem. Et dicendum quod aliquid perfectum est dupliciter vel quia
nihil sit eius faciendum vel futurum de suo sed vel quod sit
sed iam est preteritum. Primo modo est mutatio facta
et perfecta cum sit indivisibilis tota simul. Secundo modo
dicitur motus perfectus quando sit sed est preteritum.
Cum ergo dicitur si mutatio quando est perfecta est et
si perfecta est facta est patet quod verum est quod sic est
perfecta et facta quod nihil eius est futurum et non
quod sit sed sit iam preteritum et ideo non valet
processus ulterior. Patet ergo quod rationes non possunt
concludere quod mutatio nullo modo sit actus per-
fectus sicut motus sed quod simpliciter et per se non sit
actus perfectus. Unde cum possit esse actus perfectus per
accidens scilicet per concomitantiam forme perfecte.
— Ad rationes in oppositum dicendum quod non possunt con-
vincere quod mutatio sit simpliciter actus perfectus et
ad primam per iam dicta patet solutio quia mutatio quo
ad hoc perfecta est quia nihil eius est faciendum. — Ad
aliam cum dicitur quod mutatur quando mutatur
mutatum est etc. dicendum quod mobile in eodem instanti
temporis mutatur et mutatum est prius cum sit
mutatum quam sit in eo in quod mutatum

est et quia mutari est actus mobilis ut quia est in potentia ad
viam ideo prius sed tamen completur ista potentia quam
potentia ad formam in eodem tamen instanti temporis.
Cum ergo dicitur mutatio est perfecta dicendum quod licet
in eodem instanti in quo mutatur sit per-
fectum prius tamen per naturam mutatur quam sit perfectum et
mutatio tendit ea intentione per naturam prius est in
potentia et imperfectum quam perfectum. Unde non est simul
actus in quantum perfectum sed in quantum in potentia ad viam
et in quantum imperfectum et propter hoc non sequitur quod
mutatio sit simpliciter actus perfectus. — Utrum quod
mutatio sit actus imperfectus queritur utrum sit
actus entis in actu aut entis in potentia et quod sit
actus entis in actu videtur quia si mutatio sit
actus entis in potentia et cuicumque convenit diffinitio
et diffinitum, cum hec sit diffinitio motus quia
motus est actus entis in potentia sed quia hoc se-
quitur quod mutatio erit motus et sic muta-
tio erit divisibilis in infinitum sicut motus. — Item
ens in potentia sed quia in potentia est imperfectum muta-
tio est actus perfectus ergo non erit actus
entis in potentia. Probatio minoris quia quod est in eo
ad quod est motus est perfectum sed illud quod mu-
tatione disponitur est in eo ad quod est
motus quia quod mutatur simul mutatur
et mutatum est ergo quod mutatione disponitur
est perfectum. — Item quod actualiter est sub actu
est actu et perfectum sed quod mutatione dispo-
nitur est actu sub actu ergo quod muta-
tione disponitur est actu et perfectum muta-
tio ergo erit actus entis in actu. Assumpta patet
sicut prius quia mutari et mutatum esse simul
sunt et mutatum quando mutatum est perfectum
est et actus. — Contra sicut prius visum est
mutatio est vaditio vel acquisitio sed quod va-
dit est in vaditione vel acquisitione imper-
fectum est sed quod vadit quia vel acquirit illud
quod habet actu mutatio ergo erit imperfecti sed quod
est in potentia sed quod hoc est imperfectum et ergo et sic
mutatio erit actus entis in potentia. — Item
omnis actus qui est ad actum ulteriorem est
imperfectus sed mutatio est talis actus quia
est ad formam vel ad locum si sit loci mutatio

et sic de aliis ergo mutatio erit actus imperfecti.
Sed in secundo huius non est actus imperfectus nisi quia
imperfecti ergo mutatio cum sit actus imperfectus
erit actus imperfecti sed tale ens est in potentia ergo
mutatio est actus entis in potentia. — Item mobile
quod motu disponitur est in duplici potentia scilicet in
potentia ad viam vel ad motum et in potentia ad terminum
motus vel ad formam sed potentia ad viam comple-
te non terminatur nisi per terminationem alterius
potentie. Sed cum mutatio sit terminatio vel
actus potentie ad viam ut visum est prius
mutatio erit actus imperfectus et imperfecti et
tale est ens in potentia ergo etc. — Quod sit hic
uel illi motus ad ultimum illius corporis. eadem ratione arguitur et de quolibet alio corpore et etiam de infinitis si totum esset infinitum. Item si tale spatium sit locus tunc locus mutabit locum uel per se uel per accidens. et si locus mutat locum uel per se uel per accidens. tunc locus est in loco uel per se uel per accidens. et hoc est inconueniens et est contra aristotelem quarto huius. probo minorem. accipiatur corpus locans et corpus locatum contentum infra ipsum et tunc moueatur totum aggregatum ex eis de loco ad locum. spatium quod est inter latera continentis in quo continetur et mutat locum. aut si non corpus contentum non esset in eodem loco in quo prius erat. quod est falsum. et mutat ergo tale spatium locum per se uel per accidens. quod si locus esset tale spatium et cetera. minor patet. quia quicquid mutat locum est in loco et eo modo quo locum mutat est in loco. Item si locus est spatium contentum inter latera lata continentis. tunc locus mutat locum per se. et si locus mutat locum per se locus est in loco per se. sed hoc est falsum et contra aristotelem quarto et cetera. probo minorem. quia si locus est spatium ymaginatum inter latera continentis. locus mutat locum sicut obuium est per eandem rationem. sed non mutat locum per aliud ergo mutat locum per se. probo quod non mutat locum per aliud. quia si mutaret locum per aliud hoc esset per continens uel per contentum. sed non mutat locum per continens nec per contentum. ergo non mutat locum per aliud. probo primum quia non mutat locum per continens quia quod mutat per continens locum et aliquid eius ut pars uel ut accidens. sed spatium ymaginatum inter latera continentis non est pars continentis nec accidens eius cum sit extra suam substantiam. ergo et cetera. similiter spatium ymaginatum inter latera continentis non est pars corporis locati quod per se patet. nec accidens eius. quia locus distinctus est a locato. sicut dicitur ab aristotele in textu. sed accidens non est distinctum a subiecto eius. ergo spatium non mouetur per contentum. et ideo non mutat locum per accidens. ergo mutat locum per se. antecedens patet. quia eo in quo res mutat locum ipsa est in loco. Item si hoc spatium ymaginatum inter latera continentis esset locus. tunc leue non mouetur sursum quia sursum est proprie sursum nec graue deorsum quia deorsum est proprie deorsum. sed hoc est inconueniens et contra aristotelem et cetera. consequentia. minor patet. sic sursum simpliciter est concauum orbis lune et non spatium inter latera et concauum orbis lune cum illud concauum sit super illud spatium. Item si locus leuis esset spatium contentum in concauo orbis lune et non concauum sit super illud. tunc leue mouetur naturaliter ad spatium illud et ibi quiesceret naturaliter et ab illo spatio conseruaretur et non ulterius ferretur. moueatur tunc orbis lune et eleuetur per impossibile per magnam distanciam concauum eius eleuabitur in equali distancia sed spatium ibi contentum remanebit et non sic apertum natum moueri per se nec per accidens uel per aliud cum non sit alicuius accidens nec pars. si ergo illud spatium sit prius locus leuis. adhuc erit locus leuis et leue mouebitur ad illud spatium et ibi quiescet naturaliter et ab eo conseruabitur. quia illud spatium est locus suus leuis. ergo tunc leue non mouebitur ulterius ad concauum orbis lune quod est sursum simpliciter in infinitum et leue simpliciter eleuaretur in infinitum ad concauum orbis lune quia concauum orbis lune semper est sursum simpliciter et locus leuis. Item si locus esset tale spatium. tunc bene esset pars corporis per se in loco sicut totum corpus et hoc est contra aristotelem dicentem quod totum est in loco per se. sed pars est in loco per accidens quia per totum quod totum est in loco per se. non est in loco nisi propter hoc quod ipsa est in toto quod totum est in loco. consequentia. minor patet. Sed quia ad eo unum partes corporis reciperentur per se in partibus spatii sicut totum corpus in toto spatio et sic patet minor. Solutio ad hoc dico quod spatium ymaginatum inter latera continentis non est locus sed ultimum continentis ut uult aristoteles. unum ultimum magis conclusionem concedendo propter rationes factas et alias factas ab aristotele in textu quia dictum ostendunt et causam eam assignant. Ad primum obiectum quando dicitur quod uacuum et aliud est a loco plenitus corpore. dico quod uacuum si esset ipsum esset locus priuatus corpore. sed locus priuatus corpore non esset spatium contentum infra latera continentis. sed locus esset ultimum continentis tantum. sed uacuum plus importat si esset. quia si uacuum esset ipsum esset ultimum continentis et ultra illud adderet spatium medium ymaginatum inter latera priuatum corpore. unde non uacuum formaliter significat spacium ymaginatum inter latera priuatum corpore. et materialiter et per accidens significat ultimum continentis. locus uero formaliter significat ultimum continentis secundum quod continens. sed quia continens secundum quod continens habet aliquo modo respectum ad medium spacium contentum inter latera continentis. ideo locus materialiter notat illud spatium. unde locus formaliter notat ultimum continentis. sed hoc ultimum continentis habet aliquo modo respectum ad spacium medium. ideo locus per accidens representat spacium illud. unde per se locus significat ultimum continentis secundum quod continens. et continens secundum quod continens habet respectum ad spatium medium et ideo materialiter et per accidens spatium medium cadit in significatione loci. econuerso est de significatione uacui. uacuum enim primo et per se notat spatium ymaginatum inter latera continentis. et materialiter et per accidens significat ultimum latera continentis siue ultimum continentis. et antiqui posuerunt quod locus per se significaret hoc spatium medium et hoc reprobat aristoteles. et cum dicitur quod uacuum si esset ipsum esset locus priuatus corpore et cetera. uerum est quod hoc nomen uacuum notat per se et primo hoc spacium interceptum et ex consequenti cadit sua significatione super ultimum continentis et econuerso significatione locus. ad aristotelem consequentia iam patet quando dicitur sic est de partibus corporis et cetera. dico quod partes locati proprie sunt partes ultimi continentis et non partes spacii intercepti et non sunt ibi dimensiones alie a dimensionibus corporis contenti. unde per sui diffinitionem locus non habet nisi a profunditate corporis locati. unde ymaginantur ibi dimensiones que sunt infra latera continentis et que sunt ipsius loci et que sunt similes dimensionibus corporis locati nichil est. sed dimensiones in medio loci existentes non differunt a dimensionibus profunditatis ipsius corporis locati. sed dimensiones medio loci existentes quas habet locus in quantum continens habet a corpore locante et ille coaptantur cum partibus ultimi. quod ultimum est ipsius locati quod significat per illam adequationem loci et locato quam dicit aristoteles quod locus uult esse equalis locato. et ideo est locans non locatum nisi secundum suum ultimum. sic locatum non est in loco nisi per suum ultimum per quod ultimum tangit ultimum corporis locantis et sic per se est in loco totum. partes non sed per accidens. quia hoc ultimum per quod locatum ultimum locantis tangit est per se totius et non partium nisi per accidens et per hoc patet solutio ad secundum. cum dimensionibus corporis contenti respondeant dimensiones. dimensiones loci dico ultime et exteriores. et si alique sunt dimensiones in profunditate ipse non sunt loci. sed corporis contenti. et propter hoc dimensionibus profunditatis corporis locati non oportet quod respondeant dimensiones loci interiores. quia locus nullam profunditatem habet nisi profunditatem corporis contenti. et sicut corpus locatum non per suum ultimum est per se in loco. sic corpus locans secundum suum ultimum tantum continet corpus locatum nec sunt ibi alique dimensiones interiores in profunditate que sunt ipsius loci. ad tertium per dicta patet solutio et cetera et adhuc per melius patebit. ad quartum patebit solutio inferius. nota n. ad aliud dicendum in solutione de extensione preterea corporis locati et preterea loci et hoc magis apparebit post. Consequenter queritur de positione geometrici qui ponebat locum non aliud esse nisi mathematicam dimensionem et hoc confirmabit per talem rationem. sic omne corpus est in loco et habet dimensiones que ipsum continent. sed celum est corpus ergo celum est in loco et habet dimensiones que ipsum continent. sed extra celum nullum est corpus quod ipsum continens et ita nulla dimensio talis est extra celum. ergo oportet ponere quod sint ibi dimensiones mathematice que illud corpus contineant et ita in quibus sit sicut in loco. Item extremum et medium inter extrema debent esse eiusdem nature et eiusdem generis. sed extrema loci sunt centrum et circumferentia et hec sunt de natura et de genere rerum mathematicarum et res mathematice quantum et medium inter hec extrema est

res mathematica. Et hoc medium est locus et dimensio que
locus est mathematica dimensio. Item sit corpus quod
tangat non solum superficiem unius corporis continen-
tis sed plurium, ut sit corpus cuius una pars
sit in aere et alia eius pars sit in aqua et tertia
eius pars sit in terra; hoc corpus est unum et
in loco uno mathematico et in una dimensione
mathematica sit in loco suo secundum apparentiam. Locus igitur naturalis
quod est non mathematica dimensio. Quia autem illud corpus
non habet unum locum naturalem patet sic: quia naturalis locus
debet esse in corpore continente ut in subiecto, et hoc corpus
est in tribus corporibus continentibus. Sed nulla una res
naturalis est in hiis tribus corporibus que continent illud
corpus et ita non est ibi unum continens nisi di-
mensio mathematica. Tunc dimensio mathematica vel
esset locus. Sed hec dimensio mathematica non potest esse
esse contenta et continens ipsum, quia si hec dimensio
mathematica esset et contentum et continens ipsum
et cum ipsa sit solida secundum 10 geometrie, et esset solida
et continens, sit magis contento et locus esset
maior locato quod est falsum. Si illa soliditas
mathematica que est locus secundum 10 geometrie sit simul cum
locato et non extra ipsum, tunc soliditas que locus
est simul erit cum soliditate corporis locati et
et partes soliditatis mathematice simul erunt cum cor-
poris locati partibus, et tunc duo corpora simul
erunt quod est inconveniens. Item sequeretur quod partes
soliditatis mathematice essent eadem cum
partibus corporis locati et quod soliditas mathematica
esset idem cum corpore locato, et per consequens quod
locus esset idem cum corpore locato quod est in-
conveniens. Probatio quod hoc totum sequatur: Aristoteles in primo
de anima dicit quod si anima esset ex punctis, tunc
puncta anime et puncta corporis essent eadem et
anima et corpus essent eadem. Sic est in
proposito. Ad hoc diceret aliquis quod duo corpora natura-
lia non possunt esse simul in eodem loco, tamen
duo corpora quorum unum est naturale et aliud
mathematicum et spirituale bene possunt esse in e-
odem loco simul. Ideo propter hoc non ducit
ad inconveniens. Sed contra illam responsionem per
hoc arguitur sic: si corpus mathematicum et corpus naturale
simul essent in eodem loco, tunc cum corpus naturale per

se est in loco, tunc corpus mathematicum esset in loco et
hoc est contra Aristotelem 4 Physicorum, ubi dicit Aristoteles quod mathematica nec per
se nec per accidens sunt in loco. Item si corpus
mathematicum esset simul cum corpore naturali in eodem
loco, tunc corpus mathematicum esset in loco a-
liquo modo, et omne quod est in loco movetur secundum
locum et mutat locum, et sic mathematica move-
rentur localiter vel per se vel per accidens, et sic in
mathematicis erit motus quod est inconveniens et hoc est contra
Aristotelem dicentem quod mathematica a motu abstrahuntur.
Et si mathematica moverentur, mathematica non essent
mathematica. Item sicut res naturales necesse sunt
in materia, sic mathematice dimensiones necesse sunt
in materia. Ergo si in loco sunt dimensiones ma-
thematice cum corpore naturali, simul in loco erunt due materie,
quod est contra Aristotelem et commentatorem de augmento primo de generatione
etc. Item quod non sint simul in loco corpus
naturale et corpus mathematicum videtur: quia accipiamus
corpus naturale quod sit simul cum corpore mathematico.
Media horum simul erunt et medium punctum
unius cum medio puncto alterius. Signemus
igitur punctum in superficie unius corporis et similiter
signemus punctum aliud in superficie al-
terius corporis et sint simul hec puncta super-
ficialia, et protrahamus unam lineam a pun-
cto medio mathematici corporis ad punctum signatum
in eius superficie, et similiter protrahamus unam aliam
lineam a puncto medio corporis naturalis
ad punctum signatum in eius superficie.
Ille due linee aut erunt una linea aut
diverse. Si una est linea ille due linee,
igitur similiter puncta duo duarum superficierum
erunt unus punctus, quia una linea in
una sui extremitate non potest terminari ad
duo puncta, et similiter ille due superficies
quarum una est corporis mathematici et alia corporis naturalis
erunt una superficies, quia unus punctus
non potest esse duarum superficierum; ergo tunc illa
duo corpora erunt unum corpus, quia u-
na superficies non est duorum corporum. Et si
sunt unum corpus, tunc non sunt duo corpora
simul, ut supponebatur. Si ille due linee sunt diver-
se, tunc due linee iste necesse claudant super-

ficiem aut constituunt triangulum per additionem
tertie linee cum qua coeunt in utraque sui ex-
tremitate aut triangulum et sic de aliis figuris
rectilineis. Sed hoc est impossibile. Item ille due
linee aut erunt equidistantes aut non.
Si non, aliquando concurrent et tandem intersecabunt
se quod est impossibile, quia si in infinitum protraherentur
non intersecabunt se. Si eque distant, tunc
de una ad aliam erit ducere lineam mediam
quod est impossibile. Et ideo non sunt diverse linee
sed una et eadem, et hoc patet per ista puncta, quia
illa puncta sunt simul que sunt in superficie et
similiter illa que sunt in medio sunt simul. Ergo et li-
nee facte ab hiis erunt simul, et sic si puncta
sint simul non erunt differentia, sicut vult
Aristoteles primo de anima, et similiter linee ab hiis duc-
te non erunt differentes. Ergo similiter erit de
omnibus punctis ibi signatis quod eadem erunt,
et si sic tunc linee omnes erunt eedem et omnes
superficies similiter, et si sic tunc illa corpora non
erunt differentia nec sunt diversa si sunt simul,
et sic nullo modo erunt duo corpora simul nec
similiter duo puncta, et hoc quia nequaquam possunt
esse simul duo corpora. Solo ego concedo quod secundum
Aristotelem duo corpora mathematica simul esse non possunt nec
duo corpora naturalia nec unum mathematicum cum uno naturali
nec duo puncta similiter simul esse non possunt, et hoc
probat hoc quod due materie simul esse non possunt. Unde propter hoc
dico quod mathematica soliditas non est locus sicut
posuit iobes ginaticus. Sic videtur ei imponere
commentator. Ad primum obiectum in contrarium quod est de 10 geometrie
dico quod celum non est in loco per se. Sic accipit
ille 10. Io. male accepit. Sed est in loco
per accidens et per suas partes, scilicet quia partes eius
sunt in loco, et hoc vult Aristoteles in 4° Physicorum et ideo non
oportet quod celum habeat esse aliud corpus vel mathematicas
dimensiones quibus contineatur. 4 Physicorum dicitur quod corpus
omne extra quod est aliquod corpus continens ipsum est in loco:
intelligendum quod illud corpus est in loco per se. Sic
autem non est celum in loco sed per suas partes.
Sic vult Aristoteles in 4. — Ad aliud dico quod centrum
et circumferentia nominant per se res mathematicas et
non sunt ultima et extrema loci nisi per accidens. Sed

sursum et deorsum sunt ultima et extrema loci per
se. Et sursum est in circumferentia et deorsum
in centro, et ideo sursum et deorsum sunt res
naturales et loci differentias significant per se. Sed centrum et cir-
cumferentia alium modum significandi habent et nominant
autem res mathematicas et non nominant differentias loci nisi
per accidens, quia accidit quod sursum sit circumferen-
tia et centrum deorsum, et non est inconveniens quod
res mathematice et res naturales sint idem secundum subiectum;
habent tamen diversa nomina que ipsa nominant per di-
versum modum. Si centrum et circumferentia
que per se sunt res mathematice essent per se extrema
loci et extrema, tunc locus esset res mathematica.
Sed sic non est, sed sunt per accidens extrema
loci. — Ad aliud dico quod illa ratio non facit fi-
dem quod soliditas mathematica sit locus, sed solum du-
bium aliquo quod illud corpus unum et continuum pos-
sit habere locum unum et tamen secundum divisas eius partes
sit in diversis corporibus continentibus, et hoc magis
apparebit inferius cum queretur de unitate
loci et situ locati. — Queritur quarto in quo genere lo-
cus sit. Et videtur quod sit in genere quantitatis, quia
dicit Aristoteles in libro Predicamentorum; Aristoteles enim locum
numerat inter quantitates in genere quantitatis. Sed contrarium
possumus ostendere per tale testimonium. Et 4 Metaphysice
locus non numeratur inter species quantitatis sed motus;
ergo locus non est in genere quantitatis. Sed ad primam
questionem respondeo et ostendo quod locus sit quan-
titas et in genere quantitatis, quia dicit Aristoteles primo de gene-
ratione quod locus est dandus mathematicis rebus sicut
post et rebus mathematicis competit locus, et mathematicus
de loco potest querere, sed rebus mathematicis non competit
aliquid nisi illud sit de genere quantitatis. Similiter ma-
thematicus de nulla re potest querere nisi illa sit de genere
quantitatis; locus igitur est de genere quantitatis. Item locus
convenit mathematicis rebus et naturalibus rebus, quia res
mathematice et res naturales habent locum. Unde in hunc
locum conveniunt res mathematice et res naturales. Sed
illud genus in quo conveniunt res mathematice et
res naturales est mathematicum vel naturale. Sed non est naturale
quia mathematicus nichil considerat quod sit naturale. Ergo
genus est mathematicum; locus igitur quod est illud genus
est mathematicum et de consideratione mathematici. Sed omne tale

ficiem aut.

est quantitas et de genere quantitatis, ergo etc. Item omne
quod mensurat, scilicet quod mensurat est de genere quanti-
tatis; sed locus est mensura, scilicet quia hic et eius esse
est in mensurando, ergo etc. Quod mensure sint de
genere quantitatis videtur, quia x° prime philosophie dicitur quod licet
in aliis a quantitate reperiatur mensura, quan-
titatis tamen valde est dicere mensuram, id est in mensu-
ra quod in quantitate primo reperitur mensura.
Quod autem locus sit relatio et de genere relationis
videtur, quia nullum accidens unum est simul in
duobus subiectis nisi sit relatio, ut similitudo; sed locus
est in duobus subiectis, quia in locante et loca-
to, quia locus erit relatio ut similitudo; sed locus
non est similitudo, ergo est relatio. Item idem con-
firmatur sic: illa res est de genere illo cuius
genus recipit differentiam in sua diffinitione; unde de quo
genere dicitur posita in diffinitione alicuius rei, eius
generis est illa res; sed in genere et de genere relationis
est dicere continens locatum et cadens in sua diffini-
tione, quia dicta est continens et continens relative dicitur
ad contentum; ergo locus est de genere relationis. Se-
cundo videtur quod locus sit actio et de genere actionis,
quia actio est secundum quod aliquid quod subiectum agere dicitur;
sed secundum locum corpus locans agit in locatum salvat
et ipsum movet naturaliter locatum ad su-
um locum proprium; ergo locus est actio. Quod locus
sit qualitas et de genere qualitatis videtur, quia inter omnia
accidentia actus ille est debet maxime conve-
nire rei est de genere qualitatis et qualitas; sed locus
habet virtutem salvandi et conservandi locatum
et hoc per quandam naturam et inditam; sed est ratione
qualitatis inditur; ergo locus erit de genere quali-
tatis. Item sed omnia accidentia causantur a
forma et materia, tamen quedam magis causantur a materia
et quedam magis a forma, sed omnia alia ut nunc
causantur; sed accidentia que magis causantur a materia sunt
quantitates, et accidentia que magis causantur a forma
sunt qualitates; sed locus est actus qui maxime
causatur a forma, ergo locus est qualitas.
Quod autem locus maxime adhereat forme
et causatur a forma manifestum est. Ille actus qui
refertur ad rationem sue completionis causatur magis
a parte sue forme, quia forma dat complementum.

Sed locus est huiusmodi, ergo etc. Quod locus sit huiusmodi probo: lo-
cus enim continet locatum magis totum, quia dicitur ab aliquo quod
totum est in loco per se et partes per accidens. Sed
totum et completum idem; ergo locus recipit
corpus locatum in quantum completum et ratio-
ne completionis. Solutio ad hoc est dicendum quod
est loqui de loco mathematico vel de loco naturali. Dicendum
ergo quod locus mathematicus est de genere quantitatis.
Locus enim mathematicus non dicit nisi quantitatem,
et hic locus non est principium motivum rei neque con-
servandi, quia iste locus in nulla re habet naturalem
quietem neque disquietem; ergo non est
activus neque passivus, et iste locus tangit
locatum sine actione et sine passione et ideo
sine virtutis immissione. Sed locus naturalis
super dictam quantitatem et super istam quantitatem
locus naturalis dicit addit specialem naturalem habitudinem
rem cum quibusdam corporibus naturalibus et disconvenien-
tiam a quibusdam corporibus naturalibus, et ideo propter
naturalem rem locus est principium generandi rem et
corpus cum quiescit et est principium motivum illam
rem ad locum suum quiescentem et est principium
conservandi illam rem. Naturalis locus naturalis
per rem naturalem quam addit super quantitatem
est principium motivum rem disquiescentem ab il-
lo loco; motivum dico non ad illum locum sed
ab illo loco. Et est principium corrumpendi illam rem non
conservandi; sed iste locus est principium includen-
di ad ipsam rem eo quod continet, et est principium
motivum ad ipsam eandem rem. Unde locus naturalis
magis locus dicitur rem que est de genere quantitatis,
sed in quantum naturalis addit ad veram quantita-
tem per quod facit ea que dicta sunt. Et hoc addit a
quibusdam ponitur esse de genere ubi. Sed e-
go dico aliter et melius quod hoc addit est de
genere qualitatis et de forma speciei eius que est naturalis
potentia vel impotentia. Continens enim habet per naturalem
per quam ipsum est principium generandi locatum
et motivum locatum ad continens et conservan-
di ipsum locatum. Dicendum ergo quod locus mathematicus
nominat rem de genere quantitatis tamen. Sed locus
naturalis nominat ad aggregatum ex genere quantitatis
et ex genere qualitatis. Ad primam rationem dicendum

quod ratio bene ostendit quod locus mathematicus est de genere
quantitatis. Similiter bene ostendit quod illud cum ad-
ditur res naturalis est de genere quantitatis. Ad secundam rationem
dicendum quod aliquid in hoc mathematicum, ut dicitur, motus super
quantitatem causatur tempus, quia motus non est quanti-
tas nisi per tempus. Ideo ille per motum dat
tempus intelligere. Ad tertiam rationem dico
quod locus mathematicus est dandus et assignandus
rebus mathematicis. Ideo locus mathematicus est quanti-
tas. Et ad quartum dicendum quod illa ratio concludit et con-
cedo quod locus mathematicus est quantitas et locus naturalis
secundum quod habet aliquid quod est convenire sibi et loco mathematico,
et hoc concedo. Quinta ratio ostendit quod locus quantum ad
illud per quod mensurat est quantitas, et hoc est verum.
Ad sextam rationem dicendum quod locus dicitur relative ad
locatum et est concedo. Unde locus est relatum, sed non
est relatio neque in genere relationis, et dicitur id in quo
relatio fundatur relatum, et relatum secundum rem quod relative
sunt scilicet de genere relationis; sed relatum in quo radi-
catur et fundatur relatio, et res non est de genere
relationis sed de alio genere, quia aliud est de genere
similitudinis, ut idem et diversum dicuntur. Prius aliud autem
de genere quantitatis, ut equale et inequale, duplum et
dimidium. Aliud autem de genere qualitatis, ut simile et
dissimile. Unde res subponens relationem et in
qua est relatum potest esse in alio genere a genere rela-
tionis. Sed relationes super res que fundantur in relatio
sunt de genere relationis tamen. Similiter dico cum
locus sit illud in quo relatio et res fundantur,
locus non est relatio neque est in de genere relationis.
Et ad alteram dico quod illud non est in illis pluribus vel
in subiectis, sed in altero tamen, scilicet in locante, et non
in illo; sed hoc est per respectum ad corpus locatum, et sic
est locus relatum. Sed non propter hoc non oportet quod sit relatio
neque in genere relationis. Ad septimam dicendum quod ea que ca-
dunt in diffinitione accidentis non necesse est esse
de suo genere, quia illud quod cadit in diffinitione
accidentis non oportet quod sit per se sive eiusdem et sui generis,
quia diffinitio accidentis non oportet quod id significet quod nomen
accidentis. Sed locus est actus, ideo sed dicitur ipsum diffi-
niens sit relatio et in genere relationis non propter
hoc oportet quod locus sit relatio et in genere relationis,
sed dicitur diffiniens subiectum de alio genere est de

eodem est diffinitum, quia in diffinitione substantie non accidentis
nisi quod est per se sive eiusdem et sui significata, quia diffinitio substantie
et nomen substantie diffinite idem significant; non sic autem
est in accidentibus, et ideo sic potest imperfectum sed ideo, ut potest
dici, quod hic ideo differt in hoc quod in diffinitione loci
non cadit relatio; sed relatum quod est continens et con-
tinens est relatum, quia dicitur relative ad contentum; non tamen
est relatio, sed in eo radicatur relatio et res, et ideo con-
tinens non est de genere relationis et non sit relatio
sed relatum. Ideo non oportet quod locus sit de genere relationis.
Ad octavum quod octavo quod sit actio, quia secundum locum agere
et movere ad dicitur, dicendum quod non omne per quod aliquid agit
et movet est actio, sed illud per quod aliquid agit for-
maliter est actio; sed illud per quod aliquid agit instrumentaliter
non est actio. Unde aliquis dicitur agere et movere se
securi instrumentaliter et tamen securis non est actio sed
principium actionis. Et ad dicitur agere et movere secundum locum
instrumentaliter. Ideo locus non est actio, quia motivum
ut est ab agente actio dicitur. Sed locus non est
motus sed sit principium motus ad ipsum, et ideo
non oportet quod locus sit actio; non enim est locus
motus ut est ab agente. Queritur quarto
utrum locus sit positio. Et videtur quod sic, quia quorum 40
differentie sunt eedem, ipsa sunt sed differentie loci et
positionis sunt eedem, ergo locus et positio sunt ee-
dem. Maior de se patet. Probo minorem, quia sursum
deorsum ante retro dextrum sinistrum sunt
differentie loci, et hec eadem sunt differentie positionis, ergo etc.
Item sed idem est secundum omnia, quia si aliquid
quod dividatur per alias differentias et aliud quod
dividatur per easdem differentias, tunc illa duo que
sunt eadem in toto, sed est in huius dividentibus;
ergo in se sunt eadem. Sed locus dividitur
per has differentias sursum et deorsum etc., et simi-
liter positio; ergo locus et positio sunt idem. Locus ergo de
genere positionis. Solutio dicendum quod locus non est positio,
quia locus est actus locantis sed quod est locans,
sed positio est actus locati sed quod est locatum,
quia positio est ordinatio partium in loco, scilicet locatorum.
Ad obiectum cum dicitur huius easdem differentias sur-
sum etc., dicendum quod si ille differentie essent eedem in
differentiis loci et positionis ratio concluderet; sed non est ita,
ideo non oportet quod sunt idem, quia non sit ibi differentie eedem.

vno modo sic quod ille dictum sunt dicte loci per se et
potentie per actus quod potentia est ordio partium in loco.
et in potentia tamen cadit super partes entes in loco
ut super suum subiectum. et per actus cadit super locum
et super loci dictas in quo loco sunt ille partes.
secundo modo sic ille dicte sunt dicte formales loci et
causales potentie quod ille dicte agunt in locatum
per quam actionem inducendam huiusmodi potentiam et ita
distinguuntur loci et potentie. et cum ille dicte sunt
dicte formales loci et causales potentie. ille dicte sunt
de genere loci et non potentie vel possunt vero ab ali-
solum. cum dicat quod ille dicte sunt dicte loci vel
sed cum dicit quod sunt dicte sunt dicte potentie. e-
go dico quod hoc non est verum quia potentia est specie per
causam vel illam dictam. ille ergo dicte continent tamen
potentias potentie ergo non sunt dicte potentie. Item
si essent dicte potentie essent in eodem subiecto in
quo est potentia. sed hoc est verum vel visum est supra
ergo etc. - dicendum quod verum locus sic corpus.
et videtur quod sic. quia quanto mathematice dicat aristoteles
quod quantitas habens unam solam dimensionem
est linea et quantitas habens duas dimensiones
est superficies et quantitas habens tres dimensi-
ones est corpus. sed locus habet tres dimensiones
ergo est corpus. probatio minoris. tribus mediis. primum
medium est tale quod particule loci et corporis ad
eundem terminum communem coplantur ut dicit
aristoteles in predicamentis. sed hoc esset impossibile nisi locus
haberet profunditatem sicut corpus. locus
ergo habet tres dimensiones profunditatem et sic
locus habet longitudinem et latitudinem quod per se
est evidens. locus ergo habet tres dimensiones.
secundum medium est hoc. particule particule corporis
et loci ad eundem terminum communem coplantur.
sed hoc esset impossibile nisi locus locato coextenderetur
secundum omnes dimensiones. sed cum corpus habet tres di-
mensiones et locus habet tres dimensiones. tertium
medium est hoc. locus est equalis locato. sed ha-
bens unam dimensionem tamen vel duas dimen-
siones tantum non est equale habenti tres dimensio-
nes. non enim potest linea esse equalis superficiei
nec superficies corpori sed corpus habet tres dimensio-
nes ergo et locus. Item vero aristoteles in littera est sic

locus puncti non est alius a puncto. nec locus li-
nee est alius a linea. nec locus superficiei est
alius a superficie. ergo similiter corporis non est alius
a corpore et sic sic erit locus corpus. Item in .4.
physicorum dicit aristoteles quod solum illa sunt comparabilia
que sunt sub eadem specie specialissima sed locus
et corpus sunt comparabilia inter se. quare locus
et corpus sunt sub eadem specie specialissima sed
corpus continetur sub hac specie corpus quare et locus
continetur sub hac specie corpus. sed species vel
predicatur et continetur sub ea. quare videtur quod locus
est corpus. minor. patet quia dicit aristoteles .4. physicorum quod
solum illa sunt comparabilia que sunt eadem specie
specialissima et sub eadem specie specialissima. latet
enim equivocationes in quibus sicut ipse dicit probo
minorem. quia dicit aristoteles quod locus est equalis
corpori locato et sic locus corporis locato est com-
parabilis sed etc. sed contra. si locus esset corpus.
et corpus est in loco per se. tunc locus esset in
loco per se et hoc est falsum. quia locus nec per se nec
per accidens est in loco ut probatur. Item si locus
esset corpus aut est locatum aut est corpus
locans. si est locatum corpus tunc corpus
locatum esset in se ipso ut in loco. similiter locus
esset in se ipso ut in loco et sic locans a loca-
to non differret et hoc est falsum. quia locus et loca-
tum est sicut dicit aristoteles. si autem locus sit ad corpus
a locato ut corpus locans ipsum autem est vero
corpus locatum aut extra ipsum et locans
ipsum. scilicet ut corpus locans. et cum corpus continet
et locans locatum extra sic maius locato
tunc locus esset maior locato quod est contra aristotelem. vnde
enim aristoteles quod locus sit equalis locato et nec
est maior nec minor. - Solutio ad hoc dico quod
locus non est corpus nec corpus quod est substantia nec
corpus quod est quantitas non corpus. scilicet quod
de se est evidens. non est corpus quod est quanti-
tas quia locus de se et a se non habet nisi duas
dimensiones tantum que sunt longum et la-
tum sed tertiam que est profunditas. sed hanc
habet etiam non a se sed a continente et ideo non est
suum sed alterius. quia locus est ultimum continen-
tis. in quo est ultimum habet duas dimensiones.

sed magis est continens habet tertiam que est profun-
ditas non a se sed a contento et ita per accidens. dico
ergo quod corpus habet tres dimensiones per se que sue
sunt sed locus non. sed habet duas per se. et que
sue sunt sed tertiam habet per accidens et que sue non
est. ideo locus non est corpus quantitas. unde
male quidam ponebant locum esse corpus propter hoc quod habet tres
dimensiones evitabant. quia locus illas tres
dimensiones non habet a se sicut locus. sed du-
as tantum. enim similiter corpus habet tres dimensiones
que sue sunt. sed locus non sed duas tantum. sed et
tertiam habet enim ipsa non est sua sed alterius scilicet
corporis contenti. et ideo dicunt quidam quod locus et
superficies sunt idem in subiecto quia sicut superficies
habet tantum duas dimensiones per se et que sue
sunt sic et locus. quia tamen locus supra super-
ficiem addit rationem continentie. sic ratione
illius potest dici quod habet profunditatem non tamen est
corpus. Ad primam rationem dico quod locus non
habet per se tres dimensiones sed tantum duas scilicet enim
ultimum continentis non differens in substantia a super-
ficie que tamen per se habet duas dimensiones. Ideo
tantum duas dimensiones locus habet per se et si ipse
locus habeat tertiam dimensionem scilicet profun-
ditatem hoc est per accidens et per aliud scilicet per rationem
continentie et sic potest impediri dicendum quod illud quod
de se habet tres dimensiones que sue sunt et
tanquam sue est corpus sed sed locus habeat tres
dimensiones non tamen sunt sue sed alterius
scilicet corporis locati. ideo locus non est corpus. quia
locus per se et a se non habet tres dimensiones
ideo non est corpus. sed si de se eas haberet et
per se esset corpus. et ex dictis sequitur quod locus non est
quantitas per se quia hoc illud quod est quantitas per
dimensiones alterius non dicitur quantitas per se.
a simili tempus et motus. vnde dicitur scilicet methaphysice tempus
enim habet continuitatem et prius et posterius a motu
et motus a mobili. et ideo motus est quantitas
per accidens quia per mobile et tempus per motum et ultimus
per mobile. primo primum et secundum medium concludunt propositum.
quia ad quem tamen particule corporis per se tangunt. ad e-
undem tamen particule corporis per accidens tangunt.
ideo locus habet tertiam dimensionem per accidens.

sed propositum concludunt illa duo media. tertium
est medium et idem concluditur quia locus est equalis
locato quantum ad longum et latum per se locus
ideo habet dimensionem longitudinis et latitudinis per se. et et
quia locus est equalis locato secundum profunditatem per accidens.
ideo locus habet profunditatem per accidens. Ad secundam rationem
dico quod locus proprie dictus per se puncto non debetur.
tamen locus acceptus improprie et extensive secundum aliquam
famositatem per se debetur puncto secundum quod locus est
signo et positio quedam. tamen locus proprie dictus habet sex
scilicet sursum deorsum ante retro dextrum sinistrum.
et sic omnis locus divisibilis. sed locus locato est
equalis. sed divisibile non est equale indivisibili quare si hic lo-
cus esset divisibilis et hoc est falsum quod locum proprie dictum
non habet punctus. similiter superficiei et linee non
debetur locus proprie dictus. scilicet enim omnis ille dicte et ...
sursum deorsum ante retro dextrorsum sinis-
trorsum dicte variantur in quolibet loco et hec dicte
sequuntur .3. dimensiones. ergo omnis locus .3. di-
mensiones quo quodammodo et locus et locatum
sunt equalia. ergo locatum omne habet .3. dimen-
siones. sed omne habens .3. dimensiones est corpus.
ergo quod est in loco est corpus et nichil. et et
quidquid est in loco habet .3. dimensiones. sed punctus
quod est corpus nec habet .3. similiter nec linea nec super-
ficies ergo non sunt in loco. et sic hoc non sunt
in loco per se. possunt tamen habere per accidens. quia
hec sunt in corpore. et corpus est in loco per se. ideo
hec scilicet punctus linea superficies sunt in loco per
accidens. et in eodem loco sunt in quo est corpus.
vel ille locus primo et per se debetur corpori et secundario illis
que sunt in corpore et per accidens. scilicet puncto linee
et superficiei. locus corporis debetur illis mediante
corpore et per corpus. et hic locus puncti est alius a puncto.
sed si notetur locus puncti sua positio et signum hic
locus non est alius a puncto. tamen proprie si
dici locus. Ad tertiam et ad ultimam dico et quod
ea que sunt comparabilia per se et per aliquid suum
sunt eiusdem speciei specialissime. sed illa que
sunt comparabilia per accidens sed et per aliquid quod
non est suum sed alterius non sunt eiusdem spe-
ciei specialissime sed comparabilitas loci ad corpus
non est per se nec per dimensionem quam habet locus

de se et a se. Sed dimensiones per quas comparatur locus ad corpus non sunt ipsius loci sed corporis. Ideo locus per a se sui non habet comparationem ad corpus per se locatum. Sed si locus haberet comparationem ad corpus per se et per a se sui, hoc esset per dimensiones quas haberet locus per se et a se et que essent ipsius loci, tunc locus esset eiusdem speciei cum corpore. — Contra quod de loci diffinitione que est hec: locus est ultimum continentis immobile. Et primo quod de ista particula ultimum continentis. Et est hoc primo quod videtur locus sit aliquod corpus. Et videtur quia non quare quod per indifferentiam se habet ad quodlibet corpus, nullius corporis est aliquid. Locus est huiusmodi, ergo etc. Probo minor: dicit Aristoteles quod aer nullius coloris quia ipse per indifferentiam se habet ad omnes colores recipiendos. Similiter dicitur in proemio physicorum. Maior: dicit Aristoteles in hoc capitulo quod in loco ubi est aer in eodem loco recedente aere aqua erit, et postea in eodem recedente aqua erit aliud corpus et sic de singulis corporibus. Ergo locus non est determinate ad corpus. Item locus huius corporis non est eius cum sit divisus ab eo. Sic dicit Aristoteles. Similiter locus illius corporis non est eius cum sit divisus ab eo et sic de singulis locis et corporibus. Sed sicut se habet hic locus ad hoc corpus et ille locus ad illud corpus et sic de aliis locis et corporibus, sic locus simpliciter se habet ad corpus simpliciter. Sed hic locus non est aliquid huius corporis et sic de singulis locis et corporibus; ergo locus simpliciter non est aliquid corporis simpliciter. Sed secundum quod habet dimensiones vel est corpus vel aliquid corporis, eo quod dimensiones perfecte et complete non sunt nisi in corpore. Sed locus habet dimensiones; ergo locus est corpus vel aliquid corporis. Sed non est aliquid, ergo est corpus. — Contra quod quid sit corpus ipse locus. Et videtur quod ipse sit corporis continentis ultimum. Locus est illud per se de corpore locante per quod corpus locans locat alterum infra se. Sed corpus locans locat alterum infra se per suum ultimum contentum. Ergo locus est ultimum corporis continentis et locantis. Maior patet

quia illud per se est visibile per quod utrumque tangitur. Ergo sic et est hic. Videtur similiter illud per se est tangibile per quod utrumque tangitur. Ergo sic et est in proposito. Item locus est per se corporis continentis in ultimo corporis continentis. Corpus locatum locatur quia hic est illud per quod locans locat. Sed in ultimo corporis continentis corpus locatum locatur. Ergo locus est ultimum corporis continentis. Item locus est illud corporis continentis per quod corpus continens adequatur locato. Sed corpus continens non adequatur locato nisi per suum ultimum quod contingatur locato. Ergo locus est ultimum continentis corporis per quod continens locato contingatur. Item idem probatur per rationem locati. Si enim locatum locatur non secundum suum quodlibet sed secundum ultimum suum tantum, probo: hoc totum secundum quod totum est in loco et locatum, et partes non est in loco per se sed per totum in quo est partes, ut dicit Aristoteles in hoc. Ergo per quod locatum est totum per id idem est locatum. Sed locatum est totum per suum ultimum. Ergo locatum est locatum per suum ultimum. Probo quod locatum sit totum per suum ultimum, quia totum et finitum et perfectum idem sunt. Sed finitur et finitum per hoc quod habet ultimum. Ergo per id idem. Ergo locatum per suum ultimum est totum, et per id per quod est totum est locatum. Ergo corpus locatum per suum ultimum est locatum. Sed locus locato debet adequari; ergo locus debet adequari ultimo corporis locati. Ergo locus est illud corporis continentis per quod sui adequatur ultimo locati. Sed corpus continens non adequatur ultimo ipsius locati nisi per suum ultimum. Ergo locus est ultimum continentis quod locato contingatur. Contra hic erit locus. — Solo ad primam questionem dico quod locus est aliquid corporis. Sed est corporis et adeo aut continentis aut contenti. Dico quod ipse est aliquid continentis et aliquid contenti, quia locus habet dimensiones: longum, latum et profundum. Sed longum et latum habet per se et profundum habet per accidens. Dico ergo quod locus continentis ad illud quod per se habet, scilicet comparatum ad longum et latum

erit per suum [illegible] totum [illegible] sunt idem [illegible] locatum per suum ultimum [illegible] est totum per id [illegible] est totum locatum

est aliquid continentis scilicet actus, et ad contentum similiter. Dico ergo quod locus comparatum ad longum et latum est aliquid continentis quia actus. Et quale actus dico quod actus per se et propria passio corporis continentis, quia locus comparatum ad longum et latum est ultimum continentis per se secundo modo, quia ipse sic sumptus est propria passio corporis continentis, quia inest corpori continenti ut ultimum. Unde ipse est ultimum continentis per se tamen secundo, quia locus inest corpori continenti ut propria passio causata a principiis eius, quia causatur a forma continentis, quia forma substantialis superioris corporis continentis influxum inferius et dat ei terminationem sue dimensionis, et dando ei terminationem suarum dimensionum dat ei ultimum. Sic ergo locus quod est ultimum continentis inest corpori continenti ut propria passio et causatur ab eius forma. Sed et sic est contenti locati corporis per se secundo modo, quia inest loco per modum proprie passionis. Tamen non est propria passio, mensure supra locum addit esse quoddam inclinans locatum ad locatum quod esse non debet contenta alia ab contenta loci, tamen causatur et fluit ab contenta loci. Ideo non inest loco per modum proprie passionis, sed non sic ut est propria passio. Si autem loquimur de loco quantum ad profunditatem, dico quod est aliquid locati ut dictum est. Sed per hanc dimensionem locata patitur et non per se, quia hanc profunditatem non a se sed ab alio. — Dico ergo ad primam questionem quod locus est aliquid corporis ut iam visum est. Ad primum quod dicitur illa non procedit nisi uno modo, dicendo quod minor est falsa. Sed scilicet locus per indifferentiam se habet ad quodlibet corpus, tamen locus talis non est quod est nullius, quia locus mathematicus per indifferentiam se habet ad quodlibet corpus; tamen locus naturalis non, quia est talis non se habet per indifferentiam ad quodlibet, quia unus locus naturalis magis est aptus natus recipere unum corpus quam aliud et conservare. Propterea sed locus naturalis per indifferentiam se habeat ad quodlibet corpus recipiendo, non tamen in proprie recipiendo. Sed primo locus naturalis proprie recipit hoc corpus et non aliud. Item eadem ista non procedit

solum dicendo quod minor est falsa, quia si locus per indifferentiam se habeat ad locata corpora, tunc locus nullius est corporis locati; non tamen oportet quod nullius sit corporis simpliciter. Unde non oportet quod nullius sit corporis locantis. Unde non est verum quod dicit nisi de corpore corporum respectu quorum habet indifferentiam. Et cum ipse dicit quod respectu corporum locatorum se habet per indifferentiam, hic concedo. Sed tamen ipse est aliquid locantis, scilicet ultimum. Ad aliam cum dicit quod ille locus non est huius corporis cum sit ab eo divisus, et sic de singulis locis et corporibus, ergo hic potest concludi quod locus nichil est corporis locati. Sed non potest hic concludere quod locus non sit corporis locantis; nec potest concludere quod nichil sit corporis simpliciter. Et cum hic concludit male assumit. — Ad secundam questionem concedebatur locus quod est corporis continentis, dico quod eius ultimum. Propter quod ultimum est virtutis. Sed eius ultimum continentie et hic sunt ultimum. Ideo quod sunt dictum de hac questione sufficiant. — Contra quod videtur locus sit superficies, et videtur quod sic, quia Aristoteles dicit in littera post loci diffinitionem quod locus videtur esse superficies. Item loci diffinitio ultimo quod locus est ultimum continentis. Sed hic est superficies ultima continentis; ergo etc. Item id per quod locans locat per se et locus, sed locans corpus per suam superficiem contingua locato locat ipsum locatum; ergo locus est superficies locantis contingua locato. Item locus est equalis locato; ergo id per quod locans locato adequatur est locus. Hic autem est tantum superficies corporis locantis tangens locatum; ergo illa superficies erit locus. Quod illud per quod corpus locans adequatur locato sit superficies et non aliud videtur, quia quod est corporis locantis aliud a superficie tangente locatum est maius locato; ergo etc. Sed contra impossibile est predicationem unius speciei de specie sibi opposita, ut homo de asino. Sed locus et superficies sunt due species opposite quantitatis continue; ergo etc. Si dicatur quod iste species distinctas tamen possunt esse et ita unum de alio potest predicari, contra nullus quantitatis continuam simpliciter ut in libro, una species differt ab alia simpliciter per essentiam. Ergo sibi mac-

agentis ad passum. et approximationem precedit motus localis. quia approximatio causatur a motu locali. ergo generationem precedit motus localis. aliud quod credo est verum. Item locus non potest plus generare nisi prius plus influat. nec potest plus influere nisi prius plus approximetur localiter. nec potest plus approximari localiter nisi prius moveatur localiter. ergo aliquid non potest efficacius generari nisi prius aliter moveatur localiter. Ad propositum redeo et dico quod cum locatum fuerit approximatum loco quod amplius non potest ei approximari. et ab eo virtutem et speciem sub esse nobilissimo sed quod sub esse nobiliori eam non potest recipere recipit. et ita acquirit sua forma sibi esse nobilissimum. ita quod esse nobilius non potest acquirere. et ideo illud corpus amplius non appetit esse nobilius in sua forma et ideo tunc non appetit ulterius moveri sed ibi quiescit similiter conservatur in suo esse nobilissimo quod habet et ulterius non movetur quia ulterius non habet esse nobilius sed esse minus nobile. cum a suo loco recesserit. ideo ulterius non movetur nec intendit moveri. et ex dictis iam evidens est quare motus naturalis est velocior in fine quam in principio. ratio huius est. quia in motu naturali mobile in principio multum distat a suo motore et debilem virtutem recipit. sed in fine multum approximatur et virtutem fortem motivam tunc recipit. in motu violento oppositum est contrario modo ut probatur superius. quia in motu violento in principio mobile multum approximatum motori et fortem virtutem motivam tunc ab eo recipit sed in fine multum elongatur. ideo tunc debilem virtutem motivam ab eo recipit. ex dictis est evidens quod dicit Porphirius (?) quod locus est principium generationis sicut ad ... est pater. sed pater est principium generationis rei naturalis. locus autem eodem modo et sic idem quod facit pater in hominis generatione. hic idem facit locus in eodem generatione. verum cum dicit Porphirius quod pater et locus sunt principium generationis. sed non est eiusdem rei et diversimode tamen. nam pater est principium generationis hominis et terra naturalis. sed locus corporum simplicium ut terra elementorum est principium generationis.

Ideo quia ad propositum redeo et dico quod inter scientias (?) loci. locus et locatum conveniunt inter se et hanc convenientiam signat auctor cum dicit quod locus et locatum sunt unigenea. preterea quamvis in illa non generat. tamen illa sunt in loco sub esse nobilius quam in locato quod signat auctor. per hoc quod dicit quod locus est ut forma et locatum est ut materia. et hoc idem signat auctor per hoc quod dicit quod locus est ut totum et locatum ut pars. quia sicut pars habet esse nobilissimum in toto et completissimum per formam que est per prius et completius toti et per posterius et minus complete partis. similiter natura in qua conveniunt locus et locatum completiori modo est in loco et per prius. minus complete et per posterius est in locato. sciendum cum locus naturalis est habet conditiones conditiones et ille tres conditiones signantur per tres particulas positas in loci diffinitione. prima conditio sive natura quam habet locus que est de genere quantitatis tamen et quibus loco et superficiei signatur per primam conditionem positam in loci diffinitione. que est hec ultimum. secunda autem conditio sive natura quam habet locus et que est de genere qualitatis tamen et quantitatis cum loco in quantum superficies loci mathematici et non ut signatur per secundam conditionem positam in loci diffinitione que est hec continentis. tertia conditio sive natura quam habet locus que est de genere qualitatis tamen et convenit cum loco naturali et eius specie signatur per hanc conditionem immobile. que est tertia conditio posita in loci diffinitione sicut postea videbitur. sed quia quod est de secunda particula posita in loci diffinitione que est continentis. pro hoc dicit hic quam de aliis magistri magis (?) ... et ego dico sic credo quod hec particula continentis superfluit. quia est ultimum. addit enim dictam per quam illud ultimum mensurat locatum. unde hoc est in locante ut in subiecto. tamen ipsum non mensurat sed locatum. unde per hoc terminum ultimum continentis signatur ultimum continentis locati. ultimum continens. quia illud ultimum est in continente ut in subiecto. et locati. quia continens secundum quod continet respicit contentum quod a loco mensuratur. unde hec dictio continentis representat unum de suo

significato et duo alia dat intelligere. illud quod signat et continentia que est dictio addita ei et ultimum per quam dictam illud ultimum est mensura locati et alia duo intelligere dat. scilicet corpus continens et corpus contentum. et causa huius quia continentia quam signat per modum actionis hoc nomen continens est actus respectivus et quia est accidens vult esse in aliquo sicut in subiecto. et quia est actus respectivus ideo refert suum subiectum ad aliud. suum subiectum est corpus continens et refert ipsum ad corpus contentum et quia continentia est accidens ideo dat intelligere suum subiectum cui inheret quod est corpus continens. sed quia est actus respectivus ideo dat intelligere illud quod terminat suum respectum et hoc corpus locatum. et ideo cum hoc nomen continentis signat actionem et actionem respectivam. propter hoc quod actionem signat dat intelligere corpus continens sed propter hoc quod signat actionem respectivam ideo dat intelligere corpus locatum. dico ergo quod locus est ultimum continentis id est extremitatum continentis terminans (?) contenti ipsum mensurando. ita ordo tamen esse dicendum. aliquibus placet quibusdam aliter dicere quod ulterius ultimum quod est continentis superficiei et loco locati addit dictionem illam per quam illud ultimum est mensura continentia. et tamen hoc addit illam aliatem per quam locus conservat locatum. et sic hoc continentis dicit continentiam in mensurando et continentiam conservando. et tunc hoc ultimum continentis dicit ultimum continentis in mensurando et ultimum continentis in conservando. hoc ultimo modo dicit magister Io. de Secca villa. sed credo quod melius dicitur primo modo. dico ergo ad questionem quod locus est ultimum continentis id est extremitas continentis locati ipsum locatum continendo et conservando. ad primum in oppositum quod cum arguitur de corpore diviso superficie. quod non est in uno ultimo ergo non est in uno loco. si locus est ultimum continentis et hoc est quia omne corpus unum habet unum locum et unum ultimum. ad hoc potest dici secundum quod corpus divisum in superficies. sicut est corpus quadratum est in loco uno continuo. et cum arguitur quod non

est in uno ultimo. dico quod hoc est falsum. quia ultimum in quo est illud corpus habet partes copulatas ad unum terminum communem quia unum latus illius loci ad aliud latus illius continuatur per terminum communem et per lineam communem in angulo. et ergo in loco continuo. et cum locus continuus est unus dico quod est in loco uno. tamen ille locus non est ita complete unus et continuus sicut est locus rotundus et ideo ego distinguo de continuo. aliquid est continuum dupliciter ad presens sed presens modo continuum esse perfecte unus modus est sed quod partes eius copulantur ad terminum communem. sed ille partes non habeant eundem situm et isto modo locus corporis quadrati est unus et continuus. secundo modo potest dici aliquid esse unum et continuum quia eius partes copulantur ad unum terminum communem. et etiam sue partes habent eundem situm in toto et isto modo locus corporis rotundi ut locus rotundus est continuus continuus et unus et est magis unus quam locus quadratus quo quamvis est continuus et unus. ad secundam rationem que est de corpore cuius una pars est et una pars est in terra et alia in aqua et alia in aere. dico quod est in uno loco mathematico qui est quantitas tamen sed non est in uno loco naturali qui est complementum et qualitas. unde dico quod est in uno loco qui non nominat nisi quantitatem tamen qui est locus mathematicus quia talis locus quantitas qui notat duo. scilicet ultimum et dictionem per quam illud ultimum est mensura contenti. causatur non a forma specifica corporis sed a forma corporeitatis (?). et hec forma corporis non distinguit corpora ideo nec distinguit ultima sua. scilicet corporis sed ultima sua quantum ad istam formam sunt continua et faciunt unum locum. et licet aqua terra aer habeant diversas formas specificas per quas sunt diversa et distincta. tamen habent eandem formam generis per quam non sunt distincta sed continua. et locus causatus ab illa forma generis est unus et continuus. ideo cum locus quantitas causetur ab ista forma generis dico quod corpus cuius una pars est in terra et alia in aqua et alia in aere est in uno ultimo. ideo est in uno loco mathematico quia

Biblioteca Nazionale Centrale Firenze Mss

est quantitas. non tamen est in uno loco naturali. quia locus naturalis addit supra quantitatem naturalem vel locus qui est quantitas que quantitas causatur a forma specifica ultima corporis. Sed terra aqua aer habent diversas formas specificas. ideo habent diversas quantitates naturales. Et ideo corpus cuius una pars est in terra et alia in aqua et alia in aere. cum non consurgat ab una quantitate corporis in quo est non est in loco uno naturali. Item hoc idem patet sic. aqua terre ibi continuatur quantum ad materiam et dimensiones sed non quantum ad formam specificam et quantitates naturales. Similiter aer aque anectitur et ei continuatur quantum ad naturam et dimensiones sed non ei continuatur quantum ad formam specificam et quantitates naturales. Et est simile de aqua vino mixta que continuatur vino quantum ad materiam et dimensiones sed non quantum ad formam specificam et quantitates naturales. Sed continuitas quantum ad materiam et dimensiones causat locum qui est quantitas et qui est mathematicus et continuitas quantum ad formam specificam et quantitatem naturalem causat locum naturalem. ideo corpus cuius una pars est in terra et alia in aqua et alia in aere est in loco uno mathematico qui est quantitas sed non est in loco uno naturali. Sed quia presens capitulum loquitur de loco naturali et ad hoc quod corpus sit proprie in loco naturali oportet quod sit in ultimo corporis unius omogenei quod ultimum sit continens corpus contentum ad ipsum salvandum et conservandum in suo esse nobilissimo et pauca corpora sic sunt in loco quia cum simplicia sint in suis locis propriis sed corpora mixta non sunt sic in loco nec esse possunt quia locus naturalis est illud ultimum a quo corpus contentum naturaliter continetur et conservatur in suo esse nobilissimo et ad ipsum movetur naturaliter. sicut esse ipsum esset. Sed corpus mixtum ab ultimo nullius corporis omogenei naturaliter continetur nec naturaliter ad ipsum movetur sed ab ipso continetur violencia et ad ipsum movetur violencia. ergo nullum corpus mixtum habet locum naturalem. probo minorem. mixta corpora sunt mixta ex quatuor elementis. sed quatuor elementa non sunt in uno ultimo unius corporis omogenei naturaliter sed in diversis ultimis diversorum corporum omogeneorum sed

naturaliter. ergo corpus mixtum non potest esse in uno ultimo unius corporis omogenei sicut in uno loco suo naturali. Sed si ille locus est naturalis unicuique mixtabilium non est naturalis aliis mixtabilibus et tamen non oportet complete simul mixto. Et si forte obiciatur quod illa mixta sunt terre magis et moventur ad eundem locum ad quem movetur terra et quorum motus localis naturalis idem est ipsorum est locus idem. Sed mixta moventur naturaliter ad locum terre. ergo locus terre naturalis est locus mixtorum naturalis. Sed locus terre naturalis est unum ultimum unius corporis homogenei. ergo locus naturalis corporis mixti est unum ultimum corporis homogenei. Item vult aliquis in quarto methororum quod mixta sunt maxime terre a dominio. ideo locus eorum naturalis est locus terre. Ad hoc dico quod licet verum sit quod mixta sunt magis terre a dominio ideo consequentur aliquid locum naturalem qui est locus terre cum in eis terra dominatur secundum pondus et plus est in eis de terra quam de aliis. Sed hic locus terre sic est eis quoquo modo naturalis non habet tamen est eis complete naturalis. quia licet sit eis naturalis quantum ad terram que est in eis in magna quantitate non tamen est naturalis aliis elementis que sunt in eis sed ibi sunt in parva quantitate. Et licet motus mixti deorsum sit naturalis quantum ad terram que est in magna quantitate tamen non est naturalis aliis elementis que in eo sunt quia alia elementa non moventur deorsum naturaliter et per se sed violencia et per accidens quia moventur ibi per terram qua continentur et a qua vincuntur. Similiter alia elementa existunt inferius violencia quia per terram continentur et a qua vincuntur. Et mixta non sunt in loco quia mixta sed per naturam elementorum ex quibus componuntur. Et maxime per naturam eius dominantis in eis. Similiter mixtum corpus non movetur localiter quia mixtum. sed per naturam elementorum ex quibus componitur et maxime per naturam eius in eo dominantis. Et quia mixtum naturaliter est in loco terre quod est ideo non tamen ille est suo complete naturalis mixto. ideo si unius corporis mixti una pars esset in

terra alia in aqua alia in aere. adhuc esset illud mixtum in loco unius naturali quantum plus quia illa pars que est in terra non est in loco suo naturali et alie due partes adhuc sunt in locis innaturalibus eis. Et si simplicis corporis una pars esset in terra alia in aqua. tamen licet una pars simplicis corporis istius posset esse in loco suo sibi. tamen alie partes non essent in locis naturalibus sibi. Et talis locus continuus sic unius quoquo modo. scilicet quantum ad quantitates ad materiam quantum dicit non tamen est unius quantum ad naturalem quantitatem dicit et accidit. Dissertio loci naturalis unum et non locum unum mathematicum quia hic locus et locus continuus nunc primo et de consideratione naturalis. Sed dissertio hic loci unius naturalis quia hic locus est locus proprie et propriissimo esse loci et ille locus proprie et de consideratione naturali. Ad tertiam rationem dico quod illud corpus esse quod fit talium corporum continentium per successionem semper est in eodem ultimo et in eodem loco mathematico qui est quantitas non tamen est in eodem loco naturali. Ad quartam rationem dico similiter quod illud corpus esse quod fit successive talium corporum continentium semper est in eodem loco qui est quantitas et mathematicus non tamen est semper in eodem loco naturali et quia corpus non movetur ad locum quia locus sed quia naturalis. ideo non oportet quod moveatur ad quodlibet illorum locorum sicut accipiebat ratio. Cum hec rationes concludunt loci unitatem de qua nos non curamus. Ad sextam rationem ego dico quod nos possumus loqui de hac ratione continentie duobus modis. uno modo in se et absolute. secundo modo secundum quod ponitur in diffinitione. Si loquimur de ea in se et absolute sic dicit continentiam actualem. et sic pertinet tempus presens et actuale signis. Si autem consideretur secundum quod cadit in diffinitione loci sic dicit continentiam aptitudinalem non actualem nec potentialem cuius ratio est quia diffinitio debet esse diffiniti. Sed illud quod habet esse in actu non debet esse in aptitudine et non oportet quod sit in potentia. Similiter non oportet quod sit in actu. Similiter dicens continentiam diffinitiva ut diffinitio et partes diffinitionis necesse debet esse

in aptitudine et non oportet quod sit actu. Similiter non oportet quod sit in potentia et causa huius est triplex est esse. scilicet esse actu et esse potentia et esse secundum aptitudinem. Illud quod habet esse actu est actu in presenti et quod habet esse in potentia potest esse in futuro potentia activa non tamen passiva. Sed quod est secundum aptitudinem habet potentiam passivam ad essendum sed non activam. Esse actu includit in suo subiecto esse in potentia et esse secundum aptitudinem. Esse in potentia includit in suo subiecto esse secundum aptitudinem. Sed esse secundum aptitudinem sed prius est esse quam alia esse. tamen bene potest esse sine aliis esse. ut patet de ceco. cecus enim habet aptitudinem ad videndum sed non habet potentiam ad videndum nec habet actum videndi. Dico quod illud quod est essentiale et diffinitio continuum de necessitate debet habere esse secundum aptitudinem et licet esse possint habere esse secundum potentiam et esse secundum actum. Sed non est necesse quod habeant hoc esse. scilicet esse potentia et esse per actu habeant. tamen necesse est quod habeant esse secundum aptitudinem et est diffinitio et diffinitum debent esse essentialia diffinito. Ideo tamen diffinitum quam diffinitio et quodlibet quod in diffinitione de necessitate habent esse secundum aptitudinem et possunt habere esse potentia. Sed non est necesse quod habeant hoc esse. Similiter possunt habere esse actu. Sed non est necesse quod habeant hoc esse. et ideo sed hec ratio continentialis ponitur in diffinitione loci. necesse est quod dicat et quod dicat continentiam secundum aptitudinem. Sed licet possit dicere continentiam potentialem non necesse est quod dicat hanc continentiam. Dico ergo quod licet hec ratio continentialis que est de se dicat continentiam actualem. Cum sit pertinens temporis presentis. tamen secundum quod cadit in diffinitione loci dicit continentiam aptitudinalem. Ratio quare ostendit quod dicat actualem continentiam accipit hanc continentialem in se et absolute. Sed ratio alia que ostendit quod hec ratio continentialis dicat continentiam aptitudinalem accipit hanc rationem continentis secundum quod cadit in loci diffinitione. Restat unum declarare. scilicet quod hec ratio continentialis secundum quod cadit in loci diffinitione dicit continentiam aptitudinalem et hoc sic declaratur quia si homo non esset actu nec potentia loquendo de potentia naturali. Sed esset secundum aptitudinem. adhuc eius diffinitio esset animal rationale mortale. et esset hoc est homo est animal rationale mortale.

Ad tertiam questionem dico quod in dicta loci
diffinitione hoc quod dico continentis importat duas
continentias quarum una est continentis active
alia contenti passive. quod importat conti-
nentiam continentis active patet quia importat continentiam
loci secundum quod locus continet active. quod importat con-
tinentiam continentis active. similiter quod importat continentiam
contenti passive patet quia hoc continentis importat conti-
nentiam active. sed continens et active respicit
contentum passive et continentia passive est con-
tenti passive et ita patet quod hoc continentis dat intelligere
continentiam contenti passive. hoc ergo continentis in
dicta diffinitione importat duplicem continentiam
quarum una est continentis active secunda contenti passive.
et hoc ideo quia cum aliqua passio que est mensura
cum diffinitur debet diffiniri per suum genus et
per differentiam convertibilem et per subiectum
in quo est illud quod diffinitur et suum genus
et sua differentia convertibilis et per illud quod
mensurat illa mensura informatum potentia
et actu mensurandi quod mensuratur ab illa
mensura. sed hic diffinitur locus qui est pas-
sio et quantitas sive mensura. et diffiniri debet
per suum genus et per differentiam convertibilem
cum loco et per subiectum loci in quo est locus
et suum genus et sua differentia convertibilis cum loco
ut in subiecto suo et per illud quod mensuratur loco
informatum potentia et actu mensurandi
quod mensuratur a loco. genus tangitur per hoc quod
est ultimum et differentia convertibilis tangitur cum
loco per significatum huius principii continentis et
illud in quo ut in subiecto est locus et suum
genus et sua differentia convertibilis cum eo tangitur
per subiectum datum intelligi ex connotatione
huius principii continentis. et illud quod mensu-
ratur locus et sua potentia et actus mensu-
randi quod recipit a loco tangitur per
rationem huius principii continentis quia hoc
principium continentis habet rationem correlativam
ad contentum. et hoc quod dico contenti notat
aliquam rem in potentia et actu mensu-
randi quod recipit a loco. que res est aliquod
corpus in potentia et actus mensurandi

continentiam recipit illud corpus a loco et continentia
corporis contenti passive et hec duo scilicet corpus
et continentia passive dicta importantur per hoc
additum contentum. et hoc quod est contentum
datum est intelligi per hoc quod est continentis
quod habet rationem correlativam ad contentum. unde
hoc principium continentis importat duas conti-
nentias unam continentis active per significatum huius
principii continentis alteram contenti passive da-
tam intelligi per rationem huius principii continentis
quia continens respicit contentum. Ad rationem
in oppositum dico quod non oportet propter hoc quod locus sit
in duobus subiectis. sed dico quod est in uno
subiecto tantum scilicet in continente. sed non est in eo absolute
sed est in eo respectu contenti. unde licet continentis im-
portet illas duas continentias non tamen ex
hoc potest concludi quod sit in continente et in con-
tento. sed potest concludi ex hoc quod sit in continente
non absolute sed respectu contenti. — Ad quartam
questionem dico quod hoc continentis dicit continentiam sed
non actualem sed tamen aptitudinalem. sed dico quod
dicit continentiam et continentis active et con-
tenti passive. sed tamen principaliter et primo dicit
continentiam continentis active et secundario dicit
continentiam contenti passive. unde hoc continentis
ex significato suo et in se ipsum accipiendo primo im-
portat continentiam continentis active et secunda-
rio continentiam contenti passive. similiter sicut
cadit in loci diffinitione principaliter et per prius
stat pro continentia continentis active et secundario et per-
cuius (?) posterius stat pro continentia contenti passive
in loci diffinitione. unde dico quod accipiendo hoc
continentis in se et absolute principaliter et per prius
stat pro continentia continentis active et secundario et
per posterius stat pro continentia contenti
passive. quia licet hoc continentis illas duas con-
tinentias importet de se sed non equaliter sed de
suo significato formali importat continentiam
continentis active quia ab hoc imponitur et ex
ratione sua importat continentiam contenti passive
ideo hoc quod dico continentis primo importat et re-
presentat continentiam continentis active et secundario
continentiam contenti passive et est simile hoc quod dico pater

quia de suo significato formali representat paternitatem
et ex ratione sua filiationem. ideo per prius repre-
sentat paternitatem et secundario filiationem.
similiter est in proposito. Similiter accipiendo istam
continentiam generalem sicut cadit in loci dif-
finitione. adhuc per prius stat pro continentia continentis
active et posterius pro continentia contenti passive
quod sic probatur. nam licet locus exigat
utramque continentiam ad suum esse et continentis active et con-
tenti passive. tamen essentialius exigit continentiam continentis active
quam continentiam contenti passive. quia locus formaliter
continet active sed non continetur sed habet re-
spectum ad contentum cui est continentia passiva et quia
loco convenit continere et non contineri. sed continen-
tia convenit ei quia respicit locatum quod est contentum. ideo essen-
tialius convenit loco continentia active dicta quam passive
dicta. Iste locus de suo significato importat
continentiam active dictam. sed non significat continentiam passive
dictam. sed tamen habet respectum ad illud cui convenit continentia passive
dicta quia est contentum. ideo locus essentialiter im-
portat continentiam dictam active quam passive. ideo
hoc quod dico continentis sicut cadit in loci diffinitione
per prius stat pro continentia dicta active et per posterius
pro continentia dicta passive. et ideo hoc quod dico continentis
per prius stat in loci diffinitione pro continentia con-
tinentis active et per posterius pro continentia con-
tenti passive. Et quamvis sit dictum quod locus
continet. sed proprie dicitur quod locus continet tamen non
proprissime potest dici. sed debet dici quod corpus est
locus et ultimum continens et locus non est ipsum
quod continet sed est illud quo corpus continens continet.
propterea quamvis continentia active respiciat
contentum et habeat rationem ad contentum non
tamen relative dicitur ad contentum sed suum subiectum
quod est corpus continens relative dicitur ad contentum
et hoc propter istam formam relativam que est continentia
dicta active quia licet forma relativa aliquid respiciat
non tamen ipsa dicitur ad aliquid relative. sed ipsa est
illud per quod suum subiectum refertur ad aliquid.
unde non dicitur forma relata quia ipsa non re-
fertur. sed dicitur forma relativa quia ipsa re-
fert suum subiectum ad aliquid. unde relatum et ad aliquid
dictum non sunt idem sed diversa. nam forma

relativa dicitur relativum et non ad aliquid dictum. relativum est
quia ipsa refert suum subiectum ad aliquid. et non est ad
aliquid dictum quia ipsa non dicitur ad aliquid vel non refertur
ad aliquid. sed subiectum forme relative est ad aliquid dictum sed
non dicitur relativum. ipsum enim est quod est ad aliquid dictum
quia ipsum dicitur et refertur ad aliquid. sed non est
relativum quia ipsum non refertur aliquo a se ad aliquid.
cum ergo ad loci existentiam duo corpora exiguntur
scilicet continens et contentum. non tamen equaliter illa duo
corpora ad loci existentiam exiguntur sed continens
exigitur essentialius ad loci existentiam. et ratio est
hec quia locus est in continente corpore ut in proprio suo
subiecto quod informat et in quo et a quo est stabilis (?)
sed non est subiective in contento nec ipsum infor-
mat. sed est extra ipsum. sed ipsum respicit in
mensurando tantum. et quia ipse est taliter ratione cuius
proprio subiecto in continente et non in contento ideo
essentialius ad eius existentiam exigitur corpus continens
quam contentum. et ex hoc sequitur quod licet locus exigat
duo corpora ad suam existentiam non tamen oportet quod
utrumque sit actu. sed sufficit quod alterum illorum sit ac-
tu scilicet continens quod locus sicut essentialius
respicit. sed alterum corpus scilicet contentum potest esse
indifferenter secundum aptitudinem vel potentiam vel actu quantum ad
loci necessitatem. unde locus corpus continens
exigit esse actu necessario. sed non exigit ipsum
actu continere sed exigit ipsum contine-
re secundum aptitudinem tantum vel cum hoc secundum potentiam vel cum
hoc actu. sed corpus contentum locus non exigit
esse actu. sed vel secundum aptitudinem vel potentiam vel actu. similiter
non exigit ipsum contineri actu sed exigit ipsum
contineri vel aptitudine vel potentia vel actu. unde locus exigit
esse actu corpus continens quantum ad suum subiectum
sed non exigit ipsum esse actu quantum ad suam continenti-
am actualem. sed sufficit loco quod corpus continens
sit continens secundum aptitudinem tantum. sed locus
corpus contentum non exigit esse actu quantum
ad suum subiectum neque quantum ad suam secundum aptitudinem
continentiam passivam. sed sufficit loco quod corpus con-
tentum sit secundum aptitudinem et quantum ad suum subiectum et quantum
ad suam continentiam passivam. unde si mundus conclusus (?) orbis
hunc terram existente in centro non esset. sed lo-
cus medius vacuus remaneret. credo quod

locus sursum remaneret ut deperet ad de sua ratione. Et si totum maneret vacuum, terra tamen ascenderet ut dicit Aristoteles quarto celi et mundi. Et quod totum sursum maneret loci potest concedi duabus rationibus: prima est quia dato quod motus concavum orbis lune et etiam centrum in medio, id est in centro in quo nunc est, concederet unum de istis inconvenientibus: quorum unum est quod totum universum redibit in nichilum; secundum est quod licet concavum orbis lune contineret usque ad terram, tamen certum est quod terra ascendat, concavum est quod totum loci sursum sine deperditione maneat, nunc et terra ascendat et tunc locus medius interim et comprehensa actu manebit vacuus. Sed si vacuum ... inconveniens alius; ergo si ulterius et concavum inconveniens debet concedi. Et credo quod si est verum, et forte diceretur quod verum est quod concavum illud remanebit nunc terra ascendente et ideo locus medius actu remanebit vacuus, sed illud concavum vacuum sed quod erat plenum habebat totam loci sursum rationem; tamen nunc non habet totam loci rationem sed privative(?) quia ... si nos apponimus illi concavo orbis lune corpus levissimum ut ignem, illud concavum ... corpus levissimum, scilicet ignem, reciperet et conservaret sibi et secundum eadem ... qua ipsum conservat antequam esset vacuum. Sed antequam esset vacuum ignem conservabat illa ... quia habebat complementum loci rationem; ergo nunc postquam fuit vacuum recipit et conservat ignem illa ... qua habebat complere loci rationem; ergo illud concavum et si vacuum complet habet loci rationem. Item si concavum orbis lune esset vacuum et ignis poneretur inferius, ignis moveretur et ascenderet per illud vacuum ad illud concavum et eadem ... qua ascendebat ad ipsum antequam locus medius esset vacuus, illud concavum habebat complementum loci rationem; ergo et nunc posito vacuo et adhuc habet complere loci rationem illud concavum. Et credo quod hoc est verum, sed tamen retenta ratione quod corpus continens ut orbis lune quantum ad suam formam esset actu, sed in materiam continens non esset, non in ... nunc si corpus continentia, scilicet ignis, et quantum ad suam

subiectum, et in concavum continentiam non est actu sed tantum secundum potentiam. Et sic volebant declarare. Sed patet quod locus potest esse actu continens locatum actu non sit. Sed contra: locus et locatum dicuntur relative, et relativa simul se ponunt; ergo si locus sit actu oportet quod locatum sit actu. Ad hoc ego dico quod duo sunt genera relativorum: unum genus relativorum est secundum quod unum refertur ad alterum equaliter, et e converso, sicut sunt illa que sunt de genere numeri ut duplum et dimidium et sic de aliis, et illa sunt talia quod uno posito actu reliquum et posito actu et e converso. Aliud genus relativorum est secundum quod unum refertur ad aliud essentialiter et non e converso sed accidentaliter, sicut scientia dicitur ad scibile essentialiter, sed scibile dicitur ad scientiam accidentaliter. Similiter sensus dicitur ad sensibile essentialiter, sed sensibile dicitur ad sensum accidentaliter. Similiter mensurans dicitur ad mensuratum essentialiter, sed mensura dicitur ad mensurans accidentaliter. Et in talibus relativis posito actu quod dicitur ad alterum essentialiter, ponitur reliquum actu; sed posito actu quod dicitur ad alterum accidentaliter non oportet quod alterum sit actu. Et ratio est hec quia illud quod dicitur ad aliud accidentaliter est prius natura eo ad quod dicitur; sed posito priore non oportet ponere posterius; sed illud quod dicitur ad alterum essentialiter est posterius eo ad quod dicitur, et posito posteriore ponitur prius. Ideo bene sequitur si duplum est dimidium est et e converso; similiter bene sequitur si mensurat est mensura est, sed non sequitur e converso. Sed locus dicitur accidentaliter ad locatum et locatum dicitur essentialiter ad locum; ideo sequitur si locatum est locus est, sed non sequitur si locus est locatum est. Quod locus dicatur accidentaliter ad locatum et locatum ad locum essentialiter potest concedi duabus rationibus. Prima est hec quia locus est mensura locati et locatum est mensuratum, et ideo locatum dicitur essentialiter ad locum, sed locus dicitur accidentaliter et non essentialiter ad locatum. Ideo ad esse locati sequitur esse loci, sed ad esse loci non sequitur esse locati. Secunda ratio est hec quia locus est principium locati et non e converso; et locus est principium generandi locatum et non e converso. Et quod hoc sequatur, cum locus et locatum participant eandem naturam, quod locus modo nobiliori et sublimiori participat illam naturam quam locatum.

Et sic per prius illam. Sed aliquid participans convenit a causa et causato, illud nobiliori et per prius participatur a causa quam a causato. Cum ergo locus sit principium et causa locati et locatum est principiatum et causatum respectu loci, et cum principium et causa essentialiter dicatur ad principiatum et causatum et e converso non, sed accidentaliter, ideo ego dico quod locus accidentaliter dicitur ad locatum et locatum ad locum essentialiter. Dico ergo quod sed dico continentis posita in loci diffinitione stat pro utraque continentia et continentia active et continentia passive; tamen principaliter stat pro continentia continentis active, cuius causa sunt dicta. Ad rationem in oppositum dico quod verum est quod non quia locus non est propter motum locati, et ideo non queretur locus propter motum locati, non ut post motum locati ad suum locum locus illud locatum contineret et conservaret; et ideo continentia active dicta est loco essentialior quam respectu ad locatum. Queritur quoniam de ultima particula posita in loci diffinitione que est immobile. Et videtur quod non. Sed mobile ... loci est in corpore locante ut passio in subiecto. Sed passiones que sunt in aliquo ut in subiecto moventur moto illo subiecto in quo sunt. Quare cum possit corpus locans moveri, cum omne corpus mobile sit, poterit locum moveri motu illius corporis locantis in quo est sicut in subiecto, sicut movetur albedo moto eo in quo est. Item dicit Aristoteles quod si sursum esset infinitum et ignis sive leve ascenderet et moveretur sursum in infinitum, ... ergo per impossibile concavum orbis lune et magis ipsum faciamus et illud concavum erit elevatum plus quam nunc sit, et tunc ignis sive leve non stabit in loco in quo nunc est sed ascendet et removebitur in sursum; sed non tamen movebitur nisi ad suum locum proprium. Sed tamen non movetur ad suum locum nisi locus suus esset motus per motum orbis lune. Cum ergo sit possibile orbis lune moveri, possibile est locum sursum moveri et sic motu corporis in quo est. Item orbis lune movetur circulariter ergo et concavum eius quod est in eo ut in subiecto movetur circulariter. Sed concavum eius est locus ignis; ergo locus movetur, non ergo est immobilis. Item locus est passio naturalis cum sibi de ipso dicitur et Aristoteles

super sexto metaphysice dicit quod in diffinitionibus rerum naturalium cadit natura et in diffinitionibus rerum mathematicarum cadit ... Et ergo locus sit passio talis et per consequens res naturalis, in eius scilicet diffinitione loci cadit natura. Sed locus est huiusmodi ... Sed natura est principium motus et quietis. Quare locus est huius principium motus et quietis. Sed huius principium motus et quietis est mobile; ergo locus est mobilis, non ergo immobilis. Contra: sed est Aristoteles dicens quod locus vult esse immobilis. Item Aristoteles dicit in littera quod navis mota in fluvio non debet dici in alia parte fluvii esse ut in loco, quia quelibet pars fluvii movetur et movetur, sed magis in toto fluvio debet dici esse ut in loco quia totus fluvius est immobilis; propter hoc ergo innuit ipse quod locus est immobilis. Item Aristoteles assignat differentiam inter locum et vas, scilicet quia locus est sicut vas immobile et vas est locus transmutabilis ut dicit in littera. Locus ergo est immobilis. Item si locus esset mobilis secundum motum continentis corporis, tunc idem corpus non motum ut turris fixa in terra et non mota eadem die et eadem hora esset in diversis locis quod est inconveniens. Ergo et primum scilicet locum esse mobilem falsum est. Ergo locus immobilis. Continua minor ... quia turris fixa in terra non mota eadem die et eadem hora continetur a diversis ... diversorum continentium sibi per motum succedentium, et sic diversa ... sunt diversi loci; ergo tunc si locus movetur motu corporis continentis, idem corpus non motum ut turris fixa in terra non mota in eadem die et in eadem hora esset in diversis locis. Hec questio talis est principaliter questio de unitate loci quam et propter hoc nos querimus. Verum corpus unum de necessitate habeat unum locum. Et videtur quod non. Accipiamus corpus unum angulare plurium superficierum sive habens plures superficies et valeat sic est corpus quadratum ... contingit partes huius corporis ... continentis et partes corporis alterius quod sit continens ... corpus plurium superficierum a pluribus ... et partes corporis continentis continebuntur, sed ultimum sive partes

corporis continentis et locus. Item quod unius est et unum ultimum corporis continentis et locus unius et plures est tunc plura ultima corporis continentis et plures loci. Cum ergo unum corpus pluribus superficiebus contineatur a pluribus, iste et ultima unius corporis continentis erunt eius plures loci et non unus tantum. — Item ponatur unum corpus extensum ad diversas partes et contineatur a diversis corporibus, ut si figatur baculus in terra quod sic una pars eius in terra, alia in aqua et alia in aere; hoc corpus scilicet baculus est unum corpus et tamen est continentium sunt plures sive et corpora continentia sunt plura sed ea continentis est locus. Item quod unius est et unius locus et plures est sunt plures loci. Ergo hoc corpus est in pluribus locis et est unum. Ergo unum corpus potest esse in pluribus locis simul et semel. Item unum corpus non motum localiter ut turris fixa in terra et non mota eadem die et eadem hora potest contineri a diversis vel tamen diversorum corporum continentium sibi per motum succedentium et hec diversa ultima sunt diversa loca. Ergo idem corpus non motum localiter potest habere diversa loca et hoc in diversis temporibus. Sed ratio non ostendit propositum sicut precedentes quia ratio ostendit idem corpus in diversis temporibus habere diversa loca, sed due precedentes rationes ostendunt idem corpus simul et semel et in tempore eodem esse in diversis locis, sed hoc est quantum ad diversas eius partes. — Sed quia locus et locatum dicuntur correlative sed correlativorum multiplicato uno multiplicabitur reliquum et non multiplicato uno non multiplicabitur reliquum. Ergo uni locato respondet locus unus. Si ergo corpus locatum est unum tunc necesse locus eius erit unus et tunc unum corpus non erit plura loca. — Item Aristoteles dicit in littera quod locus est equalis locato et cetera. Sed plura uni non possunt esse equalia sed unum uni bene potest esse equale. Ergo unius corporis locati necesse erit locus unus et non plures. — Item sicut locus est quantitas extensa ita et tempus. Sed unius motus simul et semel non potest mensurari

tempus a pluribus temporibus sed ab uno tantum. Ergo similiter corpus unum non potest mensurari simul et semel a pluribus locis sed ab uno tantum. — Solutio. Ad hoc potest dici quod Aristoteles loquitur hic de loco in suo esse proprio et ita diffinit locum in suo esse proprio. Propter hoc ego distinguo de loco quod nos possumus loqui de loco dupliciter: uno modo proprie et in suo esse proprio, sic ei conveniunt tres conditiones sive tres nature quas in se includit. Prima scilicet est ultimum unius corporis continentis simplicis et omogenei et hoc ultimum est complemento et superficiei. Secunda natura est alia differentia addita huic ultimo propter quam dicitur hoc ultimum est mensura corporis contenti et non continentis et hee due nature sunt de genere quantitatis. Tertia natura est aliqua qualitas sibi concreata debito ultimo orta in hoc a forma speciali corporis continentis que qualitas est de genere qualitatis. Et propter hanc qualitatem locus convenit cum uno corpore et repugnat alii. Et ideo propter hanc qualitatem locus est principium motus ad ipsum corporis cum quo convenit et est principium motus ab ipso corporis cui repugnat. Et propter hanc naturam locus conservat corpus cum quo convenit et ipsum gubernat. Locus sic sumptus scilicet habens tres conditiones et naturas est locus proprie dictus et locus sic sumptus est locus sumptus in suo esse proprio et locus sic sumptus est locus naturalis in suo loco sumpto proprie et in suo esse proprio illud corpus est aptum natum esse et contineri. Et quatuor elementa quorum primum scilicet ignis est natum contineri et conservari ultime a concavo orbis lune et secundum elementum scilicet aer est natum contineri et conservari ultimo a concavo ignis et tertium elementum scilicet aqua est natum contineri et conservari naturaliter a concavo aeris ut a suo loco proprio et tali et quartum elementum ut terra est nata contineri et conservari sic ut a suo loco proprio et tali a concavo aque. Unde dico quod in loco proprie dicto et in suo esse proprio ista quatuor elementa sunt et nulla alia corpora quia hec sola corpora habent locum omnino similem et continentem eis, id est quia suus locus non agit in ipsa ad corruptionem corporis sed tamen ad corporis salutem et

conservationem. Unde locus sic sumptus influit in locatum et agit in ipsum per hanc influentiam non ad locati corruptionem sed potius ad locati conservationem. Unde locus sic sumptus et suum locatum non agunt nec patiuntur ad corruptionem sed potius ad salutem quia locus sic sumptus nullam habet contrarietatem cum locato que est principium corruptionis sed habet omnino cum locato convenientiam que est principium salutis et conservationis. Et similiter elementum cum sit simplex corpus non habet nisi unam simplicem formam per quam tantum est aptum natum omnino convenire tantum cum uno et omnino repugnare ab alio. Sed mixta corpora non sunt sic in loco scilicet omnino similiter eis quia mixta corpora non sunt in loco similiter nisi per formam miscibilium ex quibus componuntur. Sed mixtum per naturam unius miscibilis appetet sibi locum proprie dictum, tamen ille locus alius miscibilis repugnabit. Ideo mixtum corpus in loco sumpto proprie et in suo esse proprio non est omnino naturaliter. Sed quomodo tamen naturaliter possit esse in eo loco autem dico quod et in suo non proprio due conditiones sive due nature conveniunt. Prima est ultimum corporis continentis sive illud corpus continens sit unum sive non, et sive illud corpus continens simplex sive mixtum, et sive illud corpus continens sit omogeneum sive ethogeneum. Secunda natura et alia differentia addita huic ultimo propter quam dicitur hoc ultimum est mensura corporis contenti et non continentis et hee due nature sunt de genere quantitatis et hee due nature conveniunt loco communiter dicto et ei sufficiunt. Dico propter hoc quod locus dictus convenit de genere quantitatis tantum et in loco sic sumpto potest esse corpus mixtum. Tunc ergo dico quod Aristoteles loquitur hic de loco dicto proprissime et in suo esse proprio sumpto. Et sunt nature tres et qui est naturalis et in quo corpora simplicia et elementa sunt omnino naturaliter et mixta quoque quomodo in isto loco sunt mixta scilicet per naturam elementi dominantis in eo sed non per naturam omnium elementorum in eo existentium. Et de hoc loco intelligentie cum dicunt quod locus est immobilis

et cum iste locus sit inter continens et contentus dico quod habet ad quamlibet et immobilis. Dico enim quod est immobilis comparatum ad primam que est ultimum convexitas quia concavum orbis lune sed rotetur cum spera lune, tamen illud concavum semper in eadem approximatione se habet ad centrum mundi et ad concavam speram et sed concavum sit locus ignis, ideo propter illam eandem distantiam equalitatis istius concavi ad centrum et ad concavam speram locus ignis dicitur immobilis. Similiter ego dico quod locus aeris qui est concavum immobile et quod probatur quia concavum ignis semper propter eandem equaliter distat a centro mundi. Similiter concavum ignis semper propter equaliter distat a circumferentia et convexum ignis est locus aeris. Ideo propter illam equalem distantiam perpetue manentem illius concavi ad centrum mundi et ad circumferentiam locus aeris dicitur immobilis. Et si obiciatur contra hoc quod aliquando per influentiam alicuius stelle aer dominatur super ignem, id est quod aliqua pars ignis convertitur in aerem et tunc quantitas ignis diminuitur et quantitas aeris augetur et aucto aere oportet concavum ignis dilatari et elevari et per illam dilatationem et elevationem concavum ignis quod est locus aeris plus distat a centro et plus appropinquat circumferentie quam prius. Ergo concavum ignis quod est locus aeris non semper distat equaliter a centro nec semper distat equaliter a circumferentia. Preterea quandoque aliquando per influentiam alicuius stelle ut in estate aer hoc dominatur super aquam et tunc aliqua pars aque convertitur in aerem et tunc quantitas aeris aucta est et aucto aere oportet concavum ignis dilatari et elevari et per istam dilatationem et elevationem concavum ignis quod est locus aeris plus distat a centro et plus appropinquat circumferentie quam prius. Ergo concavum ignis quod est locus aeris non semper distat equaliter a centro nec semper distat equaliter a circumferentia. — Ad hoc similiter respondeo et dico quod verum est quod aliquando aliqua stella influit in aerem per cuius influentiam aer dominatur super ignem et tunc aer convertit partem ignis in suam naturam. Sed dico quod illa hora qua stel

la influit in aerem ut convertat ignem in suam na
turam. illa eadem hora alia stella in alia parte
influit in ignem ut aliquam partem aeris con
vertat in suam naturam. Unde quod de igne convertitur
in aerem in parte una tantum de aere convertitur
in ignem in parte alia et per istam mutuam conversio
nem ignis totalis semper in equali quantitate et
similiter aer. Similiter contrarium de aqua duo alie
stelle convertunt in aerem in una parte et in
aliqua hora tantum de aere duo alie stelle convertunt
in aquam in alia parte et in eadem hora. propter hoc
omnia elementa semper manent in eadem quantitate
hoc ideo concavum ignis quod est locus aeris semper
distat equaliter a circumferentia centro. et similiter semper
distat equaliter a circumferentia. ideo obiectiones nichil
valebunt. Etiam potest sic obici. mota spera
lune circulariter rotatur cum illa spera totus
ignis. et rotato toto igne rotatur secum concavum
eius quod est locus aeris. locus ergo movetur motu
rotationis non ergo est immobilis. et ego ad hoc res
pondeo et dico quod verum est quod mota spera lune
circulariter rotatur secum ignis et concavum ignis.
cum ignis concavum in totali illa rotatione
semper equaliter distat a centro mundi et similiter a
circumferentia. et per illam equalem distantiam permane
manente locus dicitur immobilis. Unde immobilitas
loci non privat quemlibet motum. sed motum per
quem fit approximatio maior et minor loci ad
centrum mundi et ad circumferentiam. — preterea per
hoc sic arguitur. illa pars ignis que pars ignis ul
tima continet aerem sicut locus locatum potest
ingredi ignis profundum et eius ultimo et ex
tremus pars ignis ultima post illam subingressum
plus distabit a centro quam ante. et quod illius
pars ignis ultima post istum subingressum plus
appropinquabit circumferentie quam ante subingressum.
et quod cum pars illa ignis que ultima continet ignem
ut locus subingreditur profundum ignis. oportet quod
aliqua pars ignis profunda ascendat ut ipsa
per suum ultimum contineat aerem. et tunc illius
partis ultimum erit locus ignis. et cum ultimum
illius partis ante post descensum et egressum a
profundo ignis est propinquior centro et remotior

a circumferentia quam prius. sed iste ingressus partis infe
rioris ignis et iste egressus et descensus partis profun
de ignis est possibilis. ergo possibile est quod locus proprius aeris plus
appropinquat centro et plus distet a circumferentia
una vice quam alia. quod tamen negatur et cetera. et ego ad hoc
respondeo quod hic fit locutio de loco dicto propri
issime et in suo esse proximo qui locus est ultimum celi
dico quod locus naturalis aeris est ultimum ignis
simpliciter quod modo est illud est non ultimum huius partis ignis.
nec ultimum illius partis ignis. immo si ultimum
huius partis ignis fit locus aeris hoc accidit sed si
ultimum ignis ultimi et simpliciter fit locus aeris
hoc non est accidens. sed hoc est per se et essentiale et necessarium
et ego dico quod ultimum ignis quod est simpliciter locus
aeris semper equaliter distat a circumferentia centro et quod
semper equaliter distat a circumferentia et hoc videtur argumentum quod
locus essentialis est immobilis motu approximationis
ad centrum et circumferentiam. sed locus accidentalis fit
mobilis et locus essentialis aeris semper manet idem sed ac
cidentalis non maneat idem. Item iste locus es
sentialis aeris non movetur motu approximationis
ad centrum et circumferentiam et hoc intendit arguens et
non aliud. — Item cum ultimum huius partis ignis
tangit aerem ultimum eius est locus aeris. sed
cum ipsa ingrediatur ignis profundum. ultimum
eius non est amplius locus aeris. sed alterius
partis ignis ultimum fit locus aeris que pars altera
egreditur a profundo ignis exterius. et tunc
hoc ultimum huius partis ignis quod ultimum est locus
aeris habet equalem distantiam ad centrum
et circumferentiam quantam distantiam habebat ad
centrum et circumferentiam. ultimum aliud alterius
partis ignis quod ante erat locus aeris. Unde si
hoc ultimum illius partis ignis remaneret locus
aeris post ingressum sicut erat ante ingressum
non concluderet. sed sic non est. ideo non valet. et dico
quod aer ante ingressum illius partis in profundum et post
semper est in eodem loco essentiali. quod semper est in ultimo
ignis totalis. sed non sit in eodem loco acci
dentali quia non est in eodem loco ultimo eiusdem
partis ignis et sic fit in diversis ultimis diver
sarum partium ignis per diversa tempora cum ista diver
sa ultima cum sunt loci aeris equaliter distant

a centro et a circumferentia et hoc est quod dicitur. quod locus
immobilis privando motum quo locus approximat
ad centrum et circumferentiam. sed locus aliquo modo
possit moveri. scilicet motu in novationis et gene
rationis. vel aliquo alio motu. — Sed forte tamen quod
locus naturalis aeris ultimum ignis simpliciter.
non magis tamen ultimum huius partis ignis quam illius
quia non minus nec melius conservatur aer
ab ultimo huius partis ignis quam ab illius partis
ignis ultimo. sed ab ultimo ignis ultimi conserva
tur similiter. ideo locus naturalis aeris ultimum
ignis simpliciter. et quod locus naturalis aeris est
ultimum huius partis ignis. non quia ultimum huius partis
ignis sed quia in hoc ultimo huius partis ignis
clauditur ultimum ignis simpliciter sicut particulare
clauditur universale sive ultimum universale. et ideo cum aer est
in ultimo alicuius partis ignis ut in loco —
proprio est in ultimo ignis simpliciter. cum in par
ticulari includitur universale. et ideo cum aer est in
ultimo alicuius partis ignis ut in loco proprio est
in illo ut in loco tali. non quia est in ultimo
huius partis ignis. sed quia existendo in ultimo
huius partis ignis proprio est in ultimo ignis sim
pliciter. dico ergo quod locus aeris quod ultimum ignis est
immobilis est immobilis privando motum quo lo
cus magis et minus appropinquat et distet ad cen
trum et ad circumferentiam. — Similiter potest decla
rari quod locus aque qui est ultimum concavum ae
ris sit immobilis. similiter potest declarari quod lo
cus terre quod est ultimum concavum aque sit immobilis
eodem modo nec plus nec minus sicut est de
claratum de loco aeris et loquitur de eis secundum quod
sunt disposita et ordinata ut et recte et naturaliter
in suis locis naturalibus. Secundo ergo manifestum est
quod locus propter quod ad formam eius naturam quod est
ultimum continentis est immobilis. Similiter locus est
immobilis quantum ad formam suam eius quia est aliqua
differentia adveniens huic ultimo per quam differentia hoc
ultimum est suum corpus continenti et non contentis
hec autem differentia est immobilis motu approximationis
et distantie ad centrum et circumferentiam. quod sic probatur.
quia differentia omnis educatur ad actum de potentia generis.
sed quod forma generis prius educitur quam differentia

illius generis. Unde prius est aliquid quod est sicut
ultimum aliquid et differentia post supponat formam generis.
ideo differentia non est in aliquo nisi alicubi sit in quo
est ultimum quod est forma generis. sed illud quod advenit illi ul
timo per quod illud ultimum est mensura continentis
et non contentis est scilicet huius ad illud ultimum
sicut differentia ad genus. ergo ista differentia non est in aliquo
nisi alicubi sit in quo est ultimum quod est illud ultimum. sed il
lud ultimum semper est in extremo totius celi. ergo sic
ista differentia semper erit in extremo celi. scilicet illud ul
timum semper equaliter distat a centro et simil
a circumferentia. propter hoc quod est in extremo celi totius
ergo similiter ista differentia semper distat equaliter a cen
tro et similiter a circumferentia cum ipsa semper sit in extre
mo totius celi et cum pars exterior celi ingreditur
eius profundum sicut ultimum in ea esse de
sinit. et differentia que adveniebat illi ultimo in
ea esse desinit et corpus similiter cum pars interior
celi ingreditur ut fit pars exterior. et circumferentia
celi sicut aliquid possibile in ista parte operatione
naturali fit actu ultimum. et aliquid possibile eius
in ea fit differentia actu adveniens isti ultimo
per quam differentia ultimum per quam sit mensura conte
nti et non continentis et cum hoc differentia semper concomitatur
illud ultimum et cum non possit esse sine illo
ultimo. et differentia non possit esse sine forma generis
ex quo educitur et ideo sicut illud ultimum est
immobile motu approximationis et recessus ad
centrum et ad circumferentiam sed sit mobile motu
generationis et corruptionis et etiam motu circulationis
sive rotationis. Sic et hec differentia adveniens
huic ultimo est immobilis motu approximationis
et recessus ad centrum et ad circumferentiam.
sed fit mobilis motu generationis et corruptionis et
etiam motu circulationis sive rotationis. et cum
dicitur etc. quod locus est immobilis secundum suam inte
ntionem scilicet immobile non privat aliquem mo
tum nisi tantum motum quo fit approximatio
et recessus ad centrum et ad circumferentiam.
Sic ergo manifestum est quod locus quantum ad primum eius
terminum et quantum ad formam et naturam est immobilis. similiter
locus est immobilis. quantum ad tertium eius terminum quod est
aliqua quantitas similiter adveniens ultimo predicto et

eius dicte perfectionibus; et per quam qualitatem locus
habet naturalem convenientiam cum uno corpore
et repugnantiam similem cum alio corpore. et per
hanc qualitatem locus est principium generandi et
movendi ad ipsum corpus cum quo habet na-
turalem convenientiam. et per hanc eandem quali-
tatem locus est principium corrumpendi et movendi ab
ipso corpus existens ubi. et sic locus sic
superius per illam qualitatem similem in corpore con-
venit naturaliter agit ad salvandum et con-
servandum illud corpus per virtutem quam in-
fluit in ipsum et non agit in ipsum ad eius
corruptionem. Dico quod ista qualitas naturalis
loci est immobilis motu approximationis et
motu recessus ad centrum et ad circum-
ferentiam et hoc potest ostendi quatuor modis. primo
tamen sic: ista qualitas se habet ad agentem
et ultimo et est dicta ei adveniente per quam
ultimum illud fit mensura locans et non loca-
tus. sic dicta ad suum quod se habet. sed dicta non est
nisi secundum suum genus est et ex eius potentia et ex
ipso perfectiva educitur. sed agentem illud
et ultimo et est dicta eius nunquam est nisi in ex-
tremo celi totius. ergo similiter illa loci quali-
tas nunquam est nisi in extremo totius celi. sed ex-
tremum totius celi semper equaliter distat a
centro et etiam a circumferentia. ergo et illa qualitas
semper distat equaliter a centro et a circumferentia.
ergo illa qualitas est immobilis motu appropinqua-
tionis et recessus ad centrum et ad circum-
ferentiam. Idem potest ostendi secundo modo sic. illa qua-
litas in illa parte celi est recepta. nam sic nisi in
illa que sunt disposita est ad illam qualitatem
recipiendam. sed illa pars celi sunt disposita
est ad illam qualitatem recipiendam
nisi pars exterior totius celi. ergo illa qualitas
in illa parte celi recipitur. nam sic nisi in
parte exteriori totius celi. sed pars exterior totius
celi semper distat equaliter a centro et etiam a cir-
cumferentia. ergo et ista qualitas semper distat equa-
liter a centro et a circumferentia. et ergo immobilis ista
qualitas motu appropinquationis et reces-
sus a centro et etiam a circumferentia. tertio per ex-

forma non potest recipi nisi in eo quod sunt sufficienter dis-
posita. probatio minoris. qualitas elementaris intensa
est apta nata corrumpere elementum quod tangit
secundum suum. sed tunc illa qualitas est temperata am-
plius non est nata corrumpere elementum quod tangit
secundum suum. sed qualitas elementaris est intensa in
qualibet parte celi potius quam in parte extrema in-
feriori. ibi enim qualitas elementaris est temperata. ideo
qualitas elementaris existens in parte exteriori inferio-
ri celi non est apta nata corrumpere elementum
quod tangitur illa parte. sed qualitas elementaris existens
in partibus est apta nata corrumpere elementum quod
tangunt ille partes. sed qualitas loci non cor-
rumpit elementum quod tangit secundum suum sed potius
eius ipsum salvat. et si due qualitates
contrarie se habent quod una salvat id quod altera cor-
rumpit ipse sunt contrarie. sed si ipse idem sal-
varent ipse non essent contrarie. qualitas igitur
loci est contraria sibi repugnans qualitati elementari
existenti in aliis partibus celi ab exteriori parte
inferiori. sed qualitati elementari existenti in parte celi
exteriori inferiori qualitas loci non contrariatur
nec repugnat. partes igitur celi alie ab exterio-
ri parte inferiori habent aliquid quod repugnat qua-
litati loci. sed habens aliquid quod repugnat qua-
litati loci non est sufficienter dispositum ad
illud recipiendum. igitur partes celi alie a exteriori parte
inferiori celi non sunt sufficienter disposite
ad recipiendum qualitatem loci. sed pars exterior
inferior celi est non habet aliquid quod repugnet
qualitati loci. ipsa est sufficienter disposita ad
recipiendum qualitatem loci. et sic patet minor.
Idem potest ostendi tertio modo sic. quandocum-
que ista qualitas loci educitur ad ac-
tum in parte extrema celi. et causa potentia activa
existente in ista parte extrema celi. tamen ista potentia
activa in parte extrema inferiori celi non va-
dit ad actum nisi prius excitetur per for-
mam specificam illius celi et per qualitatem
activam illius celi. sed forma specifica illius
celi et qualitas activa illius celi non exci-
tant illam potentiam activam ut ad actum
vadat nisi per aliquam virtutem et per aliquod certe

quod habet illa forma specifica et illa qualitas activa
per quam virtutem et per quod certe coaptantur ad ex-
citandum illam potentiam activam ut ad actum
vadat. et forma specifica et qualitas activa celi
non excitent illam potentiam activam per suam
similitudinem. sed per quam virtutem et per aliquid certe quod
habent. sed forma specifica et qualitas activa celi
illam virtutem et illud certe per quod excitant illam
potentiam activam non habent in qualibet parte celi
sed tamen in extrema parte inferiori celi habent illam
virtutem et illud certe. ergo forma specifica et qualitas
activa celi non excitant illam potentiam activam
nisi in parte extrema inferiori celi. sed ista potentia ac-
tiva non vadit ad actum nisi sic excitatur.
ergo ista potentia activa non vadit ad actum ut
adcompletam qualitatem loci nisi in parte extrema
inferiori loci. ista ergo qualitas loci nunquam
est nisi in parte extrema inferiori celi. sed ista pars
semper distat equaliter a centro et circumferentia. ergo
et qualitas loci. Idem potest ostendi quarto mo-
do sic. ista qualitas educitur in actum
primum et a potentia activa existente in parte ex-
teriori inferiori celi et hoc actione et excitati-
one facta a forma specifica et a qualitate ac-
tiva celi. tamen forma specifica et qualitas activa
celi non sufficienter excitant istam potentiam
activam ut ad actum vadat. sed excitatur
et per virtutem celi influxam in partem illam
celi. et hec virtus celi recipiatur in parte qualibet
celi non tamen secundum idem esse. nam eo nobilius habet
dicta esse magis et minus nobilia secundum ma-
iorem et minorem approximationem par-
tium illius celi ad celum. et virtus celi
influxa et recepta in celo non habet excita-
re potentiam activam existentem in celo ut vadat
ad qualitatem loci per quod esse quod habet in parte qualibet
celi. sed per unum esse tamen quod habet in una parte
celi tamen. et tale esse virtus celi per quod excitat
illam potentiam activam non habet nisi in parte
extrema inferiori celi. ideo virtus celi non ex-
citat nec ducit ad actum illam potentiam activam
nisi in extrema inferiori parte celi. ideo et illa
qualitas loci nunquam est nisi in extrema inferiori

parte celi. sed illa pars extrema inferior celi semper
distat equaliter a centro et etiam a circumfe-
rentia. ideo et hec qualitas loci semper distat e-
qualiter a centro et similiter a circumferentia. Ista
ergo qualitas est immobilis perpetuando motu ap-
propinquationis ad centrum et etiam ad circumfe-
rentiam. Et si arguatur quod ista qualitas
movetur motu rotationis et motu partis extreme
inferioris celi. ergo ista qualitas loci non est
immobilis. Item cum ista pars extrema inferior
celi movetur in profundum celi. qualitas loci desi-
nit esse et corrumpitur in ea. et tunc et alia pars in-
terior celi movetur a profundo celi exterius in qua
pars interior fit exterior et tunc in parte celi
interiori facta exteriori inducitur et generatur
qualitas loci. ergo qualitas loci est mobilis
motu generationis et corruptionis. non ergo est
immobilis. ego dico quod ista qualitas bene
mobilis est motu rotationis et etiam motu ge-
nerationis et corruptionis. tamen ista qualitas
est immobilis motu approximationis et reces-
sus ad centrum et ad circumferentiam. et de
hac immobilitate intelligitur. Ad. tamen dicitur quod locus
est immobilis. et etiam hec immobilitas cadit in loci
diffinitione et non alia. sed ergo manifestum est quod locus
est immobilis quia ad est naturalis quasi ipse in
se includit et licet ipse sit immobilis quantum ad
aliquas est mobilis. tamen hec [illegible] immobilis [illegible] in
loci diffinitione non dicitur immobilitas [illegible] nec [illegible]
in loci diffinitione. sed tamen dicitur immobilitate
tale nate que est qualitas loci. dico ergo quod
locus est immobilis. Ad primum obiectum in con-
trarium dico quod illa ratio ostendit quod locus
aliquo modo sit mobilis. tamen ipsa non ostendit
quod ipse sit mobilis motu appropinquationis
et recessus ad centrum et ad circumferentiam.
Et si obiciatur quod ubi loci movetur appropin-
quando et recedendo ad centrum et ad cir-
cumferentiam. ergo et locus quia est eius passio. di-
co quod illa ratio concluderet si in tali motu
ubi loci locus semper maneret non corruptus.
sed sic non est. sed in tali motu ubi loci
locus corrumpitur. hec visum sint de hac re etc.

fuit dictum. Statim enim quia pars exterior celi que est supra loci movetur in profundo celi corpus inest locus. Ad secundam rationem dico quod uno modo contenti dato natura alterius contentis data alia sicut illa que sequitur ad primum movens dexteram et sic contentis sit locus moveri appropinquando et recedendo ad centrum et ad concavum. Tamen hoc movens oportebit concedere plures convexo sub ingenita quia orbis lune est suum concavum elevent. Ad tertiam rationem dico quod ipsa bene ostendit quod locus moveatur motu circulationis et rotationis et hoc est concessum nunc hoc est secundum auctorem. Ad quartam rationem dico quod ipsa ostendit quod locus movetur quodammodo. Sed non ostendit quod locus moveatur per se. Et si ipsa hoc concluderet ipsa peccaret secundum quod est. Sed ista ratio habeat aliam solutionem ipsa videbitur in fine huius questionis. Notandum quod iste locus qui est orbis sub celo est quodammodo sicut corporis mixti. Et sic ipse est immobilis secundum quod ipse est orbis sub celo sicut ipse est immobilis eodem genere immobilitatis. Sed quod ipse est quodammodo locus sicut corporis mixti vel possumus dicere ad hanc quaestionem quod intentio auctoris est quod locus est immobilis id est non movetur ad motum corporis locati. Sed ergo concedatur quod locus est principium locati. Ideo locus habet dependentiam accidentalem ad locatum. Sed locatum habeat dependentiam essentialem ad locum. Et ideo ad motum corporis locati non movetur locus et locus non sequatur locatum. Sed ad motum loci movetur locatum cum locatum sequitur situm loci. Ad tertiam quaestionem que est de loci unitate, ego secundum hanc viam respondeo et dico quod locus proprie sumptus qui est naturalis et convenit tres nunc qui locus est corporis celestis talis locus est unus unius corporis quia ultimum eius scilicet locus proprius unius corporis est unum. Similiter dico hoc ultimo adveniens est una in loco unius corporis. Similiter qualitas in loco unius corporis est una et hoc plus declaratur de ultimo ultimum concavum orbis lune est unum quia ipsum est sphere et

Sed ultimum angulare non sit unum. Tamen ultimum sphere est unum. Sed ultimum concavum orbis lune est locus proprius ignis. Dico igitur quod est quod locus ignis a parte ultimi eius est unus. Similiter dico advenientis hoc ultimo per quam hoc ultimum est subtilium continui est una et adveniat hoc ultimo et in eo recipiatur ut forma in materia et perfectio in perfectibili. Quia quicquid recipitur in aliquo recipiente recipiatur in eo per modum recipientis et ideo unius modi est una forma. Et ideo unius perfectibilis est una perfectio. Similiter qualitas huius adveniens aggregato ex ultimo et ex sua dico est una, quia in eo recipitur aut forma in materia vel terminus et ut perfectio in perfectibili. Sed istud aggregatum est unum. Ergo et illa qualitas erit una, quia quicquid recipitur in aliquo recipiente in eo per modum recipientis. Et ideo unius materie sicut unius materie est una forma vel unum formale. Et ideo unius perfectibilis est una perfectio. Dico igitur manifestum est quod locus ignis est unus quantum ad tria que in se includit. Similiter possit declarari quod locus aeris est unus et primo quantum ad ultimum eius sic declaremus. Locus aeris est ultimum concavum ignis et ignis habet tres partes. Una est subtilissimus ignis. Secunda pars est mediocris ignis. Tertia pars est grossus ignis. Sed quod possibile est ignem esse grossum. Ignis subtilissimi omnes partes uniformiter nituntur ascendere. Ideo uniformiter attingunt concavum orbis lune sphericum. Ideo iste partes ignis subtilissimi faciunt sphericam figuram et est suum ultimum est sphere. Similiter ignis mediocris omnes partes uniformiter nituntur ascendere. Ideo uniformiter attingunt concavum sphere ignis subtilis. Ideo iste partes ignis mediocris faciunt sphericam figuram. Et est suum ultimum concavum est sphericum. Similiter ignis grossi sed quod possibile est ignem esse grossum omnes partes uniformiter et equaliter nituntur. Ideo uniformiter et equaliter attingunt concavum sphere ignis mediocris. Ideo iste partes ignis grossi faciunt sphericam figuram et est suum ultimum concavum est sphere. Sed hoc ultimum est unum cum sit sphere et est locus aeris secundum ultimum loci eius est unum et tunc sua dico est una

et est sua qualitas

et est sua qualitas est una. Et hoc patet per similem declarationem sicut declarabatur hoc de loco ignis. Et sic patet quod locus aeris quantum ad tria naturas quas in se includit est unus. Similiter dico quod locus aque quantum ad tria naturas quas in se includit est unus et hoc potest declarari eodem modo precedens sicut hoc fuit declaratum de hiis duobus. Ergo dico quod locus terre est unus quantum ad illas tres que in se includit et primo istud declaretur quantum ad ultimum eius. Sed omnes partes terre nituntur ad centrum mundi uniformiter, per consequens circulum discribunt. Sed ille partes terre et tota sphericam figuram. Sed locus et locatum debent esse equalia. Ergo locus terre est sphericus qui locus terre est ultimum concavum aque. Et sic patet quod locus terre quantum ad ultimum quod in se includit est sphericus et unus. Similiter dico ei adveniens est una. Similiter qualitas ei advenientis est una. Et hoc patet per similem declarationem sicut hoc declarabatur de loco ignis. Et sic patet quod locus terre quantum ad tria naturas quas in se includit est unus. Et sic patet quod locus corporis celi est unus. Et eadem via qua declaratum est quod locus ignis est unus potest declarari quod locus celi scilicet superioris huius loci est unus. Et non sunt plures loci proprie sumpti et similes. Ergo quilibet locus proprie sumptus et naturalis est unus. Sed quomodo est iste locus unus dico quod est unus dupliciter scilicet dimensione et continuatione. Dimensione quia locus habet dimensionem unam que indicat eius certam unam proportionem. Similiter est unus continuatione. Sed aliquid potest esse continuum dupliciter: uno modo quia partes eius copulantur ad terminum unum communem. Sed ille partes non habent eundem et equale situm in toto continuo. Et sic superficies angularis est continua. Et quod est continuum quia eius partes est continuum. Secundo modo dicitur continuum quia eius partes copulantur ad eundem terminum communem et tamen quia sue partes habent eundem et equalem situm in toto. Et sic superficies circularis est continua et quod sic est continuum complete est continuum. Isto modo ultimo locus proprie dictus et naturalis est continuus et non primo modo. Sic igitur manifestum est quod locus orbis proprie et naturalis est unus. Et de loco

tali locutus est auctor et non de alio. Ideo ego dico quod locus est unus. Rationes ostendentes locum unius corporis non esse unum accipiunt locum dictum communiter et sufficiunt due nunc et quia locus est locus corporis mixti et non accipiunt locum dictum proprie. Ideo ille rationes nihil ostendunt quod sit contra nos. Similiter nihil ostendunt quod sit contra mentem et intentionem auctoris. Sed hec questio sic soluta secundum quod verum est de intentione auctoris accipiendo eam aliquantulum extendendo intentionem auctoris accipiendo locum dictum communiter et convenientem due nature. Sicut unum corpus mixtum dicitur esse in loco qui est in ultimo corporis continentis ipsum immediate. Dico quod iste locus est immobilis et unus. Tamen sua immobilitas et sua unitas non potest assignari sicut assignabantur de loco dicto proprie et quod de alio modo assignetur. Et de hoc sunt multe opiniones. Una opinio de istius loci immobilitate est hec. Quidam dicunt quod locus est immobilis per se et de natura eius appropriatum ipse sit passio et actus. Cum ipse est mobilis per actus et per aliud quia per motum eius in quo est ut in subiecto scilicet ut per motum corporis continentis quod est subiectum loci. Et est dictum auctor quod locus est immobilis dicunt quod auctor intelligit quod locus est immobilis per se. Tamen est mobilis per accidens. Sed ego credo quod ipsi male dicunt et hoc potest ostendi scilicet quod male dicunt duabus rationibus. Prima ratio est hec. Si immobilitas inesset loco per se et mobilitas per accidens etiam albedo differret per immobilitatem, ita quod immobilitas in diffinitione albedinis caderet. Sed omnis est falsum. Albedo enim per immobilitatem non diffinitur. Ergo et antecedens est falsum et per consequens dicere quod immobilitas insit loco per se et mobilitas per accidens. Minor patet. Si immobilitas inest loco per se et mobilitas per accidens. Similiter cum inest albedini per se et mobilitas per accidens, etiam immobilitas inesset loco et albedini eodem modo. Et tunc quia de eo locus diffinitur per immobilitatem eadem de causa albedo deberet diffiniri per immobilitatem. Secunda ratio est hec. Si locus esset mobilis per accidens scilicet motu corporis continentis tunc corpus situm ut eius mutaretur secundum locum

et esse in eadem die in locis diuersis. et hoc est falsum. maior probatur. quia si locus sit motus. ergo et motus est falsum. minor probatur. quia si locus mouetur motu continentis corporis tunc mouetur corporibus contentis cum per successionem tunc locus currit cum uelocitate corporis continentis mouetur cum corpore continente et tunc currens in eadem die esset in diuersis locis. et tunc ipsa loca mutarentur. — De loci unitate dicunt illi quod locus est unus per accidens. scilicet per suum subiectum. scilicet per corpus continens quod est suum subiectum. cum per se locus non est unus. Sed isti male dicunt. quia unum per accidens non est diuisibile et ideo aggregatum ex subiecto et accidente cum sit unum per accidens non est diuisibile. Et solum illud est diuisibile quod est unum per se. Sed locus est diuisibilis. ergo non est locus unum per accidens sed est unum per se quod concedo. locus enim est unus diuisione per se et sic unus per propriam eius diuisionem que dicit suam propriam certam. — Similiter locus est unus continuatione per se et habet continuationem aliquam. scilicet a toto continuum qui ad similem est qui suas partes copulat. et ideo non esset continuus locus per se ipse non esset quantitas continua. quia omnis continua quantitas est per se continua. et ergo locus sic quantitas continua locus erit continuus per se. — Sed quidam dicunt aliter de loci immobilitate. isti enim ponunt in loco profunditatem cum duabus dimensionibus exterioribus. unde in loco est continentis per quem habet duas dimensiones exteriores. similiter in loco est profunditas ad singulas partes contenti. unde dicunt quod ratione continentis est et ratione contenti per quem locus duas dimensiones habet locus est mobilis et mouetur motu corporis continentis. Sed profunditas eius est immobilis. quia non mouetur ad motum contenti et sic quantum ad duas dimensiones que sunt exteriores locus est mobilis. Sed quantum ad tertiam dimensionem que est profunditas loci est immobilis. Sed isti male dicunt quod potest ostendi una ratione diuersa que est talis. quia de tertia dimensione loci que est profunditas. ergo quero aut illa dimensio loci est eadem cum profunditate corporis locati aut alia ab ea. Si diuersa

potest ostendi per unam rationem quod hoc non est uerum que talis est. quia profunditas loci esset alia a profunditate corporis locati. cum cum ipsa simul sit cum profunditate corporis locati tunc plures dimensiones erunt simul. Et quia de causa due profunditates sunt simul eadem de causa et infinite profunditates erunt simul. Sed hoc est impossibile. ergo profunditas loci non est alia a profunditate corporis locati. Si arguitur antecedens illud. Si profunditas loci est eadem cum profunditate corporis locati potest ostendi per tria media quod hoc non est uerum. primum medium est tale. quia tunc locus esset aliquid locati quod est contra dicentem. quia locus non est locati. Secundum medium est tale. quia locus quantum ad dimensiones duas exteriores est mobilis et mouetur motu continentis corporis sicut bene concessit prius. — Similiter locus quantum ad tertiam dimensionem que est profunditas est mobilis et mouetur motu corporis contenti. quia profunditas loci est profunditas corporis contenti. et sic locus simpliciter et totaliter quantum ad omnes eius naturas est mobilis. quod est contra positionem. Tertium medium est tale ad motum corporis locati et aduenientem ab corpore tunc illud corpus adueniens non est in eodem loco in quo prius fuit corpus ad motum. quia ad motum est profunditas corporis prius et eo motum est in eodem loco in quo erat corpus ad motum. Sic uolo accedere. Vltima ergo illa profunditas non est eadem cum profunditate corporis locati. propter quod ultima est. — Ad hanc dicunt alii aliter de loco et de eius immobilitate. quia ipsi dicunt quod locus est spacium sidereale ymaginarium inter latera continentis. unde dicunt quod locus uel nominat istud spacium et sic hoc locus non est ultimum contenti. uel nominat dimensiones exteriores continentis. Sed tunc spacium quod est inter illa latera contenti quod est spacium est quoddam profunditas spacialis per se stans de eius immobilitate dicunt quod illud spacium ymaginarium est immobile quia semper distat uniformiter ad centrum mundi quod sunt centrum et circumferentia. unde non mouetur motu corporis locati nec motu uelocis. non motu corporis locati. quia egrediente corpore locato a lo-

co. illud spacium adhuc remanet et in eodem spacio ad corpus adueniens recipitur. et ideo corporibus locatis motis hoc spacium manet non motum. Similiter spacium ymaginatum inter latera continentis non mouetur motu corporis continentis. quia corpore continente abeunte illud spacium manet. Similiter adueniente corpore accedente ut contineat sicut prius corpus continebat adhuc illud spacium manet. — Similiter illud spacium ymaginatum inter latera continentis quod est locus secundum eos non mouetur motu corporis contenti et motu corporis contento similiter. quia egrediente corpore locato a loco. similiter corpore continente abeunte adhuc illud spacium ymaginatum et spaciale manet non translatum. Similiter cum aliud corpus adueniens in illo spacio recipitur. Similiter cum aliud corpus accedat ut contineat sicut primum corpus continebat. adhuc illud spacium manet non motum. et ideo concedebat locum esse immobilem. Sed hoc potest peccare in duobus. primo in substantia loci. secundo in eius immobilitate. in substantia loci peccat. quia ponit locum esse spacium ymaginatum inter latera continentis. et hoc est contra Aristotelem. sed hoc est contra sicut fuit uisum in replecione positionis precedentis immediate. Similiter illa positio peccat de loci immobilitate. quia hoc locus simpliciter esset sic immobilis in quo dicitur illa positio sicut fuit uisum prius. cum locus continentis sumpserit. Sed quod simul per loco qui est uas bene est mobilis appropinquando ad circumferentiam mundi et ab eis recedendo et potest illa accipiebat locum dicitur contenti. Sed quod simul per loco quod est ideo peccabat illa positio in loci immobilitate. — Ad hoc dicunt alii aliter de loco et de eius immobilitate quia ipsi dicunt quod locus est quedam natura influxa a celo in inferiora et per hoc inferiora usque ad centrum terre ab omnibus corporibus sic esse magis et minus nobile preparata ut capacitatem possibilem recipientium. quia corpora appropinquiora celo illam naturam recipiunt sub esse nobiliori et corpora remotiora a centro illam naturam sub esse minus nobili recipiunt. et hanc naturam Homerus et multi alii antiqui appellauerunt auream catenam que est uigor uniuersi. et hanc naturam

sub aliquo esse in aliquo corpore receptam continuantem illud corpus in sua substantia appellauerunt locum illius corporis et illam naturam quam dixerunt esse locum dixerunt ipsi immobilitatem. propter hoc quod ipsa distat equaliter a centro mundi quia sunt centrum et circumferentia imperium. Et ideo est hoc secundum eos. quia celum in corpus ab eo distans per tantum spacium influit illam naturam sub esse imperium. et non potest celum influere illam naturam sub illo esse in corpus plus distans uel minus distans a celo quam distet corpus cui influit celum illam naturam sub illo esse. Sed in corpus minus distans a celo quam predictum corpus distet influit celum illam naturam sub esse magis nobili quam influat in predictum corpus. et in corpus plus distans a celo quam predictum corpus distet influit celum illam naturam sub esse minus nobili quam influat in predictum corpus. Sed isti errant in substantia loci quod possit ostendi tribus rationibus. Prima ratio est quia secundum illam positionem locus esset qualitas et de genere qualitatis. nunc autem locus non est qualitas nec de genere qualitatis. Sed est quantitas et de genere quantitatis. ergo et cetera. maior probatur. quia illa natura influxa est qualitas. Secunda ratio est hec. quia secundum illam positionem locus non plus esset ad de corpore locante quam de corpore locato. cum in utroque recipiatur equaliter [illegible]. Sed hoc est falsum. ergo et cetera. Tertia ratio est hec. quia secundum illam positionem locus esset contentiuus inter latera continentis et extra contentis et non est ultimum eius continentis. et hoc est contra Aristotelem. quia locus non est continentum inter ultimum continentis. Sed locus est ultimum continentis. ergo et cetera. hic ergo potest firmola est et refugium miserorum. — Propter hoc aliter credo esse dicendum. quia locus potest sumi dupliciter et in suo esse potentiali … declarate sunt. … quia est ultimum continentis … ad superficiem et locus. Sed non est diceret. scilicet illud ultimum adueniens per quod dicitur illud ultimum sic tantum continenti et non continentis et tota natura est aliqua qualitas sibi per quam conueniens naturaliter cum locato. ideo per hanc naturam loci corpus mouetur ad suum proprium locum et ab eo conseruatur in suo esse salutissimo

sicut prius declaratum fuit. et istius loci proprium in
loco suo esse potentissimo huius contentor esse tamen.
verum proprius locus terre est concavum aque et proprius
locus aque est concavum aeris et proprius locus aeris est
concavum orbis lune. et propter naturalem conveni-
entiam ignis ad concavum orbis lune ad
motum concavi orbis lune movetur ignis. et
quia si concavum orbis lune elevaretur in infinitum
et ignis similiter ascenderet in infinitum ipsum se-
quendo ut ab ea contineretur et ab eo conservaretur
in suo esse salvissimo. secundo sic potest sumi
locus quiete est convenientia due nature con-
tenti et ultimi continentis, secundum hoc ultimo advenien-
tis per quem illud ultimum fit in situra continenti
et non continentis. et talem locum habet corpus
mixtum sicut baculus et arbor. et talis locus non habet
similem convenientiam cum locato et ideo hoc corpus
mixtum sicut baculus non movetur ad motum conti-
nentis ipsum continentis. et dico quod ac in litera distinxit
locum dictum proprie et in suo potissimo quia cum
res distincta ipsa differt proprie supra et in
suo esse potissimo propter hoc tota loci distinctio et omnes par-
ticule illius distinctionis conveniunt loco proprie sump-
to et in suo esse potissimo sed loco sumpto communiter
non oportet quod illa distinctio et sue particule conveniant. vel
si ei conveniant non oportet quod ei conveniant eodem modo
et sic proprie sicut loco proprie sumpto sed alio modo
et quodammodo improprie. verum immobilitas non
oportet quod conveniat loco dicto communiter vel si ei conveniat non oportet
quod ei eodem modo tamen et sic proprie conveniat sicut loco
proprie sumpto convenit. et ideo credo quod hec particula im-
mobilitas conveniat loco sumpto communiter et hoc
non est eodem modo ut ita proprie sicut ipsa
convenit loco proprie sumpto. sed quomodo immobilitas loco
proprie sumpto conveniat dictum est prius. quomodo autem
conveniat immobilitas loco sumpto communiter debemus nunc
videre. Ad cuius evidentiam sciendum est quod in loco
dicto communiter due sunt essentie simplices et u-
na compositio. ille due simplices essentie loci dicti
communiter que faciunt essentiam compositam loci dicti
communiter sunt quia plures sunt dicte scilicet ultimum continentis
ad locatum et superficiem et differentia adveniens illi ultimo
per quam illud ultimum fit in situra continenti et non continentis.

compositio que est loci dicti communiter supra locatum et
actus continendi et actus insituandi. per simplices
essentias significatur per primam particulam
positam in loci diffinitione. que est hec. ultimum. sed
per simplicem essentiam et compositionem loci supra locatum
que est actus continendi et actus insituandi simul signifi-
catur per secundam particulam positam in loci dif-
finitione. que est hec. continentis. ille due simplices
essentie sunt immobiles in loco. sed illa compositio que est
actus continendi et insituandi est formale in loco.
quia hec compositio loci supra locatum ultimo adve-
nit loco informando ipsum et informan-
do et illas duas simplices essentias que sunt
de essentia loci dicti communiter et tunc secundo dico quod comparatum
ad illud quod est materiale in loco dicto communiter locus
dictus communiter est immobilis et mobilis motu eius in quo
est locus ut in subiecto scilicet motu corporis continentis.
sed comparatum ad illud quod est formale in loco dicto communiter
locus dictus communiter est immobilis. verum comparatum
ad illud ultimum et comparatum ad differentiam illi ultimo ad-
venientem per quam illud ultimum fit in situ-
ra continenti. locus dictus communiter est mobilis. et mo-
vetur eo in quo est locus dictus communiter ut
in subiecto scilicet continentis. sed comparatum ad compositionem loci
super locatum. que compositio est actus continendi et
actus insituandi. locus dictus communiter est in-
mobilis. verum si aliquod corpus contineatur ab ali-
quo corpore et alio ultimo et recedat
corpus continens et adveniat aliud corpus
continens. eadem continentia que est locus huius corporis.
tamen non est alia continentia et capacitas
sed eadem. quia eandem continentiam et capacitatem
habet ultimum corporis ut continetur. quam habuit ul-
timum corporis prius continentis. et sic patet quod illud
quod est materiale in loco dicto communiter est mobile
motu eius in quo est locus ut in subiecto
scilicet motu corporis continentis. sed quando corpus loca-
te recedit a locato. recedit suum ultimum
continentis a locato et tunc illud ultimum amplius
non continet locatum. sed actus continendi eius est
corruptus. tunc aliud corpus adveniat et
ultimum contineat corpus contentum. iste actus
continendi non est idem cum primo actu continendi.

verum est. sed cum corpus primum recedebat et suo ul-
timo actus continendi non recedebat secum. sed cor-
rumpebatur et quia ista continentia non movetur per motum
eius in quo est motu tali quo illud corpus
movebatur sicut ultimum et sua differentia. ideo ista
continentia dicitur immobilis. sed ultimum et differentia
dicuntur mobilia et sic hec continentia non movetur
in se tamen manet in continentia sibi similis. quia corpus
adveniens continens locatum continentia sibi est conti-
nens quam primum corpus quod recessit illud continentem
continebat. concedo ergo quod locus dictus communiter est in-
mobilis ut dictum est. Ad primum obiectum in oppositum
dico quod locus quiete dictus comparatum ad illud
quod est simile in eo habet duas dimensiones extensio-
nes. et secundum est passio corporis in quo est inherentis
est corpus et a qualitate consolidatum. et ideo comparatum ad hoc locus
movetur motu eius. sed locus quiete dictus comparatum
ad illud quod est formale in eo habet perfunditatem
per actum quia ab alio et alterius scilicet locatum
et sic est passio corporis in quo est non inhe-
rentis corporis sed magis continentis locatum et ideo compara-
tum ad hoc locus non movetur motu eius. Ad
secundam rationem dico est quod concessum est quod si locus
dictus proprie movetur locatum suum simile ad ipsum
movetur et ideo si locus sursum movetur e-
levando ipsum per motum elevationis orbis
lune. locatum suum simile quod est ignis movetur
elevando ad ipsum propter convenientiam naturalem
quam habet ignis ad illum locum. et si in huiusmodi
sunt in loco proprie sumpto et proprie motu loci
movetur locatum sed quia corpus locans simile se-
cundum rem et situm omnino est immobile ideo et locus istius
simpliciter est immobilis. sed tamen si corpus locans esset mobile
locus illius eius in eo simpliciter et totaliter movetur
et tunc locatum ad alium locum movetur. Secundo
de dicto loco communiter qui non habet totam rationem
loci. ipse non movetur motu eius in quo est scilicet corporis
locantis. ut comparatum ad illud quod est simile in
eo. sed loquendo de loco dicto proprie modo corporis lo-
cantis in quo est locus proprius. movetur locus
proprius omnino. sed quia corpus locans proprie manet
immobile. ideo et locus proprie superius manet immobilis
et ita locus proprie dictus est immobilis. quia corpus

locans proprie secundum rem et situm est immobile. sed locus
dictus communiter comparatum ad eius materiale est mobilis.
sed non comparatum ad formale in eo. et sic est immobilis.
Ad tertiam rationem dico quod locus movetur cir-
culariter comparatum ad illud quod est simile in eo sed non
comparatum ad illud quod est formale in eo.
Ad quartam rationem dico quod locus est passio
mobilis et cadit ibi quia non in sua diffinitione. ideo
ipse est mobilis aliquo sicut visum fuit superius.
sed non oportet quod sit mobilis quocumque modo. et licet
cadat in loci diffinitione non oportet propter hoc quod lo-
cus moveatur. quia dicit aristoteles 6o physicorum
quod omnia talia fere sunt mobilia. et dicit
fere sicut dicit commentator ut excipiantur terra
que non movetur quia est immobilis et ut excipiantur
passiones que sunt immobiles et ut excipi-
antur substantie separate ut intelligentie. sed locus est
passio non est immobilis. et licet locus sit res mobi-
lis et cadat naturaliter in sua diffinitione. non propter
hoc oportet quod locus moveatur. vel potest dici quod lo-
cus est mobilis et quia in loci diffinitione cadit mobile
quod est in re et ideo non propter hoc mobilis cadit in sua
diffinitione sed hoc est privative et non positive.
Ad sextam questionem que est de loci unitate.
dico quod loquendo de loco dicto proprie. ipse est unus
simpliciter. et comparatum ad illud quod est simile in eo et
comparatum ad illud quod est formale in eo est unus
que sunt est simplices essentie que constituunt
loci compositam essentiam sunt similes in eo.
sed compositio loci proprie supra super locatum quantum
ad illud tamen quod est actus continendi et insituandi est formale
in eo et comparatum ad hoc omnia locus superius proprie
est unus et hoc fuit visum superius de illis duabus
naturis. de illa compositione. illud est patet. quia ista
compositio aggregato ex illis duabus naturis advenit
ut formale actualiter sibi et ut sua perfectio
perfectibili. sed illud aggregatum est quod est simile
est unum et ista compositio que est formale ac-
cidentale sive forma actualis erit unum
quia sicut unius rei materialis est una forma sic
unius similis est unum formale. et item unius
perfectibilis est una perfectio. et item unius agentis
una est propria operatio et continentie est propria operatio loci contine-

50

dicens a sua substantia sit potentia. et licet oppositio actus egre
diatur a substantia motivi potentia, tamen oppositio continentis et
prima egreditur a sua immobilitate et non movetur per se.
potest ergo locus continentis et dictus primum et dictus continentis
continet per suam substantiam et non per suam potentiam.
Si autem loquimur de loco dicto continentis sicut va
sculus est in loco, tunc dico quod sic locus dictus
continentis quantum ad illud quod est materiale in eo est mobilis
et quantum ad illud quod est formale in eo est
immobilis. Secundo iste locus dictus continentis quantum ad
illud quod est formale in eo ipse est unus
locus. unde iste licet aliquid non habeat unum ultimum
sed plura et licet aliquid non habeat unam differentiam per
quam ultimum sit infima continenti sed plures, tamen
ipse habet unam continentiam et unam oppositionem conti
nendi. unde sicut iste locus est continens unum
ultimum et unam differentiam habet unam oppositionem
continendi et unam continentiam similiter cum ipse
habet plura ultima et differentias plures ipse habet unam
continentiam et unam oppositionem continendi et hec
continentia nominat oppositionem egredientem a substantia lo
ci dicti continentis supra locatum. et ista oppositio
sive continentia est una in quolibet loco quia plura
possunt exercere unam oppositionem. unde licet locus
unius corporis ut baculi cuius pars est intra et
alia pars in aqua et alia pars in aere habeat tria ul
tima et tres differentias non continuas, tamen locus
iste habet unam oppositionem et unam continentiam
sicut et homines trahentes unam navem
habent unam oppositionem. unde continentia est una eius
unius continentis et plurium continentium
respectu eiusdem contenti. rationes ostendentes locum
non esse unum unius corporis ostendunt hoc de loco
dicto continentis et quantum ad illud quod est materiale in
eo. — Quintum queritur quod predicta diffinitio loci est
diffinitio loci supra continentis qualis est illa diffinitio u
trum autem sic predicte exponi debent. — Quintum
queritur quod predicta diffinitio utrum logica loci et diffinitio
loci sumpti continentis naturalis et illa diffinitio utrum
logica vel naturalis. — Quintum queritur quod predicta
loci diffinitio et diffinitio loci supra posita quomodo si
c predicte debent exponi. — Quintum queritur quod predicta
diffinitio et diffinitio loci supra posita qualis est illa

diffinitio utrum logica vel naturalis. — Quintum queritur
utrum locus dictus continentis sit diffinibilis quia locus
dictus continentis est locus naturalis et post ostendi quod u.
quia talis locus in se aggregat res diversorum
scilicet rem de genere quantitatis et rem de genere qua
litatis. ergo est unum per accidens et ergo non est diffini
bile. oppositum vult aristoteles cum ipsum diffiniat. — Solutio
ad primam questionem hanc dico quod locus dictus
continentis habet formam que est illud ultimum quod
est continentis loco et superficiei et est differentia adveni
ens illi ultimo per quam illud ultimum sit in
fima continenti. habet et finem suam propriam
oppositionem que est continere locatum. habet et materiam
duplicem scilicet materiam in qua est ut corpus locans
et materiam circa quam operatur ut corpus loca
tum. Sed materia debebatur ei inquantum est actus.
Sed sua materia mensura. hec omnia ponuntur in
eius diffinitione et significatur per predictam diffinitionem sed
quod est loci continentis dicti. ultimum continentis loco et su
perficiei significatur per primam dictionem positam
in loci diffinitione que est hec ultimum. Sed alia continentis
scilicet dicta et oppositio et due materie importantur per hanc
dictionem positam in loci diffinitione que est hec
continentis. Sed diffinitio. nam hec dictio continentis differentiam
et oppositionem illam significat. Sed illas materias intel
ligere dat. hec hec dictio continentis significat
differentiam et oppositionem illam que est continere. hec est diffe
rentia nam significat differentiam eorum per modum substantie
et illam oppositionem per modum qualitatis. Item
Sed hec dictio continentis dat intelligere duplicem
materiam loci scilicet materiam in qua est locus que est corpus
continens et que debetur loco inquantum
locus est actus et materiam circa quam locus o
peratur et exercet hanc oppositionem que est conti
nere que est corpus contentum et que debetur
loco inquantum est activus respectu. tamen ista
duplicem materiam per diversas eius hec dat
intelligere. nam dat unam dat intelligere
inquantum activo et per materiam sive in se recta
e. et aliam dat intelligere inquantum respectivum et
per materiam sive operationis que est continere. Sed
cum illa quatuor sufficiant ad loci diffinitionem
et cum hec quatuor habeat per duas predictiones

positas in loci diffinitione que sunt ultimum continentis
vero quia ultima diffinitionis loci que est immobile
supponatur in illa diffinitione. dico quod non quia per
hanc dictionem immobile significatur continentis de
beat oppositio loci que est continere quia per hoc signa
tur quod illa operatio loci sit que est continere quod
immobile. et sic patet ad quid ponuntur iste
particule in loci diffinitione. Sed quod illa diffinitio est
diffinitio loci continentis. — Ad secundam questionem que erat de ea
diffinitio sed quod est loci dicti continentis quod est. et
ego dico quod ista diffinitio sed quod est loci dicti
continentis non est logica nec methaphisica sed est naturalis
quod patet. et primo ostendo quod ipsa est naturalis.
quia diffinitio data per formam materiam et finem
est naturalis. Sed hec est huiusmodi ergo et cetera. probo quod hec
sit huiusmodi quia hec diffinitio continet ultimum et differentiam et
hec sunt forma loci. similiter dicta diffinitio continet
oppositionem loci. Sed oppositio loci est finis loci.
similiter dicta diffinitio continet materiam loci duplicem
sicut visum est. ad idem. diffinitio phisica
dicit quid et propter quid. Sed dicta loci diffinitio dicit
quid et propter quid. quid in eo quod accipit formam
loci. propter quid in eo quod accipit finem et materiam.
ergo dicta diffinitio est phisica. ad huius evidenti
am sciendum quod materia duplex est scilicet materia composita et
hec est pars eius cuius est. et hec potest in diffini
tione dicente quid tamen eius cuius est et
alia materia que est in actionis et hec non est pars
eius cuius est et hec potest in diffinitione dicente propter
quid eius cuius est et non potest in diffinitione
dicente quid. Sed materia loci est materia activus. lo
co est sua cuius neque pars sue essentie neque dicit
quid eius. Sed propter quid. ideo non potest in
diffinitione eius dicente quid. Sed potius propter
quid. preterea secundo est quod finis loci non
dicit quidditatem neque partem quidditatis lo
ci. Sed dicit propter quid eius. cum sit exterior.
preterea secundo est quod forma loci est quidditas lo
ci et ideo est evidens propter hoc. similiter ostendo quod
dicta loci diffinitio non est logica neque methaphisica
quia methaphisica diffinitio accipit formam univer
salem. similiter logica diffinitio accipit formam
universalem eandem secundum methaphisicam diffinitio. Sed

Sed sit sub aliqua sua intentione. Sed diffinitio loci
dicti continentis non accipit tantum formam. ideo sed illa
diffinitio loci et loci dicti continentis ipsa non est
logica neque methaphisica methaphisica. et fiat ex
additamento alterius essentie scilicet materie et finis.
quod non sit logica diffinitio neque methaphisica.
preterea quod loci diffinitio dicat quid et propter quid
patet per ea que dicta sunt. ac ultimo quia Sed diffinitio dicens
quid facit nos cognoscere rei diffinite
quidditatem. non tamen facit nos cognoscere
omnes passiones que insunt diffinito de dif
finito. Sed diffinitio dicens quid et propter quid utrumque
de diffinito facit nos cognoscere. Sed sic dicta
ac ultima dicta loci diffinitio facit nos cognoscere
loci quidditatem et et ipsa facit nos cog
noscere omnes passiones que insunt loco de
loco. et ideo dicta loci diffinitio dicit quid et
propter quid. — Ad tertiam questionem ego dico
quod particule dicte diffinitionis sed quod ipsa est loci
dicti continentis sic exponuntur. nam locus dictus
continentis habet formam finem et materiam. forma eius
intrinsece consistit. nam primum est illud ultimum
quod est continentis loco et superficiei. Sed formale loci
est differentia illi ultimo adveniens per quam ulti
mum sit infima continenti. et tertium forma
le est qualitas illius loci. et sic constituunt es
sentiam loci naturalis. finis loci natura
lis est propria oppositio eius que est continere et salvare
quam exercet circa locatum. et materia eius loci
est duplex. una est in qua ut locans
corpus. et alia est circa quam operatur ut corpus
locatum. et secundum quod finis loci et materia
eius duplex non sunt de essentia locati
neque dicunt quid eius. Sed propter quid. hec omnia
importantur per dictiones cadentes in loci dif
finitione. nam ultimum continentis loco et superficiei si
gnificatur per primam particulam positam in loci
diffinitione que est ultimum. Sed qualitas naturalis
loci significatur per ultimam particulam positam
in loci diffinitione que immobile. Sed alia continentis
scilicet dicta operatio et due materie importantur per hanc
dictionem positam in loci diffinitione que est
continentis. et diffinitio sic visum sunt sunt.

et licet iste locus contineat ad omnia sui sit immobilis tamen antonomastice est immobilis contineat ad continentiam loci naturalem et sic patet ad quod ponuntur ille particule in loci diffinitione. Sed quod illa diffinitio est diffinitio loci dicti proprie. Ad tertiam rationem que erat de ea diffinitio. Sed que est esse loci dicti proprie que est. Et ego dico quod illa diffinitio. Sed que ipsa est loci dicti proprie non est logica neque methaphisica sed est naturalis et hoc potest declarari omnino eodem modo sicut prius declarabatur. Sed quod ipsa erat diffinitio loci dicti proprie. Sed quod hec diffinitio continet plus quam illa continentiam naturalem que est de conditione et essentia loci naturalis. Ad quartam et ultimam rationem ego dico quod si illud quod addit locus naturalis supra locum mathematicum non est quantitas sed esse sicut multi dicunt tunc locus naturalis aliquid quod notat est de genere quantitatis et tunc est difficile non est dubium. Si autem dicamus quod addat qualitatem sicut vult Aristoteles et sicut nos credimus tunc adhuc locus est diffinibilis quia patet sic quia illa qualitas est quedam propria passio conveniens et adveniens et propria passio cum suo subiecto facit unum per se sicut vult Aristoteles contra methaphisicum. Ergo tunc cum locus naturalis notet aggregatum ex continente et qualitate et hoc aggregatum est unum per se locus est unum per se. Sed omne unum per se dummodo sit positivum est diffinibile. Ideo locus naturalis est diffinibilis et hoc vult Aristoteles septimo methaphisice dicens ibi Aristoteles quod nomen proprie passionis notat aggregatum ex propria passione et suo subiecto. Sed quia hoc aggregatum est unum per se et cum quodlibet unum per se quod sit compositum sit diffinibile patet hoc nomen proprie passionis est diffinibile et ideo ipse vult illic quod nomen proprie passionis et sua diffinitio idem significant licet hoc sit contra multos. Dico ergo quod locus naturalis diffinibilis naturaliter diffinitione illa licet non logica neque forte methaphisica. Ad obiectionem dico quod illud quod constat ex rebus diversorum generum que per se non uniuntur neque per se faciunt unum non est diffinibile. Sed illud quod constat ad constat ex rebus diversorum generum que per se uniuntur et per se faciunt unum est diffinibile talis est locus naturalis ideo ipse est diffinibilis. Cum ergo dicitur diffinitio loci dicit quid et propter quid eius et cum talis diffinitio sit medium ad demonstrandum passionem de subiecto scilicet que de passione per demonstrationem propter quid. Sed per dictam loci diffinitionem potest locus demonstrari de suo subiecto ut de corpore locante faciendo dictam diffinitionem medium et locus qui est passio maior extremitas et subiectum loci quod est corpus continens minor extremitas. Dico ultimam continentiam immobilem est locus. Sed in corpore continente est ultima continentia immobilis ergo in corpore continente est locus. Verbi ista demonstratione non oportet propter quid locus insit corpori locanti quia medium dicte demonstrationis quod est loci diffinitio dicit propter quid eius. Et hec sufficiant de loci diffinitione et per consequens de loco in se absolute in generali.

Consequenter queritur de loco per comparationem ad corpus in loco existentium et primo queritur de loco terre. Circa quod duo queruntur primum est utrum terra sit in loco. Secundo que aqua est locus terre. Circa primum sic proceditur et arguitur ostendendo terram esse in loco non est multum difficile cum istud possit ostendi dicendo quia omne corpus est in loco. Sed terra est corpus ergo ipsa est in loco maior patet quia Aristoteles dicit in littera quod omne corpus est in loco et omnis locus habet corpus. Item omne habens aliquod corpus continens ipsum extra per suum ultimum est in loco terra est huiusmodi ergo et cetera maior patet per loci diffinitionem minor etiam patet quia terra habet corpus continens ipsam extra se scilicet aqua que per suum ultimum continet terram. Item omne quod movetur naturaliter ad locum motu recto habet locum per se contrarium ergo et cetera maior patet quia quod movetur naturaliter ad locum non movetur ad alium locum nisi quia ille locus est sibi minor patet quia terra movetur naturaliter deorsum cum ipsa sit gravis. Item omne quod quiescit naturaliter est in loco quia quies naturalis non est nisi in loco. Sed terra quiescit naturaliter in medio mundi ut vult Aristoteles ergo et cetera. Sed secundum est in loco est mobile. Sed terra est immobilis ergo non est in loco maior patet quia quicquid est in loco movetur ad ipsum si extra esset minor patet dicit Aristoteles.

Queritur quid est locus terre et videtur quod duo continentia primum est an concavum aque sit locus terre. Secundum est an centrum sit locus terre. Circa primum sic proceditur et ostendo quod concavum aque sit locus terre quia dicit Aristoteles in littera quod terra est in aqua ut locatum in loco et aqua in aere ut locatum in loco et aer in igne ut locatum in loco et ignis in concavo orbis lune ut locatum in loco. Sed terra non est in aqua ut locatum in loco nisi quia est in suo ultimo scilicet aque ergo locus terre ultimum aque. Item hoc idem vult commentator hic et in libro celi et mundi. Volo dicere commentator hic et in libro celi et mundi quod ultimum celi continens sit semper locus celi contenti. Sed aqua continet terram et hoc per suum ultimum ergo ultimum aque est locus terre. Item idem potest ostendi per rationem. Quia locus est terminus corporis continentis. Sed aqua est continens terram ut per dictam patet rationem. Ergo eius concavum aque est locus terre. Item dicit Aristoteles in littera quod locus continet suum locatum et est extra eam et non est eius et est equalis ei. Sed locus terre continet terram et est extra terram et non est terre et est equalis terre. Sed non sic habet nisi concavum aque ergo concavum aque est locus terre. Item illud est proprius locus alicuius terre ad quem terra movetur naturaliter nec ultra fertur sed ibi quiescit naturaliter. Sed terra descendendo naturaliter ad concavum aque nec ultra fertur sed ibi quiescit naturaliter ergo concavum aque est locus terre maior patet quia dicit Aristoteles in littera quod unumquodque corpus movetur naturaliter ad suum locum proprium et cum ibi venit ultra non fertur sed ibi quiescit naturaliter minor patet quia si pars terre ponatur in suprema parte ignis vel aeris vel aque ipsa movebitur naturaliter ad terram et ad concavum aque et cum ibi quiescit ibi quiescet naturaliter et non feretur ulterius ergo illud concavum aque erit locus naturalis partis unius terre ergo et totius terre quia idem est locus unius glebe terre et totius terre. Contra. Si concavum aque esset locus naturalis terre terra naturaliter moveretur a medio et non ad medium sed consequens est falsum ergo et cetera maior. Et sua consequentia potest declarari per unum medium et minor potest declarari per unum medium. Unde dico quod maior potest declarari per unum medium quod est hoc quia cum aliquid accidit locato naturaliter a moto et elevato locante sequitur ipsum locatum naturaliter quod patet quia Aristoteles secundo celi et mundi dicit si elevaretur concavum orbis lune ignis sequeretur ipsum et similiter commentator dicit quod si esset sursum infinitum et leve ascenderet infinitum. Et hoc non est nisi quia concavum orbis lune est locus naturalis ignis. Et sic patet quod si aliquod locatum naturaliter a moto locante sequitur ipsum locatum naturaliter. Si ergo concavum aque esset locus naturalis terre si terra poneretur in centro terre ipsa ascenderet ad concavum aque et si illud concavum aque ascenderet terra ipsum sequeretur ascendendo et sic terra moveretur a medio et non ad medium. Minor etiam patet per unum medium quod minor est dictio communis maior quod medium ad minorem est hoc Aristoteles secundo celi et mundi dicit quod si aqua elevaretur terra eam non sequeretur sed si terra deprimeretur aqua eam sequeretur et similiter si aer elevaretur aqua eum non sequeretur sed si aqua deprimeretur aer intraret locum suum et sic patet minor que est contra experientiam. Item terra est gravis simpliciter et in toto sicut ignis est levis simpliciter et in toto sed gravi movetur deorsum ergo simpliciter gravi movetur ad deorsum simpliciter ergo simpliciter deorsum est locus terre cum terra sit simpliciter gravis sed simpliciter deorsum est quod est in maxima distantia ad sursum simpliciter sed hoc non est concavum aque sed medium mundi ergo concavum aque non potest esse locus terre. Item locus et locatum undique continet locatum suum sed concavum aque non continet terram undique et secundum omnes suas partes ergo concavum aque non est locus proprius et naturalis ipsius terre probatio minoris videmus enim sensibiliter quod aer circumdat terram in multis locis. Et dicitur forte ad hoc quod in dispositione in qua

sunt ut clarum. aqua non tangit terram undique. sed si esset in illa dispositione in qua ipsa est nata esse tunc aqua circuiret undique terram. sed propter melius scilicet propter generationem animalium et plantarum aqua non circuit terram undique. sed hec non sufficit. quia rationes precedentes ostendunt quod si aqua undique terram circuiret adhuc aqua per suum concavum non posset esse locus terre. Quarto queritur an centrum sit locus terre et videtur quod sic. quia Aristoteles dicit inducens quod centrum est locus terre ut circumferencia est locus ignis. Item terra est summe gravis et ignis summe levis. et ista sunt contraria. ergo terra et ignis ad minus per suas qualitates sunt contraria. sed contraria sunt maxime distancia. ergo terra et ignis sunt maxime distancia in natura sua. sed non sunt loca istorum erunt maxime distancia in natura sua quam centrum et circumferencia. quia centrum et circumferencia sunt loca distancia a maxime in natura sua. quia centrum et circumferencia sunt loca terre et ignis. sed circumferencia est locus ignis qui est maxime levis. quia centrum erit locus terre que est maxime gravis. Item illud est locus terre simplex ad quod terra movetur simpliciter. sed hoc est centrum mundi et terre quod idem est ergo etc. Item in quo loco corpus quiescit naturaliter ille locus est locus illius corporis. sed in centro vel medio terra quiescit per naturam. quia etc. Item locus simpliciter alicuius corporis est ille locus a quo illud corpus non movetur nisi per violenciam. sed a centro non movetur terra nisi per violenciam quia etc. Oppositum dicit Aristoteles in littera quod locus est sursum deorsum. sed hec non sunt in centro cum sit indivisibile ergo etc. Item locus locatum continet sed centrum cum sit indivisibile nichil continet quia etc. Item locus est extra locatum. sed centrum est in terra et intra ipsam. quia centrum non est locus terre ut alibi (?). Item centrum suo nomine notat medium circumferencie. sed centrum et circumferencia notant res mathematicas sed res mathematice non sunt loca rerum naturalium. quia

centrum non est locus rei naturalis. sed terra est equalis locato. sed centrum non est equale terre ergo etc. Maior patet in littera. minor patet quia indivisibile divisibili non est equale. sed centrum est indivisibile et terra est divisibilis. Ad hec respondent quidam distinguendo de centro. quia centrum potest accipi dupliciter. uno modo centrum potest notare medium punctuale quod est medium terre et mundi. secundum quod multum (?) quia quod idem est medium totius mundi et ipsius terre et sic dicit philosophus quod centrum non est locus ipsius terre. Secundo modo potest accipi centrum secundum quod notat minimam partem que est circa illud medium punctuale minimam non simpliciter. sed ita minimam quod in ea potest salvari species et operatio terre et non in minori. quia in minori non posset salvari species et operatio terre. et tale centrum quod notat talem partem terre dicunt esse locum terre. Sed contra illos arguitur sic. locus non est rei locate et sic accidit (?) in littera. sed hec pars terre est de terra quia ipsa est pars terre ergo etc. Item hec pars terre est substancia sed locus est accidens ergo etc. Item illa pars terre debetur moveri per se et non per accidens quod patet. quia hec pars terre quiescit in medio per se et naturaliter. quia si extra medium poneretur moveretur ad ipsum per se et naturaliter. sed locus non movetur per se nisi per accidens. ad minus per se non movetur et simpliciter quia illa pars terre non erit locus. Item illa pars terre quamvis sit illa si poneretur sursum ipsa moveretur per se ad medium ut ad suum locum et ipsa sit locus suus (?). sed omne quod movetur ad locum per se est in loco per se. ipsa erit in loco per se ergo cum illa terra moveatur ad locum per se ipsa erit in loco per se. et si ipsa sit in loco per se et ipsa est locus ergo locus erit in loco per se. hoc autem est impossibile. locus enim nec per se nec per accidens est in loco sicut vult Aristoteles. Item locus continet locatum et non continetur ab eo. sed illa pars terre non continet totam terram sed continetur ab ea cum sit pars eius ergo illa pars terre non est locus

locus terre. Solutio. Ad primam questionem ego dico quod terra est in loco et habet locum simplicem et hoc explicit de causa. prima est necessitate sue generationis. secunda est necessitate sue conservationis in suo esse naturalissimo. tercia est necessitate rationis sui motus localis et quarta necessitate sue quietis naturalis. prima causa est necessitas sue generationis. quia universale generans non sufficit ad terre generationem. sed cum universali generante oportet quod sit particulare generans sed particulare generans hoc terre et aliorum elementorum est locus qui est loco primus in generatione terre et aliorum elementorum. ergo locus est necessarius ad terre generationem. propter quod ipse est particulare generans vel terre et aliorum elementorum sicut patet tercio celi (?). et quod ibi sic patet. quia de generatione elementorum dicit Aristoteles quod motus ad formam est motus ad situm et locum. quia quandocumque unumquodque elementorum acquirit de forma tantundem acquirit de loco. et hoc est quia locus elementorum per suam virtutem excitat potentiam eius ut ad talem formam vadat sicut virtus primus excitat potentiam accidentium (?) ut ad actum vadat. Item dicit Porfirius quod sicut pater est principium generationis sic et locus. sed pater est generans particulare ergo et locus. patet ergo particulare generationis materialis et locus celi (?). Similiter locus est necessarius terre necessitate sue conservationis in suo esse naturalissimo. quia sicut idem quod generat rem in suo esse simplicissimo hoc idem conservat rem in suo esse simplicissimo. sed ut locus loca terre generant terram in suo esse naturalissimo ideo et ipse locus (?) loca terre conservant terram in suo esse simplicissimo. Item forma in materia intransmutabili qualis est forma celi ad suam conservationem in suo esse simplicissimo non indiget nisi virtute influxa ab agente universali. cum forma generans in materia transmutabili qualis est forma elementi (?) ad suam conservationem in suo esse simplicissimo indiget non solum virtute influxa ab agente universali sed cum hoc virtute influxa ab agente et generante particulari. sed particulare generans

vero terre est suus locus simplex. ergo locus simplex terre est ei necessarius ad ipsam conservandum in suo esse simplicissimo. Similiter locus est necessarius terre necessitate rationis sui motus localis. quia terra per suam gravitatem inclinante eam ad motum rectum movetur motu recto. quia motus rectus non est infinitus sed finitus. sed si terre non esset aliquis locus naturalis ipsa moveretur in infinitum querendo suum locum simplicem quem nunquam inveniret et tunc motus eius qui est rectus non posset finiri nec terminari quod est impossibile. de motu recto sicut dicit Aristoteles. ergo terre necessitate rationis sui motus recti est necessarius locus simplex. Similiter locus est necessarius terre necessitate sue quietis naturalis. terra enim cum sit corpus naturale ipsa habet quietem simplicem in loco simplici secundum Aristotelem. sed si non haberet locum simplicem secundum quod ipsa non haberet quietem simplicem. ergo terre est necessarius locus simplex propter quietem suam simplicem. Dico ergo quod terra habet locum simplicem. Ad rationem ego dico quod terra vel (?) non est mobilis. cum ipsa non movetur propter hoc quod non est extra suum locum simplicem sed in suo loco simplici. si enim terra esset extra suum locum proprium ipsa moveretur actu et immobile potest privare tantum motum actualem vel potest privare actualem motum et potentiam ad movendum. Dico quod terra est immobilis secundum quod immobile privat motum actualem tantum. sed terra non est immobilis secundum quod immobile privat actualem motum et potentiam. Ad secundam et tertiam questionem (?) ego dico quod secundum quosdam centrum aut (?) est locus terre et secundum alios centrum est locus terre et quidam appellant centrum medium punctum in terre medio existens et quod in medio mundi existit quia medium mundi et medium terre idem medium est. et alii appellant centrum non precise punctum sed partem minimam terre que est non in indivisibili puncto. sed centrum precise punctum non minimam simpliciter sed minimam secundum speciem et operationem. hec est tam minima quod in ea salvatur species terre et operatio terre et in terra minoris quantitatis non posset salvari species et operatio terre et secundum

alios concavum aque est locus terre comparatum ad ali
quas loci conditiones. et centrum terre est lo
cus terre comparatum ad aliquas alias loci conditiones dicen
tes concavum aque esse locum terre modo per loci condi
tiones. quia locus .4. conditiones. quarum prima
est quod locus contineat locatum. secunda est quod locus
sit extra locatum. tertia conditio est quod locus
nichil locati sit. quarta conditio est quod locus
sit equalis locato. quinta conditio est quod locus
habeat sursum deorsum. prime quatuor sunt
loci ut locati. sed quinta est loci in se. quatu
or prime conveniunt concavo aque ut terre. sed quin
ta conditio convenit concavo aque in se. propter hoc ipsi
dicunt quod locus terre est concavum aque. sed isti
non dicunt omnino verum quia locus ubi continet et
cedat ubi terram sed aer alicubi continet terram
et tamen patet quod concavum aque non est omnino locus ter
re. et hoc est verum sicut credo dicentes cen
trum esse locum terre modo per loci conditionem
quia locus proprius alius debet habere .6. conditiones.
prima est quod ad ipsum habeat locatum suum
naturalem inclinationem. secunda est quod locatum
suum ad ipsum locum moveatur naturaliter. ter
tia conditio est quod locatum ad ipsum locum
veniens quod ulterius non feratur. quarta condi
tio est quod in loco illo locatum suum quiescat
naturaliter. quinta conditio est quod locus per suam vir
tutem naturalem sit generans locatum suum.
sexta conditio est quod locatum habeat in suo
loco esse nobilissimum et quod locus conservet
suum locatum in suo esse nobilissimo. omnes
iste sex conditiones conveniunt centro terre.
propter hoc ipsi dicunt quod locus terre est centrum.
sed isti dicunt omnino verum. quia omnis locus
habet sursum et deorsum. sed centrum non
ergo non est locus. et si non est locus non
est locus terre. et idem est postea destruam per rationes
predictas de hoc superius dicentes locum ter
re esse concavum aque et centrum terre similiter.
sed concavum aque comparatum ad aliquas loci conditiones
et centrum comparatum ad alias loci conditiones
modo per loci conditiones quia propriissime et stric
tissime sumptus sic diffinit ipsum aristoteles. hec

unde conditiones notatas superius. quarum
prima est quod locus contineat locatum.
secunda est quod locus sit extra locatum. tertia est
quod locus nichil sit locati. quarta conditio
est quod locus sit equalis locato. quinta conditio
est quod locus habeat sursum et deorsum.
sexta est quod locatum habeat ad suum locum
naturalem inclinationem. septima conditio est quod
locatum ad suum locum naturaliter moveatur.
octava est quod cum locatum ad suum
locum venerit quod ulterius non moveatur
nec feratur. nona est quod in illo loco loca
tum quiescat naturaliter. decima est quod locus
per suam virtutem propriam et naturalem
sit generans locatum suum. undecima est quod
locatum habeat in suo loco esse nobilissimo
et quod locus conservet locatum suum in suo esse
naturalissimo. et ille locus qui convenit iste
undecim conditiones est locus propriissime et
strictissime acceptus. quem diffinit aristoteles.
dicendo. locus est ultimum continentis immobile. et in
dicto undecim conditiones habentur per 3. particulas
positas in loci diffinitione. et quod per primas
duas dictiones positas in loci diffinitione
habentur .4. prime loci conditiones. quia due prime dictio
nes posite in loci diffinitione scilicet hec ultimum
continentis. quarum duarum dictionum. hec dictio ul
timum. significat genus quod convenit loco et superficiei.
sed hec dictio continentis significat differentiam additam
illi ultimo. propter quam differentiam illud ultimum sit me
sura continentis. et per ultimam dictionem posi
tam in loci diffinitione habentur .6. ultime loci
conditiones. quia dictio posita ultimo in loci diffinitio
ne. que est hec. immobile. significat qualitatem loci
naturalem propter quam locus ad locatum habet
generationem naturalem. etc. ergo ego dico quod locus
dictus propriissime et ille locus qui convenit .11. pre
dicte conditiones. et talis locus est diffinitus
ab aristotele. sed locus dictus communiter non habet omnes
illas .11. conditiones. sed tantum .4. primas et a
lias .6. non. dico tamen quod corpus mixtum
non est in loco simpliciter dicto cum ille locus
proprius et qui convenit .11. conditiones. et cum est

diffinitus ab aristotele. sed est in loco dicto commu
niter qui convenit .4. conditiones prime loci tamen. quod
autem mixta corpora non habeant locum omnino
proprium et simpliciter hoc patet. quia si sic esset tunc mix
tum corpus si in uno loco salvaretur
in alio non posset salvari quod est falsum. ergo corpori
mixto hoc debetur locus omnino simplex et proprius.
Item si locus omnino proprius et simplex debetur
mixto. tunc simpliciter esset impediens quod
illum locum ad illum moveretur non esset
impediens. sed remoto omni impediente ad
nullum locum movetur. ergo nullus locus est ei omnino
simplex et proprius. et hoc concedo. sed quia simplicia
corpora et sunt elementa quatuor habent locum na
turalem et proprium. qui est diffinitus ab aristotele et ha
bent .11. conditiones. unde ignis habet locum
proprium et etiam terra. sed differenter. quia locus
ignis proprius habens .11. conditiones est unus
qui est concavum orbis lune. sed locus terre
proprius habens .11. conditiones non est unus. quia
terra sed habeat locum proprium quantum ad .11. pre
dictas conditiones non tamen unum et eundem. sed
habet unum locum quantum ad .4. primas loci con
ditiones. sed centrum est locus terre quantum ad .6.
ultimas loci conditiones. et quia locus unus ha
bens .11. dictas conditiones est proprius. et locus unus
qui non habet .11. dictas conditiones non est proprius
et est quod locus ignis habet .11. dictas conditiones.
sed locus unus terre non habet .11. dictas condi
tiones. sed quidam errant tamen isto decipiuntur
ipsi quod locus propriissime dictus et strictissime
et quod est diffinitus ab aristotele nullis corporibus convenit
nisi igni et non terre. concedunt ergo quod lo
cus terre est concavum aque et centrum. sed
concavum aque comparatum ad aliquas loci conditiones
et centrum comparatum ad alias loci conditiones
sicut iam visum est. rationes que concludunt
concavum aque esse locum terre verum est quantum ad .4.
primas loci conditiones. sed rationes que concludunt quod
concavum aque non est locus terre verum est quantum
ad .6. ultimas loci conditiones. Similiter rationes
que concludunt centrum esse locum terre verum est
quantum ad .6. loci conditiones ultimas. sed ra

tiones que concludunt centrum non esse locum ter
re verum est quantum ad .4. primas loci conditiones.
sed ego credo quod ista peccant in duobus. primo in
hoc quod ponunt quod terra et ignis non habent
locum proprium quod falsum est. quia aristoteles probat
quod terra et ignis habent locos propriissime. secundo
peccant in hoc quod ignis habet locum magis
proprie quam terra quod falsum est. quia aristoteles probat quod ce
lum est in loco per hoc quod terra est in loco.
terra ergo est in loco magis proprie quam ignis vel
ad minus ita proprie. sed ignis est in loco pro
priissime ergo et terra. sed terra non esset in loco
propriissime nisi haberet locum unum tantum. terra ergo
est in loco uno tantum. et habet tantum unum sol
locum. et hoc concedo. sed tunc queritur quis est ille u
nus locus qui est locus proprius et simplex
terre. hoc est dubium. et dico quod nec concavum
aque nec centrum est locus terre. sed deorsum et
hoc est manifestum. quia deorsum est locus gravium
quia gravia ad hoc moventur. sed terra est summe gravis.
ideo locus terre est deorsum. sed quid est deorsum
adhuc dubium est. et ego dico quod deorsum
est ultimum continens ad medium. hoc est
ultimum corporis continentis corpus ad medium
hoc est deorsum sicut sursum est ultimum
continens a medio. id est ultimum corporis continentis
corpus motum a medio est sursum. sic de
orsum est ultimum continentis corpus ad medium. id est
ultimum corporis continentis corpus motum ad me
dium est deorsum. sed tunc quid est illud ulti
mum continentis ad medium hoc est dubium. et ego dico
quod centrum non est hoc. sed est centrum
punctale medium eius in medio terre. quia
punctus nullius potest esse locus nec aliquam loci
conditionem habet. nec ad ipsum terra movetur. nec
ad ipsum terra appetit moveri nec in ipso terra
appetit esse nec terra appetit ab ipso contineri.
quia iste appetitus esset frustra. sed appetit
esse circa ipsum. hoc est in medio ipsum et in [?] ultimum
continentis corporis corpus motum ad medium.
unde locus terre est ultimum continens ad medium
sed hoc non medium punctale mundi nec concavum
aque. et si obicitur quod ultimum aque est ultimum

continentis ad medium. ergo ultimum aque est locus terre. Dicendum quod si ultimum aque aliquando sit locus terre hoc accidit. Ideo locus terre per se et per se non est ultimum aque. Sed locus terre per se est ultimum corporis continentis ad medium, quodcumque sit illud corpus continens ad medium. Unde si ultimum aque aliquando sit locus terre, hoc non est in quantum ultimum aque, sed in quantum ultimum corporis continentis ad medium. Unde ad motum aque aer descenderet ad terram et tunc ultimum aeris erit locus terre, non quia ultimum aeris sed quia ultimum corporis continentis ad medium. Et quod deorsum sit ultimum continens ad medium et sursum ultimum continens a medio dicit Aristoteles in capitulo de vacuo. Sed contra hoc quod dictum est quod locus terre est ultimum corporis continentis ad medium posset sic argui. Admoveantur terra et elementa circa medium terram et circumferentiam et remaneat ista distantia vacua. ultimum orbis lune non continet ad medium sed a medio et ultimum nullius corporis continet ad medium et ita terra non haberet locum. admotis illis corporibus celestis medius inter terram et circumferentiam et hoc est falsum quia admotis illis corporibus celestis medius inter terram et circumferentiam quia adhuc terra esset in eodem loco in quo nunc est. ergo locus terre non est ultimum corporis continentis ad medium sicut diceretur. Ad hoc respondendum potest duobus modis. Uno modo sic quod locus esset in eodem loco in quo nunc est, non tamen esset eodem modo in loco sicut nunc est, quod potest declarari per simile sic. nam dicit Aristoteles in hoc capitulo quod locus non est per se quia non habet continens sed est in loco per accidens quia per suas partes quarum una est ambita ab altera ut dicit Aristoteles. Similiter ablatis illis tribus elementis terra non haberet continens. ipsa non esset in loco per se sed per accidens scilicet per suas partes quarum una est ambita ab altera. Similiter sicut spere celi inferiores habent locum in quo sunt et suprema spera non habet locum in quo sit sed est quia est, similiter spere inferiores terre haberent locum in quo essent sed spera superior terre non haberet locum in quo esset sed esset quia esset. Et ita non omnes partes terre essent in loco. tamen omnes partes terre haberent locum per se sed dicentur. et quia partes terre haberent locum per se, ideo tota terra haberet locum per accidens. et ideo terra non haberet eundem locum quem nunc habet, quia tunc haberet locum non circa suum totum sed quia est supra partium. nunc autem habet locum qui est sine et supra partium. Similiter locum quem tunc haberet non haberet eodem modo sicut habet illum quem nunc habet, quia locum quem haberet tota terra haberet per accidens, sed locum quem nunc habet habet per se. Si terra haberet eundem locum tunc quem habet nunc ratio procederet. sed non sic est, ideo ratio non valet. Secundo modo posset solvi ad predictam argumentationem. Et dicendum quod locus terre est ultimum continentis ad medium. Ideo ablatis elementis mediis terra amplius non est in ultimo continentis ad medium. Et propter hoc terra non est in loco. Et cum dicebas quod adhuc est in eodem loco in quo prius erat, dico quod hoc est falsum quia non est in eodem loco in quo prius erat. nec etiam est in loco quia nullo modo est in loco. non enim habet locum comparatum ad primam loci conditionem que est ultimum continentis. nec etiam habet locum comparatum ad secundam loci conditionem que est quod adveniens illi ultimo propter quam illud ultimum sit infra continentiam, quia destructo continente destruitur et contentum. Similiter non habet locum comparatum ad tertiam proprietatem loci que est conservativa naturalis, quia illam conservationem naturalem recipit ab actione corporis continentis et est continenti virtus influxa a celo educitur ad actum et conservat in suo esse similiter. Sed si sic esset terra non haberet continens et per consequens actionem talis conservationis posset ... Similiter celum non influeret in terram quia in distantia que esset inter terram et circumferentiam nichil est et mediante nichilo celum terre non potest influere. et sic terra non haberet locum comparatum ad aliquam loci conditionem. Et ideo non haberet locum ullum. Ad aliam rationem que querebat, cum ultimum continens aque dicitur potest locus terre, dico quod non. Ad rationes in contrarium respondendo. Et primo ad primam. Verum est

quia aliquis vult quod terra est in aqua et in continuo eius ut in loco. sed non intelligit per hoc ultimum aque secundum quod est ultimum aque sit locus terre, sed intelligit per hoc ultimum aque secundum quod est ultimum continentis ad medium sit locus terre. Et sic vult quod ultimum continentis ad medium per se sit locus terre. Ad secundam rationem et tertiam et ad quartam rationem solutio est eodem modo sicut ad primam rationem soluta est. Ad quintam rationem cum dicitur quod terra ad contactum aque movetur, verum est cum aqua est ultimo continens ad medium. aliter non. Unde ultimum continentis debet esse locus terre in quantum huiusmodi. sed quod ultimum aque sit ultimum continentis ad medium hoc accidit. Ideo ultimum aque non est proprius locus terre quia accidit ultimo aque terram continere. sed natura est quia aqua unde per se habet in natura dispositione quod ultimum eius sit ultimum continentis ad medium et sic quod ipsa aqua ultimo contineat ad medium. Sed quia rationes que sunt in opposito sic concludunt, ostendendum non solum ultimum non esse locum terre. Sed cum hoc concludunt quod ultimum continentis ad medium non sit locus terre, quod falsum est, ideo solvo ad eas. Et primo ad primam respondeo. Cum dicis quod hoc ultimo elevato non elevatur terra, verum ipsum sequitur terra. Dicendum ad hoc quod ultimum continens ad medium non est locus terre nisi secundum quod ipsum est incoartando se ad medium. Sed hanc coartationem aufert quando ipsum elevas. Iterum illud ultimum non est ultimum continens ad medium sed hoc quod est incoartando se ad medium. Et ideo cum illud ultimum elevas ipsum amplius non continet ultimo ad medium quia non amplius continet coartando ad medium sed in recedendo a medio. Et sic non est mirabile si terra non sequatur ipsum. Sed sic non est de loco ignis quia elevando locum ignis facis ipsum plus recedere a medio quam prius. Et ideo vivius ei das loci ignis rationem quam prius habebat. Similiter si ultimo continentis ad medium maiorem dares coartationem ad medium, maiorem et meliorem rationem loci dares ei quam habebat prius. Et ideo cum ultimum continentis ad medium elevatur ipsum non remanet locus terre, sicut ultimum concavum lune remanet locus ignis cum elevatur. Vel si unum continens ad medium elevetur posset dici quod adhuc ipsum remaneret locus terre. tunc terra ipsum non sequeretur et non propter hoc sequitur quod ipsum non sit locus terre. Et tunc arguis: si locus ignis elevetur ignis elevatur, ergo similiter si locus terre elevatur terra elevatur. non est simile, quia ignis simpliciter est levis et in omni loco est levis. sed terra est gravis et in omni loco gravis et in nullo levis. sed alia duo elementa media scilicet aqua et aer sunt alicubi gravia et alicubi levia ut prius videbatur. Et ideo quia ignis est ubique levis ideo ascendit si locus suus elevetur. sed terra non potest ascendere elevato suo loco quia ipsa ubique est simpliciter gravis. Sed posset melius sic argui. sed cum locus ignis est locus eius recedendo a medio per elevationem, sicut locus terre est locus eius coartando ad medium per compressionem. ergo sicut elevato loco ignis elevatur ignis, ita coartato loco terre versus centrum terra coartatur et comprimitur. Ad sextam rationem quando dicitur quod locus terre maxime distat a loco sursum. sed maxime distans a loco sursum non est ultimum continens ad medium sed medium mundi quod est centrum. quod quia illud continuum continens ad medium est locus terre et dicitur illud quod habet rationem loci et continentie quod maxime distat a loco sursum est ultimum continens ad medium. Unde ubi huius rationem loci et continentie in tantum distat a loco sursum sicut distat ultimum continens ad medium. Unde ille locus est ille locus qui maxime distat a loco sursum. tamen ille locus non maxime distat simpliciter a loco sursum. sed medium illius ultimi continentis ad medium quod est centrum et est illius ultimi continentis ad medium maxime distat simpliciter a loco sursum. sed non distat maxime ab eo ut locus deor

sum a loco sursum, sed distat maxime ut totus locus deorsum a loco sursum, scilicet inter omnia loca. Hic locus qui est ultimum continentis ad medium maxime distat a loco sursum. Similiter et hoc loci qui est centrum maxime distat simpliciter a loco sursum, non ut locus a loco, sed ut totus loci a loco. Unde cum dicitur quod locus maxime distans a sursum est centrum, hoc falsum est, quia hic implicatur quod centrum sit locus. Cum centrum maxime distat a loco sursum, tamen non tamen ad maxime distans a circumferencia, sed ad locum maxime distantem a circumferencia. Racio ideo in parte est soluta per dicta statim et in parte per dicta in opposito, et ideo per illa duo complete est soluta. Ad tertiam questionem que querebat utrum centrum mundi sit terre quod ideo debeat poni locus terre, dico quod non. Ad rationes in contrarium respondendo, et primo ad primam cum dicitur quod centrum est locus terre, dico quod quando hoc dicitur aut per illud centrum intelligitur ultimum continentis ad medium. Ad secundam rationem iam est solutum, quia locus maxime distans a circumferencia est locus terre, et hoc est ultimum continentis ad medium, et non est centrum, cum centrum non sit locus. Et si centrum maxime distet a circumferencia, non tamen maxime distat ab ea ut locus a loco, sed ut totus loci a loco. Ad tertiam rationem dicendum quod terra simpliciter movetur ad ultimum continentis ad medium ut ad suum locum, et per accidens movetur ad centrum ut ad centrum sui loci naturalis, non ut ad suum locum naturalem. Unde verum simpliciter terminat motum terre, sed ultimum continentis ad medium terminat motum terre ut locus continens eam simpliciter, et centrum terminat motum terre simpliciter ut totus loci eius, et ideo non oportet esse medium illud ultimum. Ad quartam rationem cum dicitur quod locus terre est ille locus in quo terra quiescit simpliciter, verum est, et tamen dico quod hoc est centrum. Dico quod hoc est falsum, sed quiescit esse centrum terre et mundi, quod idem est secundum aliquos, et quiescendo naturaliter esse illud centrum

